BUDAPEST

TÖRTÉNETÉNEK OKLEVELES EMLÉKEI

Összeállította

KUMOROVITZ L. BERNAT

HARMADIK KÖTET

(1382 – 1439)

BUDAPEST, 1987

BUDAPESTI TÖRTÉNETI MÚZEUM

ISBN 963–01–8301–3

MONUMENTA DIPLOMATICA CIVITATIS

BUDAPEST

Ad edendum praeparavit:

L. BERNARDUS KUMOROVITZ

TOMUS TERTIUS
(1382—1439)

BUDAPEST, 1987
MUSAEUM HISTORICUM CIVITATIS, BUDAPEST

BUDAPEST

TÖRTÉNETÉNEK OKLEVELES EMLÉKEI

Összeállította

KUMOROVITZ L. BERNÁT

HARMADIK KÖTET
(1382 — 1439)

BUDAPEST, 1987
BUDAPESTI TÖRTÉNETI MÚZEUM

Operi edendo praefuit:
Georgius Székely, rector
Musaei Historici Civitatis
Budapestinensis, socius ordinarius
Academiae Scientiarum Hungaricae

Lector: Doc. dr. Andreas Kubinyi DrSc.

Felelős kiadó:
Székely György, a Budapesti Történeti Múzeum főigazgatója,
a Magyar Tudományos Akadémia rendes tagja

Lektor: Kubinyi András tudományok doktora, docens

668 Székesfehérvár, 1416. jan. 25.

(Albe, V. inquisit. /in Agnetis.)...domino Sigismundo...Romanorum...ac Hungarie etc(etera) regi...Johannes filius Benedicti filii Chak de Chakbereh vicecomes et iudices nobilium comitatus Albensis. Vestra noverit serenitas:nos litteras vestras annuales...recepisse et...Georgium filium Andree de Sykator...iudicem nobilium...ad...inquisitionem faciendam transmisissemus, demum idem...nobis retulit..., quod ipse in festo b. Agnetis[1] ...in ipso comitatu Albensi...investigando...scivisset...,quomodo...iobagiones capituli eccl. Albensis...in vico eorum canonicali commorantes feria quinta...p. oct. festi Epiph.[2] ...universas arundines...aque congelate in possessione cruciferorum (eccl. b. Stephani regis de Alba)...falcando...asportassent...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio quatour sig. annuleorum tergo appressorum. Arch. Nat. Hung. Dl. 106.289. (Sign. ant.: Arch. Conv. Cruciferorum de Alba, Capsa 3., fasc. 4., nr. 10.) - REG.: Érszegi: Fejér megyére von. okl. p. 208., nr. 106.

1 Jan. 21.
2 Jan. 13.

669 1416. febr. 17.[1]

Abbatissa et sorores claustri b. Mariae virg. de Veteribuda - vi iuris patronatus - rectoratum seu plebanatum ecclesiae de Cegléd discreto viro domino Johanni conferunt.

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. flav. col. sub textu impressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 22.754. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 11. No. 13.)

Margaretha abbatissa cetereque sorores sanctimoniales claustri beate Marie virginis gloriose de Veteribuda vobis iuratis civibus et universis iobagionibus nostris de Czegled salutem cum sincera dilectione. Noveritis, quod cum nos audivimus, quod plebanus vester vitam huius mundi transmutasset et pastore animarum vestrarum indigeretis et ecclesia vestra rectore plebaniaria (!) vacaret, et nunc nos rectoratum seu plebanatum dicte ecclesie vestre discreto viro domino Johanni utique morigeratum et bonis virtutibus circumscriptum et sui antecessores nobis et ecclesie nostre serviebant et ipse de domo nostra recrevitus est et etiam carnalem sororem suam in nostro ordine in medio nostri habet, et propter servitiorum predecessorum suorum meritis (!) plebanatum seu rectoratum prefate ecclesie nostre dicto discreto viro domino Johanni dedimus, tradidimus et concessimus. Igitur probitatibus vestre universitatis firmiter mandamus per presentes, quatenus dum idem Johannes vestri in medium pervenerit, eundem in rectoratum plebanie vestre et animarum vestrarum patrem specialem honorifice assumpmere et in omnibus iuribus diete ecclesie vestre obedire debeatis igitur secus non facturi. Datum feria secunda ante festum (in cathedra sancti) Petri apostoli, anno domini millesimo quadringentesimo sexto decimo.

1 In supradicto Archivo sub dato 1416. febr. 22. custoditur, et in pallio Ez tulajdonkép 1402-ben iratott. Pettko. adnot. legitur! (Secundum opinionem archivarii Pettko litterae haec a. 1402. sunt ortae.)

670 Buda, 1416. mart. 6.

(Bude, f. VI. a. dom. Invoc.) Petri de Peren pridem iudicis curie regie littera patenter edita...per Ladislaum filium Lorandi de Palota magistro Ladislao de Maglod cum oncre),...de et super universis iuribus quartalitiis et dotalitiis nobilis domine, filie Blasii de Nyek, ave earum, domineque matris eiusdem, sibi de possessione Harkyan, alio nomine Sykator vocata, hereditaria provenire debentibus plenam satisfactionem impendisse denotabat.

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Nicolaus de Gara regni Hung. palatinus 1424. apr. 9. Arch. Comitatus Komárom. Vegyes perek: 65. II. 8. - ED.: Alapi p. 39-59.

671 Buda, 1416. mart. 6.

(Bude, III. die cinerum.) Nos lohannes Bwbek de Pelseuch tavarn. reg. mag. et comes comitatus Gwmuriensis m. comm., quod religiosus vir dominus fr. Gallus, prior ecclesie beate Marie virginis de Insula leporum in personis religiosarum dominarum sanctimonialium claustri... de eadem Insula... nobis significare curavit, quomodo quandam terram intra limites possessionis Ienew ad eandem Ienew possessionem ipsarum dominarum ... pertinentem... nonnulli cives et inhabitatores civitatis Pestiensis pro seipsis occupassent et... in usum ipsorum convertere niterentur...; unde... predictos cives Pestienses ab occupatione dicte terre, usuumque et fructuum quarumlibet perceptione et percipi factione seque in dominium eiusdem quovis quesito colore intromissione prohibuit... testimonio presentium mediante...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. minoris viridis coloris impressi. In dorso manu saec. XVI. Protestatio et prohibitio civium... super occupatione terre Ienew est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.439 (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 43. No. 38.) - REG.: Bárffai Szabó: Pest m. p. 139., nr. 559.

672 Paris, 1416. mart. 14.

(Parisius, III. Gregorii.) Honorabilis vir, frater noster carissime... Sciatis..., quod die dominico... ante carnisprivium[1] venimus ad civitatem Parisiensem, ibique dominus noster rex fuit honorifice receptus iuxta consuetudinem... Francorum, sed ullo umquam tempore vidimus homines tam duros more, sicut in partibus istis habitantes. Item... sciat ... vestra fraternitas, quod dominus noster rex laboraret iter suum arripere versus Angliam ad regem Anglie pro faciendam pacem[a] inter ipsum et regem Francie, ... si consiliarii.. regis Francie permittunt ire, sed si non permictunt[b] ipsum transire, tunc laborat pro eo, ut consiliarii supradicti regis Anglie in medium ipsorum Francorum permittant venire, sed quam cito facta sua in partibus disponere poterit istis, iter suum intendit arripere versus Constantiam... Ceterum sciatis, quod dominam reginam Francie ultra tria vel quatuor hostia vidimus, et fuit in die faciemque eius videre non potuimus cuius forme sit, nullius autem manus tetigit, nisi manus... domini nostri regis, sed ducissam ducis Bavarie bene vidimus et est satis antiqua... Insuper frater carissime multa pulcra negotia mercimonia reperiuntur in civitate ista, sed ex quo caremus pecunia, libenter ea videre nolumus, quia multum remote sumus de nostra pecunia. Pileum autem pro vobis adhuc reperire non potuimus, sed si invenerimus per Onofrium vobis destinabimus. Item sciatis, quod plures magistros transmittit dominus noster rex ad Budam: aurifabros et ceteros magistros. Insuper rogamus vestram fraternitatem, ut quocunque modis invenire poteritis, nobis pecuniam transmittere dignemini, quia etiam dominus noster rex pecunia caret... Ceterum ad presens plura vestre fraternitati novalia intimare non poss[umus], sed si aliqua perciperimus, per Onofrium plenarie informabimus...

Stephanus de Rozgon, gubernator episcopatus Vesprimiensis, fr(ater) ve(ste)r.

In dorso: Honorabili viro domino Petro de Rozgon, preposito ecclesie Demesiensis, fratri nostro carissimo, detur.

ORIG.: Chart. pap., in nonnullis locis lacerata, cum vestigio sig. viridis coloris, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.441. (Sign. ant.: Publicorum Fasc. 16. No. 12.) - ED: Áldásy: Tört. Tár. Uj folyam 3(1902) p. 575-577.

[1] 1416. mart. 1.
[a] recte: facienda pace
[b] recte: permittunt

673 Buda, 1416. apr. 19.

(Bude, in f. pasche.) Nos Sigismundus...Hungarie...rex...m. comm....,quod Georgius litteratus de Pethenyehaza in personis rel. dominarum sanctim. claustri B. M. de Veteribuda exhibuit nobis quoddam priv. ...condam...Lodouici regis Hung....super libertatibus...earundem...confectum, supplicans exinde nostro culmini, ut idem...litteris nostris patentibus...inseri et transsumpmi faciendo...eisdem...dare dignaremur, quarum tenor talis est: (Vide: Ludovicus rex 1363. Jan. 21.) Nos igitur supplicationibus prefati Georgii...exauditis...prefatum priv....presentibus...inseri et transsumpmi (faciendo)... sub consignatione sig. nostri mediocris eisdem dominabus duximus concedendum...

ORIG.: Membr. cum sig. mediocri tergo appresso. In dorso Salvus conductus ac quod arestare et iudicare iobagiones dominarum nullus potest adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.158. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 16. No. 9.)

674 Calais, 1416. apr. 30.

(Calesy in portu maris, in vig. Phil. et Iac.) Sigismundus...Hungarie...rex... fideli nostro dilecto egregio Zuborio de Nassis comiti Albensi...Cum nos alias religiosis dominabus et conventui sanctimonialium monasterii b. Marie virginis in Veteribuda ratione molendinorum per maiestatem nostram ab eisdem...ablatorum singulis annis tamdiu, donec ipsis...alia molendina assignaremus, triginta duas garletas tritici per nostros officiales commiseramus assignari, que...garlete tritici...non totaliter...assignate asseruntur, igitur...fidelitati vestre...mandamus...,quatenus amodo et deinceps de tritico, quod nostre maiestati regie fideles nostri Comani et Philystei nostri regni solvere...annuatim consueverunt...,prelibatis sanctimonialibus et conventui singulis annis triginta duas garletas tritici et etiam eas garletas tritici, que in anno proxime preterito eisdem...non existunt persolute semper tempore debito dare...debeatis...tamdiu..., donec nostram regiam celsitudinem sepefatis sanctimonialibus et conventui loco molendinorum...ablatorum alia molendina assignare,aut aliam recompensationem facere contingat...

ORIG: Chart. pap. cum fragm. sig. secr. In superiore margine et sub sig. Commissio propria domini regis, in dorso vero Super solutione 32 garletarum tritici in rationem molendini ablati sororibus Veteris Budae usque ad recompensam. Litterae haec spectant ad molendinum super Calidas aquas...adnot. est. scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.456. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 21. No. 20.)

675 Buda, 1416. maj. 1.

Franciscus Bernaldi, civis Budensis, domum suam colonicalem, ac prata et terras arabiles ad eandem spectantia et pertinentes, inter vias de civitate Budensi versus ecclesiam s. Laurentii heremitarum et villam Nyek ducentes, excepta una domo lapidea et orto ibidem habitis Ladislao et Emerico de Galgoch, banis Machoviensibus, ac Iohanni et Stephano filiis eiusdem Ladislai bani pro ducentis fl. puri auri se pignori obligasse testatur.

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: a) Petrus filius Henrici de Brezewych, mag. tavarn. Sigismundi regis Hungariae 1424. jul. 16. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 3. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); b) Petrus filius Henrici de Brezewych, mag. tavarn. Sigismundi regis Hungariae 1424. jul. 16. > Capit. ecclesiae Strigoniensis 1694. oct. 15. Arch. Nat. Hung. Dl. 87.002. (Arch. famil. Eszterházy, Budapest.) - REG.: Csánki: Századok 40(1906)p. 695.

Ego Franciscus Bernaldi civis Budensis publice fateor me et recognosco domum meam colonicalem ac prata et terras arabiles ad eandem undique spectantia et pertinentes inter vias de civitate Budensi versus ecclesiam sancti Laurentii heremitarum et villam Nyek ducentes existentem, excepta solum una domo lapidea et orto ibidem habitis magnificis viris Ladislao et Emerico de Galgoch banis Machoviensibus, ac Iohanni et Stephano filiis eiusdem Ladislai bani eorumque heredibus pro ducentis florenis puri auri plene ab eisdem habitis et preceptis usque persolutionem eorundem florenorum auri possidendam pignori obligasse. Presentibus meum et Benedicti dicti Bator et Mathie de Visy iuratorum civium Budensium in efficatius documentum premissorum sigilla seu signeta duxi apponenda. Datum Bude octavo die festi beati Georgii martiris, anno domini millesimo quadringentesimo sexto decimo.

676 Buda, 1416. jun. 10.

(Bude, XL. die oct. Georgii.) Litterae Nicolai de Gara, regni Hung. palatini explica(bant), quomodo ob contradictoriam inhibitionem statutionis... possessionis Sykator, comitatus Pestyensis,... Dauid banus et Jacobus filii Lachk de Zanto, necnon... Benedictus episcopus eccl. Boznensis... Ladislaum filium Lorandi de Palota contra se in causam convenissent, ubi Sebastianus litteratus pro... Dauid et Jacobo, necnon Benedicto episcopo ...volens dictam possessionem Sykator nove regie donationis titulo pertinere debere, litteras... Sigismundi regis patentes donationales... (dicto palatino) presentasset...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Nicolaus de Gara regni Hung. palatinus 1424. apr. 9. Arch. Comitatus Komárom. 65. II. 8. - ED.: Alapi p. 39-59.

677 Buda, 1416. jun. 14.

Johannes canonicus, plebanus de Corpona et reginalis vicecanc., coram notario publico procuratores constituit.

ORIG.: Membr. cum signo et subscriptione Emerici Nicolai de Calnok Transsilvanensis dioc. clerici, ac eiusdem Transsilv. eccl. canonici prebendati, publ. imp. auct. notarii. Arch. Nat. Hung. Dl. 43. 326. (Arch. Mus. Nat. Hung.)

...Noverint universi..., quod... venerabilis vir dominus Johannes Quinqueeccl. et Alberegalis ecclesiarum can. prebendatus ac plebanus seu rector paroch. eccl. de Corpona Strigon. dioc., reginalis maiestatis Hungarie vicecanc .... ad prosequendum et pertractandum causam seu causas..., que vertitur, vertuntur seu verti sperantur inter ipsum et rel. virum dominum Paulum prepositum de Bosowk, ord. Premonstratensis dicte dioc., de et super decimis excrescentibus a quadam particula terre Preth vocata, coram singulis auditoribus, iudicibus delegatis, subdelegatis, ordinariis, extraordinariis et commissariis quibuscunque, ac eorum locumtenentibus... creavit... ac ordinat suos... procuratores..., videlicet venerabiles et discretos viros dominos Clementem prepositum Chanadiensem et Demetrium Georgii de Azzonfalua clericum Colocensem presentes et onus huiusmodi procurationis assumentes, necnon reverendum patrem dominum episcopum Traguriensem ac venerabiles et discretos viros dominos Benedictum prepositum Alberegalis Vesprimiensis dioc., sedis apostolice prothonotarium, Johannem Quinqueecclesiensem, Georgium sancti Adalberti Jauriensis, Lampertum Veterisbudensem... Vesprimiensis dioc. prepositos, Dominicum doctorem, custodem et canonicum Waradiensem, Johannem Stolberg litteratum litterarum apostolicarum scriptorem et Mathiam Clementis de Albaecclesia Olomucensis dioc. clericum... absentes tamquam presentes et quemlibet eorum in solidum ...Acta sunt hec et facta in capella beati Georgii martiris in oppido Budensi... apostolica sede vacante..., presentibus ibidem discretis viris Michaele Thome presbitero de Schasar Vesprimiensis, Michaele Anthonii de Papa Strigoniensis et Blasio Benedicti de Nexe Quinqueecclesiensis dioc. clericis, testibus ad premissa vocatis...

Iohannes Bubek de Pelseuch, magister tavarnicorum regalium quaesito et assumpto Budensis, Albensis, Strigoniensis, de Pesth, de Barthfa, de Crimpnichia, de Libetha, de Zolio, de Biztritia, de Sebnichia et de Corpona civitatum civium consilio in causa a Nicolao Nonastyr, cive civitatis Budensis contra Andream dictum Meysner, civem Cassoviensem mota sententiam diffinitivam pronuntiat.

ORIG.: Membr. cum plica et duabus incisuris pro filo sericeo vel zona membr. sig. pend. iam deperditi. Arch. Civit. Cassoviensis (Kosice.) Coll. Schwartzenbachiana nr. 109. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - COMM.: Hajnik I.: A magyar birósági szervezet és perjog az Árpád- és vegyesházi királyok alatt. Budapest, 1899. p. 92-93. et not. nr. 15.

Nos Iohannes Bubek de Pelseuch, magister tauarnicorum regalium et comes comitatus Gumuriensis memorie commendantes tenore presentium significamus quibus expedit universis, quod Petrus de Zend pro Nicolao Nonastyr, cive civitatis Budensis cum procuratoriis litteris conventus de Iazow iuxta continentiam litterarum nostrarum prorogatoriarum in octavis festi epiphaniarum domini proxime preteritis[1] in figura nostri iudicii comparendo contra Andream dictum Meysner, civem civitatis Cassouiensis proposuerat eomodo: Quod cum idem Andreas eundem Nicolaum in dictam Cassouiam fide sua mediante invitasset, ipseque Nicolaus de ipsius Andree fide confisus ad ipsam civitatem Cassouiensem tempore nundinarum eiusdem civitatis venisset, tunc idem Andreas dictum Nicolaum per iudicem ac iuratos dicte civitatis Cassouiensis captivari fecisset, ex parte eius iudicium habere vellet. Quo audito Ladislaus de dicta Cassouia, legitimus procurator dicti Andree in nostram veniendo presentiam responderat tali modo, quod hoc bene verum foret, quod dictus Nicolaus ad instantiam dicti Andree per predictos iudicem et iuratos de dicta Cassouia captus et detentus fuisset, sed idem tempore nundinarum captus extitisset, an non, ad hec se respondere non posse referendo ulteriorem terminum ad responsionem huiusmodi dari postularat, pro eo causam premissam ad quindenas festi beati Georgii martiris tunc venturas[2] duxeramus prorogandam eomodo, ut tunc memorati iudex et iurati dicte civitatis Cassouiensis nostram in presentiam personaliter venire ad premissa respondere tenerentur. Ipsis denique quindenis advenientibus, Georgius Grenicher, iudex dicte civitatis pro se personaliter et pro aliis iuratis cum procuratoriis litteris dicte civitatis in nostram veniens presentiam, presente prefato Petro de Zend, qui pro prefato Nicolao Nonastyr cum procuratoriis litteris dicti conventus de Iazow coram nobis astabat, in nostram veniendo presentiam respondit tali modo, quod hoc verum esset, quod ipse et alii iurati dictum Nicolaum tempore nundinarum liberarum ad instantiam dicti Andree captivassent, sed idem Nicolaus ad hec se sponte obligasset, et ibidem quasdam litteras dicti Nicolai proprio pendenti suo sigillo consignatas in idiomate Tewtunicali emanatas, in translatione hunc tenorem continentes (Vide nr. 543. Nicolaus Nonastyr 1410. a. maj. 11.) nobis presentavit. Quibus presentatis prefatus procurator dicti Nicilai in persona eiusdem allegavit eomodo: Quod licet prefati iudex et iurati dicte civitatis Cassouiensis ad instantiam prefati Andree sub confidentia dictarum litterarum prefati Nicolai Nonastyr sub eius proprio sigillo emanatarum premissam ipsius Nicolai fecerint detentionem, tamen ipsi id de iure facere nequivissent ex eo, quia idem Nicolaus et Andreas Meysner mutato et postposito ipso priori obligamine ipsius in tenore dictarum litterarum eiusdem contento super facto prescripti debiti unam aliam fecissent et inivissent compositionem, et ibidem quasdam duas litteras nobis presentavit, quarum una nostra patens a tergo sigillata, Bude, feria quinta proxima ante festum Kathedre beati Petri apostoli proxime preteriti emanata,[3] habens in se transscriptive seriem litterarum dicti conventus de Iazow feria quinta proxima post festum nativitatis virginis gloriose anno domini millesimo quadringentesimo quartodecimo[4] transscribens alias litteras dicti conventus feria quinta proxima ante festum beati regis Stephani anno domini millesimo CCCC^{mo} undecimo emanatas[5] - declarabat:... (Vide nr. 575. Conventus monasterii de Iazow 1411. aug. 13. Alia siquidem prefati Andree Holalberch, sumpmi scansoris regie maiestatis, patens, in dicta Iazow, feria quinta proxima ante festum assumptionis virginis gloriose, anno domini M^{mo}CCCC^{mo} quartodecimo emanata[6] exprimebat:... (Vide nr. 653. Andreas Holalberch 1414. aug. 9.) Quarum quidem litterarum per utrasque partes productarum exhibitionibus factis procuratores partium earundem eis per nos in premissis iudi-

cium fieri postularunt. Verum licet prefatus Nicolaus Nonastyr in dicto anno domini millesimo CCCCX^{mo} se dicto Andree Meysner in dictis mille centum et sexaginta sex florenis propriis suis litteris sigillo suo consignatis ratione prescripti debiti prescriptam obligationem in eisdem litteris, modo quo supra conscriptam in se assumpserit, ipsique iudex et iurati cives dicte civitatis Cassouiensis ipsum ad instantiam prefati Andree Meysner sub confidentia ipsarum litterarum detineri fecerint et procuraverint; tamen quia in dicto anno domini M^{mo}CCCC^{mo} undecimo memorati Nicolaus et Andreas in presentiam dicti conventus de Iazow personaliter astantes postergato predicto priori obligamine in dictis litteris ipsius Nicolai specificato in facto prescripti debiti aliam compositionem et concordiam fecisse, postmodumque prefato Andrea ipsum Nicolaum ratione debiti prenarrati in presentiam dicti scansoris in causam attrahente, idem Andreas scansor volentibus et consentientibus ac benivole acceptantibus ipsis partibus tam iudiciaria sua auctoritate, quam etiam in forma compositionis pretextu debiti prescripti inter easdem partes premissam dispositionem fecisse et ordinasse ex premissis manifeste reperiebatur, sicque prefatus Andreas Meysner pretextu requisitionis prescripti prioris debiti eundem Nicolaum per predictos iudicem et iuratos cives Cassouienses detineri facere de iure non valuisse, ipsi etiam iudex et iurati cives prescriptam detentionem in persona ipsius Nicolai contra libertatem montanarum regalium ac dictarum nundinarum ipsius civitatis Cassouiensis perpetrasse; et ob hoc idem Andreas Meysner pro requisitione prescripti prioris debiti calumpniosa in amissione dicte sue actionis, idem vero iudex, videlicet Georgius Gremter, ac iurati, scilicet Nicolaus Henrici, alter Nicolaus Rosner, Iohannes Hemestreth, alter Iohannes Furman, alter Iohannes Flasnar, Stephanus aurifaber, Iohannes Gebel, Ladislaus Kubulbreth, Iohannes Hernel, Petrus de Cheben, Petrus Chulzer et Franciscus Parvus de Barcha pro indebita detentione ipsius Nicolai in homagiis ipsorum contra et adversus prefatum Nicolaum convinci et agravari debere nobis, item civibus civitatum Budensis, Albensis, Strigoniensis, de Pesth, de Barthfa, de Cripnichia, de Libetha, de Zolio, de Biztritia, de Sebnichia et de Corpona videbatur, pro eo nos eorundem quesito consilio prematuro et assumpto memoratum Andream pro indebita aquisitione prioris sui debiti in facto amissionis sui debiti et aquisitione sua, dictosque iudicem et iuratos cives Cassouienses pro indebita detentione eiusdem Nicolai in facto potentie, videlicet in homagiis eorum propriis decrevimus et committimus aggravatos fore, dicto Andree Meysner super dictarum[a] sua actione perpetuum silentium imponendo auctoritate nostra iudiciaria mediante. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas eidem Nicolao Nonastyr duximus concedendas. Datum Bude, quadragesimo die quindenarum festi beati Georgii martiris predictarum, anno domini M^{mo}CCCC^{mo} sedecimo.

[1] 1416. jan. 13.
[2] 1416. maj. 8.
[3] 1416. febr. 27.
[4] 1414. sept. 13.
[5] 1411. aug. 13.
[6] 1414. aug. 9.

[a] recte: dicta

679 Buda, 1416. aug. 24.

Magister Martinus dictus Armenus, civis civitatis Budensis iudicem et iuratos cives de Cassovia nongentos fl. auri pro domino rege ratione collectae s. Georgii persolvisse testatur.

ORIG.: Chart. pap. cum. sig. viridi impresso. Arch. Civit. Cassoviensis (Kosice), Collectio Schwartzenbachiana nr. 107. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

Ano mile e CCCC e XVj, a lo di de san Bartolamio.

Io nota, che io maistro Martino dito Armeno, citadin in Buda chonfeso, che lo gudeze e li gurati de Chasia manodao nuove cento ffl. doro per la cholta de san Gorgi per parte de nostro sinior lo re Enofrio a dao la letera de re e la soa letera, chomo questi siniori de Chasia me dechiano dar li sropra scriti dinari e lui li fa frachi lo dito Noffrio chon la soa letera e per pio chiareta io maistro Martino o fato questa letera de mia mano propia e posto lo mio sugelo.

680 Buda, 1416. oct. 1.

Onofrius camerarius selium Sigismundi regis Nicolaum Hamerspach notarium civitatis Soproniensis taxam per barones regni eidem civitati impositam apportasse fatendo eandem expeditam reddit.

ORIG.: Chart. pap. cum sigillo annulari virid. coloris impresso. In dorso manu saec. XV. medii scripta haec adnot. legitur: Quittatio de domino Onoffrio, quod ducentos florenos in auro. Arch. Civit. Soproniensis Dl. 476. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Házi: Sopron I/2. p. 116. - REG.: Házi: Sopron I/2. p. XIX. et 116.

Ego Onofrius camerarius salium serenissimi principis domini Sigismundi dei gratia Romanorum regis semper augusti ac Hungarie etc(etera) regis fateor et recognosco per presentes, quod providus vir Nicolaus dictus Hamerspach notarius civitatis Soproniensis michi in persona ipsius civitatis Soproniensis de pecunia pro taxa eidem civitati per barones imposita, laboresque ad regios deputata ducentos florenos in auro apportavit et amministravit, ideo ipsam civitatem super premissis pecuniis, scilicet ducentis florenis reddo et committo quittam, expeditam ac absolutam, immo reddidi et commisi presentium per vigorem. Datum Bude, feria quinta proxima post festum beati Michaelis archangeli, anno domini M^mo CCCC^o sedecimo.

681 Sajószentpéter, 1416. oct. 31.

(V. die executonis/ f. III. s. OO. SS.) Nos Johannes Bubek de Pelsewch thavarn. regal. magister, Emericus de Peren secretarius cancellarius, Johannes etiam de Rozgon sumpmus thezeurorius regie maiestatis, Matheus de Paloch castellanus castri de Dyosgywr comes Borsodiensis et Ladislaus filius olim Emerici waywode de dicta Pelsewch m. comm. per presentes, quod cum iuxta continentiam litterarum obligatoriarum conventus de Jazow (1416., oct. 4. confectarum) inter magistrum Benedictum filium Stephani Zudar de Olnod ab una, parte vero ab alia Jacobum et Simonem filios condam Petri similiter Zudar bani de eadem super factis in eisdem litteris...(dicti) conventus denotatis feria quinta... ante f. omnium sanct. proxime preteritum[1] in oppido Sayozenpeter per...probos viros... arbitrium fieri debuisset, ipso termino occurrente nobis in predicto loco...ex ipsarum partium electione...simul consedentibus, Stephano etiam de Rozgon filio condam comitis Simonis iudicis curie regie, Petro Thornos de Syroka, Dauid de Nyek et Sebastiano litterato de Zvhafew...ex earundem partium voluntate...nobiscum sedere facientibus, prenominatus mag. Benedictus Zudar...ab una, parte vero ab alia iam fati Jacobus et Symon...nostra in presentia easdem litteras ipsius conventus obligatorias...nobis presentaverunt...Quibus exhibitis eedem partes se in nostra adiudicatione et arbitrativa dispositione tam in omnibus premissis, quam insuper in facto magne domus eorum lapidee in civitate Budensi constructe, aliarum etiam causarum inter nobiles dominas eorundem Benedicti et Jacobi consortes hactenus contra sese motarum inter eos fiende persistere et eandem acceptare et pro rato habere velle sponte et liberaliter (se obligarunt) sub predictis obligaminibus...multas litteras causales super diversis factis hucusque inter eos et dictas dominas emanatas, quarum series propter prolixitatem presentibus inserte non sunt in alterutrum presentarunt, (inter quas maximi momenti litterae Capituli Agriensis prohibitoriae 1411. aug. 17. emanatae esse videntur, quarum contenta vide sub nr. 577.)...Nichilominus, quia predictus Benedictus Zudar medietatem prescripte domus lapidee magne in dicta civitate Budensi

constructe sibi de iure pertinere debere, in eo, quod se dictis instrumentis communibus erga eosdem Simonem et Jacobum habitis submittere velle proponebat et hoc iidem Jacobus et Simon abnegabant asserendo, quod nulla talia instrumenta, que ipsum Stephanum Zudar, patrem ipsius Benedicti sequenterque eundem Benedictum in dicta domo portionem esse redderere[n]t erga ipsos haberentur, ideo volentibus partibus commisimus, quod iidem Symon et Jacobus duodecimo se nobilibus...octavo die festi b. Andree ap. ...coram... capitulo Agriensi super eo, quod nulla talia instrumenta in facto dicte domus emanata, que ipsum Stephanum Zudar, patrem dicti Benedicti, sequenterque eundem Benedictum domo in eadem portionem esse efficerent apud ipsos habeantur... sacramentum prestarent et horum series partes in litteris dicti capituli ad oct.f. epiphan. domini... nunc affuturi.[2] domino regi reportare tenerentur...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Sigismundus rex (Com. cap. reg.) 1417. sept. 26. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.160. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 1547. No. 38.)

[1] 1416. oct. 29.
[2] 1417. jan. 13.

682 1416. nov. 11.

(In Martini.) Nos Capitulum ecclesie Budensis m.comm., quod discreti viri: Franciscus plebanus ecclesie beate Margarethe de Veteribuda et Egidius chori ecclesie nostre prebendarius, necnon provide domine: Anna Ladislai litterati, Katherina Iohannis de Kowachy consortes coram nobis...confessi extiterint..., quod cum providus Petrus filius Georgii de...Veteribuda in lecto egritudinis decumbens, in quo vitam finivisset temporalem...talem fecisset testamentariam dispositionem, quod universa bona sua mobilia et immobilia, exceptis duabus vineis prope Albam ecclesiam supra imaginem beate Anne existentes, quas Iohanni filio Gregorii litterati, nepoti scil. suo, provide domine Margarete consorti scil. sue in perpetuum...legavisset nullo...contradictore apparente...

ORIG.: Membr. cum plica et sig. de filo sericeo viridi pend. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.509. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 20. No. 21.) - REG.: Bártfai Szabó: Óbuda p. 101., reg. nr. 121.

683 1416.

...littere...domini (Sigismundi) regis (Hungariae) in anno domini millesimo quadringentesimo sextodecimo Parisius emanate continebant, quomodo idem dominus rex illam concambialem permutationem, qua Hermannus comes Cilie Zagorieque quandam domum suam acialem in vico sancti Nicolai habitam, religiosis fratribus conventui claustri beati Laurentii martiris supra Budam fundato pro quadam alia domo ipsius conventus in vico Sabbati, iuxta domum condam Frankh wayuode, que antiqua domus regis dicitur, dedisset,...consensum suum regium prebuisset...salvo iure alieno...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: (sensualiter) Magistratus civitatis Budensis 1489. dec. 1. > Ladislaus de Egervara, mag. tavarn. reg. 1494. febr. 19. Arch. Nat. Hung. Dl. 8840. - MENT.: Magistratus civitatis Budensis 1489. dec. 1. Arch. Nat. Hung. Dl. 8842. - REG.: Zákonyi: Századok 45 (1911) p. 696.

684 Konstanz, 1417. jan. 17.

Sigismundus rex Hungariae pro fidelibus servitiis ipsorum Johanni filio Jacobi de Packan et Dominico filio Andreae genero suo in possessionibus eorum in comitatu Pestiensi habitis, praesertim in possessione Packan vocata castrum aedificandi facultatem largitur.

ORIG.: Desideratur. - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 138., nr. 562.

685 1417. jan. 21.

(In Agnetis.) Nos Nicolaus prepositus et conventus monasterii beati Iohannis baptiste de Iazow m.comm.,[quod Iacobus filius] condam Petri bani de Olnod coram nobis... confessus extitit...,quod ipse...quandam domum suam in civitate Budensi sitam,necnon... possessiones suas...[Sadan et Scarus] vocatas, in comitatu Abawyuariensi existentes..., dempta...curia Iohannis dicti Ehth...Stephano et Georgio filiis condam comitis Simonis de Rozgon cum...utilitatibus et pertinentiis...in mille florenis puri auri (cum exp.caut.) pignori obligasset...eomodo,quod si ipse Iacobus...infra anni circulum prescriptas domum et possessiones...redimere...vellet,extunc iidem Stephanus et Georgius rehabitis ipsis mille florenis predictas domum et possessiones cum...ipsarum utilitatibus et pertinentiis ...eidem...deberent... resignare; ubi vero idem Iacobus dictas domum et possessiones ab eisdem...infra prefixum terminum...redimere non posset...,extunc...premissam domum elapso ipso termino in dictis mille florenis ammitteret eo facto,dictique Stephanus et Georgius eandem domum pro annotatis florenis...pro seipsis in perpetuum reservandi... habebunt...facultatem;dictas autem duas possessiones: Sadan et Scarus cum...ipsarum utilitatibus et pertinentiis absque omni solutione et processu litigionario aliquali eidem Iacobo remittere tenebuntur...

ORIG.: Membr. lacera cum vestigio sig.tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 87.397. (Arch. famil. Eszterházy, Budapest. Sign. ant.: Reposit. 25. Fasc. A. No. 5.)

686 Buda, 1417. febr. 18.

(Bude, XXXVII. termini/oct. Epiph.) Sigismundus...Romanorum...ac Hungarie etc(etera) rex Capitulo Agriensis ecclesie...Noveritis, quod nobis tricesimo octavo die f. b. Jacobi apostoli in anno proxime transacto[1]...unacum regni nostri nobilibus...causales ...processus...nostra speciali in presentia litigantium...discutientibus Dominicus de Terekfalwa pro Nicolao dicto Soos de Sowar...quasdam litteras...evocatorias...nobis presentavit declarantes, quomodo ob contradictoriam inhibitionem statutionis possessionum Gezth, Drogman, Lyanfalw, Ozlaar, Varallya et Feyereghaz vocatarum,...in comit. Borsodiensi existentium, prefatus magister Nicolaus dictus Soos...Petrum filium Michaelis de Warallya (et socios)...contra se ad certum terminum nostram specialem in presentiam attraxisset in causam ipsaque causa...ad oct. f. Epiph. d. proxime preteritas[2] dilative devenisset. Tandem ipsis octavis instantibus..., quia prefatus Petrus..., sine cuius interessentia presens causa decidi nequivit..., per Benedictum Sclauum de Buda..., procuratorem annotati Nicolai Soos congruis diebus...coram nobis expectatus nostram specialem in presentiam non venisset, neque misisset..., (ideo, pluribus prorogationibus transactis dictam causam ultimum) ad octavas b. Georgii martiris[3] prorogantes fidelitati vestre...mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Lucas de Zalantha, vel Jacobus aut Ladislaus de Passagh, sin Dominicus de Vrdughaza (ex sociis annotati Petri) Ladislaum filium Stephani...de Darach in premissis responsurum ...contra...Nicolaum...dictum Sos de Soouar ad dictas octavas...nostram in specialem evocet in presentiam...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. Eberhardi cancellarii, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 57.461. (Arch. famil. Soos.)

1 2 1416. aug. 31.
2 1417. jan. 13.
3 Maj. 1.

687 1417. mart. 1.

Magistratus civitatis Budensis magnificum dominum Jacobum filium Petri condam bani Zudar de Onod quandam domum suam in castro Budensi habitam domino Petro praeposito Temesiensi certis sub conditionibus pignoris titulo obligasse testatur.

ORIG.: Membr. cum fragmento sig. minoris rubri col. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.547. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 604. No. 11.) - MENT.: Pataki: Bud. Rég. XV(1950)p. 296., not. 91.

Nos Iohannes Budwisser dictus index castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem harum serie publice profitemur, quod vir magnificus dominus Iacobus, filius Petri quondam bani Zudar dicti de Olnod coram nobis personaliter constitutus, honorabili viro, domino Petro, preposito Themesiensi florenos mille puri auri dixit et confessus est se debitorie obligari, quos eidem domino Petro preposito ad festum beatorum Fabiani et Sebastiani martirum proxime venturum assumpsit integre et realiter expedire, pro quibus quidem debitis quandam domum suam in castro predicto, in platea omnium sanctorum, in vicinitate domorum domini Ladislai de Perin parte ab una et Benedicti Zudar parte ab altera habitam cum omnibus pertinentiis prescripto domino Petro pignoris titulo obligavit tali conditione mediante, quod si idem dominus Iacobus filius Petri bani in solutione pretactorum mille florenorum auri termino in prefixo tepidus sut remissus extiterit, extunc allegatus dominus Petrus prepositus Themesiensis eandem domum cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis universis possidendi, tenendi ac pro libitu suo alienandi plenariam habeat facultatem presentium, quibus sigillum nostrum est appressum, testimonio litterarum. Datum feria secunda proxima post dominicam Invocavit, anno domini millesimo quadringentesimo decimo septimo.

688 Buda, 1417. mart. 1.

(Bude, f. II. p. Invocavit.) Nos Iacobus filius Petri bani dicti Zwdar de Olnod m. comm., quod nos debitum quadringentorum fl. nove monete condam Symonis filii ipsius Petri bani, fratris nostri carnalis, quibus ipse Ioseph iudeo Budensi solvere tenebatur super nos assumpmendo, eidem iudeo pecunia de eadem quinquaginta fl. monete predicte in prompto persolvimus, residuam vero partem, vidl. tricentos et quinquaginta fl. in tribus terminis ..., in primo, utputa in festo penthecostes[1] centum et decem et septem, in secundo autem, scil. in die festi beati Iacobi apostoli[2] totidem, in tertio siquidem, in festo beati Michaelis archangeli[3], terminis proxime sese sequentibus, similiter centum decem et septem fl. monete premisse persolvere assumpsissemus tali sub obligamine, ut si primum terminum... insolutum pretermitteremus, extunc super ipsam pecuniam, quam in ipso termino persolvere deberemus, ipsi Ioseph iudeo, more iudaico, usura augeatur infra secundum terminum ipsius solutionis...; ubi autem in ipso secundo termino... pecuniam annotatam eidem Ioseph persolvere non possemus, extunc modo consimili usura eiusdem pecunie crescat et augmentetur infra predictum festum b. Michaelis archangeli; si autem omnes terminos solutionis insolutos pretermitteremus, extunc iudex civitatis Budensis nostri ex parte de premissis annotato Ioseph exhibebit atque possit omnimodam satisfactionem harum nostrarum litterarum vigore mediante...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Sigismundus rex Hungariae 1420. apr. 14. Arch. Nat. Hung. Dl. 43.462. (Arch. Mus. Nat. Hung. Coll. Véghely.)

[1] 1417. maj. 30.

[2] 1417. jul. 25.

[3] 1417. sept. 29.

689 Buda, 1417. apr. 22.

(Bude, f. V. a. Georgii.) Sigismundus... Hungarie... rex... capitulo ecclesie Budensis ... Dicitur nobis in persona religiosi viri fratris Ladislai prepositi ecclesie b. Michaelis archangeli de Insula leporum, quod quoddam predium Pazand vocatum, in comitatu Pilisiensi, ac molendinum super Calidis aquis in facie eiusdem predii currens apud manus cruciferorum sancti spiritus de Calidis aquis superioribus existens... ipsam ecclesiam sancti Michaelis ...concernens... recaptivatione et sibi statui factione... indigeret, super quo fidelitati vestre... mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Valentinus nobilis de Felkezew, nunc in Veteribuda residens... ad faciem dicti predii et... molendini vicinis et commetaneis eiusdem universis inibi... convocatis et presentibus... recaptivet ipsum predium et dictum molendinum nomine iuris prefati prepositi et sue ecclesie, recaptivatumque et ab aliorum iuribus separatum relinquat ipsum eidem preposito cum omnibus utilitatibus et pertinentiis eo iure, quo sibi et ecclesie sue dinoscitur pertinere perpetuo possidendum, si non fuerit contradictum; contradictores vero, si qui fuerint, evocet ipsos contra eundem prepositum palatinalem in presentiam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capitulum ecclesiae Budensis 1417. apr. 27. Arch. Nat. Hung. Dl. 10. 563. (Sign. ant.: Praeposit. de Insula Leporum Fasc. 46. No. 6.)

690 1417. apr. 28.

(III. die dom. p. Georgii.) Magnifico viro domino Nicolao de Gara regni Hungarie palatino et iudici Comanorum... capitulum ecclesie Budensis... Vestra noverit magnificentia, quod nos litteras... domini Sigismundi... regis... Hungarie... recepimus in hec verba: (Vide nr. 689. Sigismundus rex Hungariae 1417. apr. 22.) Nos... mandatis... domini... regis ...obedire cupientes... unacum... Valentino de Kezew... Nicolaum cantorem... concanonicum nostrum... pro testimonio... duximus destinandum, qui... nobis... retulerunt, quod ipsi die dominica post... festum beati Georgii martiris[1]... ad faciem... predii (Pazand vocati) et molendini (super Calidis aquis superioribus existentis) accedendo, vicinis et commetaneis illic... convocatis et presentibus, dum eadem recaptivare ac... Ladislao (preposito) et per consequens ecclesie beati Michaelis archangeli statuere voluissent, tunc religiosus vir fr. Herricus crucifer sancti spiritus de Calidis aquis superioribus in sua, necnon conventus loci eiusdem personis predicte recaptivationi et statutioni contradictionis velamine obviasset, ob quam... inhibitionem... annotatos cruciferum et conventum contra... Ladislaum prepositum ad octavas diei penthecostes[2]... palatinalem evocasset in presentiam rationem contradictionis eorum reddituros...

In dorso: Domino palatino pro religioso fratre Ladislao preposito sancti Michaelis de Insula leporum contra religiosum virum Herricum cruciferum ecclesie sancti spiritus de Calidis aquis superioribus et conventum loci eiusdem ad diem octavum penthecostes. Evocatorialis.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 10. 563. (Sign. ant.: Praeposit. de Insula Leporum Fasc. 46. No. 6.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 139. nr. 566. (cum erroneo dato.); Id.: Óbuda p. 101., nr. 122. (sub dat. apr. 24.)

1 1417. apr. 25.
2 1417. jun. 6.

691 Buda, 1417. maj. 1.

(Bude, in Philippi et Iacobi.) Nos Sigismundus... Hungarie... rex... m. comm., quod egregius vir, mag. Iohannes filius Anthimii de Thapsan... regni nostri... vicepalatinus, ac castellanus castri nostri Budensis, item quidam Elias coram nostra maiestate... sunt confessi in hunc modum: Quod dum ipse Elias et socii sui... in civit. nostra Cassoviensi fuissent constituti, tunc iudex, iurati et consules ac universi cives eiusdem civit. certam

quantitatem croci nequam et falsificati per...Eliam et suos socios causa venditionis in medium ipsorum apportati, necnon mensuram seu pondus similiter falsam apud ipsos reperissent, quem...crocum et mensuram iidem iudex, iurati et tota communitas...per certa signa et experimenta examinantes falsas et nequam reperissent. Et licet...iudex, iurati et tota communitas predicte civit. contra...Eliam et socios suos pro huiusmodi eorum malitiosis aquisitionibus et actibus...iuridice procedere voluerint, tamen iidem Elias et socii sui se culpabiles fore sentientes,...noctis in silentio fugissent...Et quia... iudex, iurati consules et universi cives...civit. Cassoviensis ad...petitiones...magnifici Iacobi Lachk de Zantho, alias vaivode Transilvanensis, nunc ianitorum reginalium magistri, ac prefati mag. Iohannis ipsum crocum falsum...ac ceteras res...Elie et sociorum suorum ipsis Elie et sociis suis restituissent, ideo...mag. Iohannes, necnon Elias in sua et... sociorum suorum personis...iudicem, iuratos consules, cives et totam communitatem... super omnibus...commisissent...expeditos...

ORIG.: Chart. Pap. cum fragm. sig. mediocris tergo appressi. Arch. Civit. Cassov. (Kosice.) Coll. Schwartzenbachiana nr. 118. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

692 1417. maj. 4.

Sigismundus rex Hungariae Nicolaum filium Stephani de Chew ac Johannem et Stephanum filios suos portionem possessionariam condam Sigismundi fratris eorum in Gyog (com. Pest.) habitam pro quinquaginta flor. Nicolao de Fedemes impignoravisse testatur.

ORIG.: Desideratur. - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 139., nr. 567.

693 1417. maj. 6.

(In Ioh. a. port. Lat.) Capitulum. ecclesie Budensis...ad univ...not. h. s. volumus pervenire, quod Nicolao et Iohanne filiis Nicolai condam Stephani dicti Saphar de Chew..., item Nicolao filio Iohannis de Fedemes...coram nobis...constitutis, per...Nicolaum et Iohannem filios...Nicolai dicti Stephani Saphar...propositum extitit...,quod ipsi tum ob ...amorem, quo ipsi unacum dicto Nicolao filio Iohannis de Fedemes...sibiipsis attinerent, tum etiam pro ducentis fl. puri auri boni et iusti ponderis per eosdem...a...Nicolao filio Iohannis...perceptis...quoddam castellum eorum lapideum intra metas possessionis Gyod, in comitatu Pestiensi existentis, ac septem sessiones iobagionales in eadem portione ipsorum possessionaria in dicta Gyod habitas, a parte scil. Danoby adiacentes, alias erga manus condam magnifici viri Mykch bani de Zentelzebeth et consortis eiusdem pignoris titulo existentes cum cunctis ipsarum utilitatibus...prefato Nicolao filio Iohannis de Fedemes ipsiusque heredibus et posteritatibus...(cum exp. caut.) vendidissent...tali modo, ut si aliquam partem...absque prolibus...mori contingeret, extunc ipsius partis absque prolibus decedentis...cuncte possessiones et iura possessionaria...(in) quibuslibet comitatibus huius regni Hungarie existentes...in partem...superviventem...devolvi...deberent pleno iure...salvis tamen iuribus ecclesie nostre in eadem possessione Gyod habitis...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. ecclesiae Budensis 1419. jul. 2. Arch. Nat. Hung. Dl. 100.416. (Sign. ant.: Arch. famil. Batthyány de Körmend. Acta antiqua Alm. 2. Lad. 4. Göd. nr. 29.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 139., nr. 568.

694 Buda, 1417. maj. 17.

(Bude, f. II. a. ascens.) Barbara...Hungarie...regina universis et singulis principibus ecclesiasticis et secularibus, comitibus, baronibus, nobilibus, militibus, clientibus, officialibus, civitatum, oppidorum, villarum et aliorum locorum communitatibus ac rectoribus eorundem, passuumque et aliorum locorum quorumvis custodibus, ceterisque amicis nostris benivolis et sacri Romani imperii fidelibus...Noveritis, quod...providi Gaspar Bernhardi civis civitatis nostre Budensis presentisque anni tricesimarum nostrarum comes

et Marioth Gallicus eiusdem civitatis...Budensis inhabitator nobis curarunt significare, quod...cum ipsi his diebus...quosdam familiares ipsorum de nostre maiestatis commissione speciali pro emendis iocalibus et aliis clenodiis nostre claritati necessariis versus Venetiarum partes transmisissent, tunc quidam aurifaber Iohannes...civitatis Budensis alias inhabitator unacum nonnullis malefactoribus sibi associatis...familiaribus...Caspari et Marioth...prope lacum Balathon...insidiando eosdem...mille et trecentis florenis auri puri spoliassent... in...nostre maiestatis dampnum. Super quo vestre universitatis amititiam requirimus..., quatenus dum et quandocunque...familiares prescriptorum Casparis et Marioth...annotatum Iohannem aurifabrum vel quemcunque ex prescriptis malefactoribus in vestris tenutis, districtibus, possessionibus, honoribus, officiolatibus seu vestri in medio reperire poterint..., eundemque vel eosdem presentium serie per vos vel alterum vestrum detineri postulaverint, extunc eundem vel eosdem captivare, ab eodemque vel eisdem florenos prescriptos apud ipsum vel ipsos in toto vel in parte invenientes auferre et manibus...familiarium...Caspari et Marioth, pretactum autem Iohannem aurifabrum et socios suos...per vos detinendos per homines vestros nostre maiestati transmittere velitis...

Ad commissionem propriam domine regine Iohannes vicecancellarius.

ORIG.: Chart. pap. cum sig. secr. impresso. Arch. Civit. Soproniensis Dl. 487. (Sign. ant.: Lad. L., fasc. 5., nr. 140.) Arch. Nat. Hung. Filmotheca. - ED.: Házi: Sopron I/2. p. 124-125. - REG.: Házi: Sopron I/2. p. XX. et 124.

695 Buda, 1417. maj. 31.

(Bude, II. die penthec.) Sigismundus...Hungarie...rex...viris magnificis palatino et iudici curie sue ipsorumque in iudicatu vicesgerentibus, aliis etiam cunctis regni sui iudicibus et iustitiariis, ecclesiasticis vidl. et secularibus...Veniens nostram, prelatorumque et baronum nostrorum in presentiam vir providus Georgius de Pethnehaza in personis religiosarum dominarum sanctimonialium claustri beate Marie virginis de Veteribuda nobis ac eisdem prelatis et baronibus nostris detexit..., quomodo nonnulli forent ex regnicolis nostris, qui propter iniurias, dampna et maleficia per officiales possessionatos earundem dominarum in possessionibus ipsarum...sibi illatas et irrogata easdem dominas vel earum possessiones et non huiusmodi officiales possessionatos, per quos ipsa mala eisdem irrogata forent...in causam attrahendo...aggravare...consuevissent, per quod factum possessiones ipsarum dominarum non modicam paterentur desolationem; et quia nos...possessiones annotatarum dominarum et per consequens easdem per neminem regnicolarum nostrorum propter aliorum excessus volumus indebite perturbari, ideo vestre fidelitati...nostris regiis damus sub preceptis, quatenus amodo deinceps et antea prefatas dominas ipsarumque possessiones propter huiusmodi excessus officialium possessionatorum earundem, si et inquantum ad id faciendum de iure et de consuetudine regni nostri admittimur, ad nullius instantiam iudicare, impedireque et dampnificare presumpmatis, sed huiusmodi officiales possessionati propter maleficia de possessionibus dictarum dominarum cuipiam illata seu inferenda de eorum propriis possessionibus iudicio perlesos debeant committere...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Michael Orzag de Gwth regni Hungariae palatinus 1465. maj. 22. In dorso manu saec. XV-XVII. Vt non possent judicare dominas adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 16.752. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 16. No. 21.)

696 Buda, 1417. jun. 4.

Litterae expeditoriae Onoffrii camerarii Budensis de 1000 fl. auri a civibus civitatis Cassoviensis ad labores regios per ipsum levatis.

ORIG.: Chart. pap. cum sig. annulari impresso. Arch. Civit. Cassoviensis (Kosice.) Coll. Schwartzenbachiana nr. 123. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

Ego Onoffrius camerarius Budensis etc(etera), do pro memoria, quomodo viri famosi et circumspecti Nicolaus Hemicze dictus Hewensctayth et Hans Heydl, cives civitatis Caschouiensis nomine et in persona iudicis ceterorumque iuratorum civium antelate civitatis Caschouiensis de mille florenis auri ipsis per barones regni huius impositis et ad labores regios deputatis mihi dederunt et assignarunt octingentos et quadraginta florenos nove monete regalis plene et integre, ac debito cum effectu, ideo eosdem cives civitatis prelibate, nomine quo supra, super premissis octingentis et quadraginta florenis compoti prescripti reddidi et commisi quietos, liberos et expeditos, ymmo reddo et committo vigore et patrocinio presentium mediante. Datum Bude, feria sexta proxima post festum penthecostes, anno domini millesimo quadringentesimo decimoseptimo.

697 Konstanz, 1417. jun. 24.

(Constancie, in f. b. Ioh. bapt.) Sigismundus... rex Hungarie... Johanni prep. eccl. Bachiensis, nostre maiestatis vicecancellario salutem... Veniens in nostrum conspectum ...rel. fr. Thomas Quinqueecclesiensis provincialis...per regnum nostrum Hung. pro parte rel....dominarum sanctim. claustri b. Margarethe virg. et mart. de Insula leporum, exhibuit nobis quasdam litteras quondam...Lodouici regis...sub eius secr. sig. patenter emanatas hunc tenorem continentes: (Vide: Ludovicus rex. Hung. 1355. Apr. 22.) Supplicans exinde prefatus Thomas ord. vidl. predicatorum provincialis..., quatenus predictas litteras sub maiori dupplici sig....confirmare dignaremur; unde nos precibus prefati fr. Thome...favorabiliter inclinati, - licet predicte littere...Lodovici regis tum pro sui vetustatem, tum etenim et verius malam et negligentem earum conservationem magnam in sigillo seu cera sigilli rupturam patiantur, tamen, quia ex certis signis, litteris et sculptura sigillo in eodem clare apparentibus, ipsius quondam...Lodouici regis veras et iustas litteras alphabeto intercisas evidenter et indubitanter fore agnovimus, ideo easdem presentibus litteris nostris, quoad omnes earum continentias, clausulas et articulos ratas habentes, eisdemque nostrum regium consensum... - salvo iure alieno - prebentes, fidelitati vestre...mandamus..., quatenus huiusmodi litteras...presentibus insertas, quas his haberi volumus pro sufficienter expressis, sig. nostre maistatis maiori dupplici autentico erga vos habito, quo ut rex Hung. utimur, pro predicto claustro et... rel....dominabus innovare, roborare et confirmare debeatis...perpetuo...valituras, constitutionibus, decretis, ordinationibus, litteris tam nostris, quam aliorum quorumcunque et aliis in contrarium editis non obstantibus...

ORIG.: Membr. cum sig. subtus appresso, sub quo Relatio Philpes de Korogh not. canc. legitur. In dorso manu saec. XV-XVI. Littera super Balneum adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.517. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 49. No. 18.)

698 Buda, 1417. jul. 3.

(Bude, sab. p. visit. Marie.) Sigismundus...Hungarie...rex...capitulo ecclesie Budensis...Dicitur nobis in persona religiosi viri fratris Ladislai prepositi ecclesie b. Michaelis archangeli de Insula leporum, quod predium Pazand vocatum in comitatu Pilisiensi, ac molendinum super Calidas aquas, in facie eiusdem predii currens, apud manus cruciferorum sancti spiritus de Calidis aquis superioribus existens habitum, ipsam ecclesiam sancti Michaelis de Insula leporum rite concernens,...recaptivatione et sibi statui factione...indigeret. Super quo fidelitati vestre...mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Valentinus nobilis de Felkezew, nunc in Veteribuda residens, homo noster, ad faciem predicti predii et...molendini vicinis et commetaneis eiusdem universis...convocatis et presentibus accedendo recaptivet ipsum predium et dictum molendinum nomine iuris prefati prepositi et sue ecclesie, recaptivatumque ab aliorum iuribus separatum relinquat ipsum eidem preposito cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis eo iure, quo sibi et ecclesie sue dinoscitur pertinere perpetuo possidendum, si non fuerit contradictum; contradictores vero, si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatum prepositum nostram in presentiam...rationem contradictionis eorum reddituros...

ORIG. : Non extat. - TRANSCR. : Capit. ecclesiae Budensis 1417. jul. 9. Arch. Nat. Hung. Dl. 10. 588. (Sign. ant. :Praeposit. de Ins. leporum Fasc. 46. No. 6.)

699 1417. jul. 9.

(VI. die dom. p. visit. virg.)... domino Sigismundo... Hungarie... regi... capitulum ecclesie Budensis... Vestra noverit serenitas, quod nos litteras vestras recaptivatorias... recepimus in hec verba: (Vide nr. 698. Sigismundus rex Hungariae 1417. jul. 3.) Nos itaque ...unacum... Valentino homine vestro... Gerardum ecclesie nostre... clericum ad... recaptivationem et statutionem... pro testimonio... duximus destinandum, qui... nobis... retulerunt, quod ipsi die dominica... post... festum visitationis virginis gloriose[1] ad facies ...predii (Pazand vocati... ac molendini super Calidas aquas, in facie eiusdem predii currentis) vicinis et commetaneis eorundem inibi convocatis... accedendo, dum predictum predium et molendinum nomine iuris ecclesie s. Michaelis archangeli de insula leporum recaptivare et eidem statuere voluissent, tunc religiosus vir, fr. Petrus crucifer ecclesie s. spiritus de Calidis aquis superioribus... contradictionis velamine obviasset, ob quam... annotatum Petrum cruciferum ac conventum loci eiusdem contra... Ladislaum prepositum (ecclesie s. Michaelis archangeli de Insula leporum) ad octavas festi nativitatis virginis gloriose[2]... vestram evocasset in presentiam...

In dorso: Domino regi pro religioso viro fratre Ladislao preposito ecclesie sancti Michaelis de Insula leporum contra cruciferos ecclesie sancti spiritus de Calidis aquis superioribus ad octavas festi nativitatis beate virginis. Evocatorialis.

ORIG. : Chart. pap. cum vestigio sig., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 10. 588. (Sign. ant. :Praeposit. de Ins. leporum Fasc. 46. No. 6.)

1 1417. jul. 4.
2 1417. sept. 15.

700 Buda, 1417. aug. 10.

(In Laurentii, Bude.) Barbara... Romanorum ac Hungarie etc(etera) regina... ad univ. not. h. ser. volumus pervenire, quod... magister Georgius de Petheniehaza, procurator rel. dominarum abbatisse et ceterarum sanctimonialium claustri b. Marie virg. de Veteribuda in personis earundem exhibuit nostre maiestati quoddam privilegium... Sigismundi... Romanorum... ac Hungarie etc(etera) regis conthoralis nostri... confirmans quasdam duas litteras, unam... Marie regine Hung.... et aliam comitis Jacobi de Scepus iudicis curie regie, exprimentes venditionem et emptionem quorundam fundi curie et terrarum in eisdem litteris clare specificatarum pro eisdem dominabus factas..., supplicans exinde nostre maiestati..., ut idem privilegium ratum... habendo, nostrisque litteris... transsumpmi faciendo, premissis venditioni et emptioni dictorum fundi curie et terrarum nostrum reginalem consensum... prebere dignaremur. Cuius quidem privilegii tenor sequitur in hec verba: (Vide nr. 453. Sigismundus rex Hung. 1406. apr. 20.) Nos igitur... suppli - cationibus... magistri Georgii in personis predictarum rel. dominarum abbatisse et sanctimonialium claustri b. Marie virginis de Veteribuda nobis allatis gratiose inclinati, prefatum privilegium... presentibus... insertum quoad omnes suas continentias... ratificamus, premisseque venditioni et emptioni dicti fundi curie et terrarum in tenoribus prescriptarum litterarum specificatarum ob spem et devotionem nostram ad beatissimam virginem Mariam, in cuius glorioso nomine dictum monasterium existit fundatum, gerimus,... nostrum reginalem consensum... largimur... salvis iuribus alieni s...

ORIG. : Membr. cum plica et sig. secr. de filo sericeo virid. col. pend. In dorso manu saec. XVI. Super sessionem Nicus prope claustrum et terras arabiles eiusdem confirmatio adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 10. 519. (Sign. ant. V. Buden. Monial. Fasc. 19., No. 13.)

701 1417. aug. 17.

(XVI. Kal. Sept.) Sigismundus... Hungarie... rex... ad univ. not. h. s. volumus pervenire, quod... religiosus vir fr. Thomas de Quinqueeclesiis, provincialis ord. predicatorum... pro parte religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. Marie virginis de Insula leporum exhibuit nobis... duas litteras nostras, unam vidl. super eo, ut ipsas dominas nullus iudicum et iustitiariorum... regni nostri Hungarie preterquam personalis regia maiestas cum suis prelatis et baronibus in causis earum in facto possessionario motis et emergentibus temporibus in perpetuis auderet iudicare...; et reliquam qua mediante serenitas nostra eisdem dominabus id, ut eedem aut earum legitimi procuratores universas possessiones et quelibet iura possessionaria prefati claustri ubilibet et in quibuscunque comitatibus ... regni nostri Hungarie habitas et existentia ab eodemque alienatas et distracta ac per ipsas iuridice recaptivatas et recaptivanda mediante iustitia requirendi, recuperandi et eidem claustro reapropriandi et reperpetuandi... omnimodam haberent facultatem-dinoscitur annuisse ex gratia speciali,... supplicans nostro culmini..., ut... ambas nostras litteres... ratas... habendo, nostrisque litteris privilegialibus... inseri... faciendo claustro dominabusque pro eisdem in evum valituras innovando confirmare dignaremur, quarum prime tenor sequitur in hec verba: (Vide nr. 187. Sigismundus rex Hungariae 1395. apr. 24.) Alterius vero series verbalis hec est:(Vide nr. 401. Sigismundus rex Hungariae 1404. aug. 1.) Nos itaque... ipsius fratris Thome... nostre... porrectis maiestati supplicationibus... exauditis... prefatas ambas litteras nostras patentes... presentibusque nostris litteris... insertas quoad omnes earum continentias, clausulas et articulos acceptamus... et ratificamus, eas nichilominus ob spem et remedium nostre salutis sincereque devotionis zelum, quem ad gloriosissimam dei genitricem virginem Mariam, sub cuius nominis sanctissimi titulo prefatum claustrum fundatum extitit, cuiusque intervenientibus sanctissimis precum suffragiis nedum in terris, verum etiam patria in celesti pie speramus confoveri - efficaciter gerimus et habemus, ... mera auctoritate regia et potestatis plenitudine ac ex certa scientia nostre regie maiestatis, de consensuque et beneplacito... domine Barbare regine nostre conthoralis carissime, prelatorum etiam et baronum nostrorum consilio prematuro ac uniformi eorundem decreto pro eisdem claustro et dominabus sanctimonialibus ibidem altissimo iugiter famulantibus perhempniter valituras innovantes confirmamus...

ORIG.: Membr. cum plica et fragm. sig. duppl. de filo sericeo viridis et rubri coloris pend. In superiore margine et sub plica Ad litteratorium mandatum domini regis not. canc., in dorso vero manu saec. XVI. Libertas et gratia et per regem, ut prescriptio privilegii non expirantur adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 10. 523. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 56. No. 47.) - TRANSCR.: a) Capit. ecclesiae Budensis 1465. mart. 31. Arch. Nat. Hung. Dl. 8060. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 50. No. 26.) b) Wladislaus II. rex Hungariae 1508. febr. 2. Arch. Nat. Hung. Dl. 8061. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 17. No. 2.)

702 1417. aug. 17.

(XVI. Kal. sept.) Sigismundus... rex... Hungarie... ad univ... not. h. ser. vol. pervenire, quod... fr. Thomas de Quinquecclesiis provinciarius fratrum ord. predicatorum ... in personis rel. dom. sanctim. claustri b. Marie in Insula leporum... exhibuit nobis quasdam litteras... Ludovici... regis... sub eius maiori secreto sigillo super quadam concordia... olim inter prefatas dominas... ac plebanum eccl. b. Marie virg. necnon cives civitatis nostre Budensis, seu castri novi montis Pestiensis... in facto... quorundam iurium ... patenter emanatas alphabetoque desuper intercisas ac in quadam parte sigilli... rupturam et defectum pacientes... supplicans... quatenus easdem... sub maiori .. dupplici sigillo... dignaremur confirmare. Quarum tenor sequitur in hec verba... (Vide Ludovicus rex Hung. 1355. apr. 22.) Nos itaque... supplicationibus... fratris Thome... favorabiliter inclinati, quamvis predicte littere... in sigillo seu cera sigilli rupturam patiantur, tamen quia ex certis signis litterarum et sculpturarum sigillo in eodem clare apparentium easdem ipsius... Ludovici regis veras et iustas... litteras... agnovimus, ideo easdem presentibus nostris litteris privilegialibus... insertas... ratificantes simulcum concordia et compositione... in tenoribus ipsarum... contentia... auctoritate regia et potestatis plenitudine ex certaque nostre maiestatis scientia ac de consensu et beneplacito... domine Barbare regine consortis

nostre...prelatorum etiam et baronum nostrorum consilio prematuro ac unanimi decreto dominabus sanctimonialibus et claustro pro predicto constitutionibus, decretis, ordinationibus litteris tam nostris quam aliorum quorumvis et aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscunque in evum valituras innovantes confirmamus... salvis cumtaxat iuribus alienis...

ORIG.: Membr. cum plica et fragm.sig. dupl. de filo sericeo rubri et virid. col. pend. In dorso manu saec. XVI. scripta Az felhevyzen valo ferede adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 4509. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 39. No. 11.)

703 Konstanz, 1417. aug. 24.

(Constantie, in Bartholomei.) Sigismundus... Hungarie... rex... magnificis Nicolao de Gara regni nostri Hung.... palatino et comiti Petro de Peren iudici curie nostre, Iohanni de Pelsewch mag. tavarn. et Piponi de Ozra Themesiensi et camerarum salium nostrorum regalium comiti... Exponente nobis... domino Iohanne archiepiscopo Strigoniensi, aule nostre regie supremo cancellario intelleximus, quod quamquam iuribus et libertatibus ...eccl. Strigoniensis requirentibus de qualibet camerarum lucri camere nostre regie annis singulis triginta marce denariorum et quindecim ulne panni Lauani... domino archiepiscopo Strig. pro tempore constituto et ecclesie sue provenire et extradari debuerint, demum tamen eiusdem domini archiepiscopi moderni temporibus huiusmodi proventus et panni ab ipso... archiepiscopo moderno occupati et eidem minime extradati extitissent in preiudicium ...eccl. Strig. et ... Iohannis archiepiscopi... Cum autem nos iuribus et proventibus... eccl. Strig., que mater aliarum ecclesiarum... regni nostri Hung. existit nequaquam derogare volentes, per vos super hiis... experiri decrevimus veritatem. Igitur fidelitati vestre... mandamus, quatenus dum super hoc per... dominum archiepiscopum aut hominem suum ad hoc deputatum fueritis requisiti, extunc... ab hiis, quibus incumbit et signanter a circuspecto... Francisco Bernhardi cive nostre civit. Budensis et aliis quibuscunque fidedignis, qui huiusmodi lucrum camerarum nostre non moderno, sed pristinis antiquis temporibus tenuerunt, dicaverunt et exegerunt, habita diligenti inquisitione... si hoc, quod predicte triginta marce denariorum et quindecim ulne panni Lauani de singulis camerarum ...lucri camere nostre annis quibuslibet temporibus antiquatis archiepiscopis... tunc constitutis et consequenter... domino Iohanni archiepiscopo moderno Strigoniensi extradati, assignati et expost ab eodem occupati et retenti fuerint, reperietis, extunc ulteriori nostro mandato superinde non expectato huiusmodi triginta marcas denariorum et quindecim ulnas panni Lauani de singulis camararum nostrarum... lucri camere nostre... domino Iohanni archiepiscopo et ecclesie sue de proventibus ipsius lucri camere nostre per eiusdem lucri camere nostre comites seu conductores pro tempore constitutos plenarie et ex integro... extradare... debeatis...

ORIG.: A) Chart.pap. cum vestigio sig. secr. impressi. In superiore margine et sub sig. Commissio propria domini regis not canc., in dextera parte inferioris marginis Domini archiepiscopi, in dorso vero manu saec. XV-XVI. scriptae Preceptoria Sigismundi regis super restitutione triginta marcarum denariorum et quindecim ulnarum panni Lauani adnot. leguntur. Arch. Primat. Strig. Saec. Lad. B., fasc. 1., nr. 9. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); B) Chart. pap. cum sig. secr. impresso. In superiore margine Commissio propria domini regis not. canc. est scripta; in dorso vero manu XVI. scripta haec adnot. legitur: Littera Sigismundi regis, quod archiepiscopus Strigoniensis de qualibet camera lucri camere regie singulis annis archiepiscopis Strigoniensibus pro tempore constitutis triginta marcas denariorum et quindecim wlnas panni Lauani habere debeat, que temporibus eiusdem Sigismundi regis fuissent occupate, et mandat ipse dominus rex, quod scita veritate, si ita reperierint, ipsi ecclesie Strigoniensi semper persolvere debeant. Arch. Primat. Saec. Lad. B., fasc. 1., nr. 10. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - Verba: vos simus et invicem, aut aliis ex vobis absentibus, seu ad huiusmodi negotiorum expeditionem commode attendere nequientibus, duo aut tres vestrum, quae in A) leguntur, tamquam in exemplari pro archiepiscopo destinato superflua - in B) ommissa sunt.

704 (Buda[1], 1417. aug. 24.)

([Bude]in Bartholomei)... .coram regia maiestate...Johannes filius condam Nicolai filii Stephani < dicti Saphar de Chew...>[2] suo et Nicolai fratris sui nominibus... totales eorum portiones possessionarias <in possessione Gyogh vocata ac per mortem condam Sigismundi et Stephani ac aliorum fratrum ipsorum in eosdem iure sucessorio devolutas, in qua ecclesia parochialis lapidea in honore sancte Sabine esset fundata, ac castellum et ortum lapideos ac alteram ecclesiam similiter lapideam sub vocabulo b. Bartholomei apost. sitam et ad easdem portiones possessionarias spectantes, in comit. Pestiensi > tam erga manus eorundem Johannis et Nicolai, quam alios quoslibet habitas, < simulcum sessionibus populosis et desertis, > necnon duo predia Fethel et Kewel appellata, in eodem comit. habita (cum) vineis, silvis, rubetis, virgultis, montibus, vallibus, collibus, alpibus, aquis, piscaturis, piscinis molendinorumque locis et generaliter cunctis utilitatibus et pertinentiis...qualitercunque nominatis (vigore litterarum... domini nostri regis privilegialibus...cum exp. caut.)...vendidissent (nobili domine Katherine, consorti Andree de Chap pro mille et quingentis fl. nove) monete, fl. quemlibet per centum denarios novus computando...omne ius et totale dominium ipsarum in eandem dominam Katherinam in evum ac per ipsum Andream usque vitam suam reservando...[3]

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.:(sensualiter) Nicolaus de Gara regni Hung. palatinus 1422. p. jan. 6. Arch. Nat. Hung. Dl. 103.489. (Ex Arch. famil. Batthyany de Körmend.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 140., nr. 570.

[1] Ex reg. Bártfai Szabó. (Vide ap. REG.)

[2] Vocabula inparenthesi posita ex reg. Bártfai Szabó sunt desumpta.

[3] Vocabula in parenthesi posita ex diversis locis Transcripti Nicolai de Gara desumpta sunt.

[4] Bártfai Szabó a. 1938. adhuc ex originalibus, sed postea deperditis litteris regestam construxit. (Vide ap. REG.)

705 Konstanz, 1417. sept. 27.

(Constantie, in Cosme et Dam.) Nos Sigismundus... rex...Hungarie...m.c.t. pr. signif. univ. quibus exp., quod sicuti pro... servitiis...fidelis nostri nobilis viri Iohannis filii Iacobi de Harazth aulici nostre maiestatis specialis, sic non minus pro utilitate et comodo regni nostri Hungarie...ad quandam possessionem suam, ac Ladislai fratris sui carnalis Zenthlazlow appellatam, in comitatu Pestiensi...habitam nundinas liberas seu forum annuale in cunctis festivitatibus sancti Ladislai regis et confessoris annis singulis ac diebus et horis easdem festivitates precedentibus et sequentibus ad id necessario aptis et sufficientibus omnino sub eisdem libertatum prerogativis, quibus fora et nundine libere nostre civitatis Budensis celebrari seu continuari consueverunt perpetue duraturum...duximus...concedendum absque tamen preiudicio fororum et nundinarum liberarum aliorum. Quocirca vos fideles nostros universos et singulos mercatores, institores ac alios forenses homines atque viatores presentibus...assecuramus, quatenus ad dictas nundinas seu forum liberum...simulcum omnibus vestris rebus mercimonialibus secure et absque omni pavore seu formidine rerum et personarum vestrarum...accedatis, peractisque negotiationibus vestris in emptionibus scil. et venditionibus nundinis et foro liberis in eisdem redeatis ad propria vel alia, que malueritis, loca...salvis rebus vestris et personis sub nostra protectione et tutela speciali...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. impresso. Arch. Nat. Hung. (Arch. Mus. Nat. Hung. Collectio Véghelyiana.) Dl. 43.371. - REG.: Bártfai Szabó: Pest. m. p. 140-141. nr. 571.

706 Konstanz, 1417. nov. 2.

(Constantie, IX. Kal. Dec., a. I.) (Supplicat Stephanus baro dictus Jakch Martino pape, V. ut sibi) et... Ursule eius uxori... item religiosis mulieribus: Helene, Anne, Dorothee et Elizabeth monialibus monasterii s. Marie in Veteri Buda ord. s. Clare Vespr. dioc. plenam remissionem omnium peccatorum suorum bis in vita et in articulo mortis quotiens oportunum fuerit (concedere dignetur.)

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Vol. 106., fol. 29^{v}. - PHOTOCOPIA: Coll. Musei Hist. civit. Budapest. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Copiae dipl. pontific. Coll. Mus. Acad. Scient. Hung. nr. 10.656., p. 1-2. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 46., nr. 1.

707 1417. nov. 26.

(Die XXVI. nov.) Capitulum ecclesie Vesprimiensis... Cunctis pateat..., quod nos... dominum Petrum, natum Ladislai de Rozgon, presbiterali dignitate fungentem, Agriensis dioc., prepositum eccl. Demessiensis, Wesprimiensem canonicum..., in predicte ecclesie Vesprimiensis pastorem animarum... canonice... duximus... eligendum harum nostrarum litterarum testimonio mediante... (Testes:) Blasius archidiaconus Budensis ac rector altaris s. Crucis eccl. Vesprimiensis (et) Sigismundus de Pesth, canonicus Vesprimiensis... Ego Paulus Michaelis de Egerzeg, presbiter Quinqueecclesiensis dioc., canonicus prefate eccl. Vesprimiensis, sacra imperiali auctoritate notarius publicus manu propria subscripsi et nomine meo... signavi...

ORIG.: Arch. Capit. eccl. Vespr. (secundum Fejér). - ED.: Fejér: CD.: X/5. p. 792-799.

708 Konstanz, 1417. dec. 7.

(Constantie, VII. Id. Dec., a. I.) Supplicat Johannes Stephani de Buda, cler. Vespr. dioc. Martino pape V. de nova provisione custodie eccl. Waradiensis..., quam Johannes aep. Strig.... contulit (eidem)... non obstantibus maioris Strig. et Veteris Budensis... ecclesiarum canonicatu et prebendis quod litigat in Romana curia super canonicatu et prebenda in eccl. Waciensi, quarum omnium fructus... viginti septem marcarum... non excedunt...

ORIG.: Arch. Vatican. Reg. Suppl. Vol. 108., fol. 50^{v}. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. nr. 10.656. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 47., nr. 6.

709 Konstanz, 1417. dec. 10.

(Constantie, IV. Id. Dec., a. I.) Supplicat... Johannes Stephani de Buda (Martino pape V., ut) de custodia... in eccl. Waradiensi... vacante..., cuius fructus... decem et novem marcarum argenti secundum communem estimationem valorem annuum non excedunt... sibi (dignetur) providere de novo - non obstante, quod obtinet maioris Strigoniensis et Veterisbudensis... ecclesiarum canonicatus et prebendas ac litiget in Romana curia super canonicatu et prebenda eccl. Waciensis, quorum omnium fructus... viginti septem marcarum... valorem annuum non excedunt...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. vol. 107., fol. 64. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COP. SIMPL.: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. nr. 10.656., p. 24-25. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 48., nr. 8.

710 Konstanz, 1417. dec. 11.

(Constantie, III. Id. Dec., a. I.) (Martinus papa V.)... Valentino de Gunss canonico eccl. s. Petri Veteris Budensis Vespr. dioc.... Lectoratu eccl. s. Petri Veteris Budensis ..., quem quondam Johannes Vrode ipsius eccl. lector obtinebat, per eiusdem... obitum.... vacante, sicut exhibita nobis pro parte tua petitio continebat..., Lampertus eiusdem eccl. prepositus... eundem lectoratum... tibi auctoritate ordinaria contulit et providit etiam de eodem, licet de facto tuque lectoratum predictum pretextu collationis et provisionis predictarum assecutus illum extunc per annum et ultra detinuisti, prout detines fructus percipiendo ex eodem similiter de facto. Quare pro parte tua nobis fuit... supplicatum, ut tibi et statui tuo super hoc providere... dignaremur. Nos igitur... huiusmodi supplicationibus inclinati omnem inhabilitatis et infamie maculam sive notam per te premissorum occasione contractam auctoritate apostolica penitus abolemus, ac volumus, quod eundem lectoratum ex nunc realiter et omnino dimittas...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Vol. 187., f. 308^{v}. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. nr. 10,656., p. 43-45. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 49., nr. 15.

711 Buda, 1417. dec. 13.

(Bude, in Lucie.)... domino Sigismundo... Hungarie... regi... Nicolaus de Gara... regni Hung. palatinus, comes Petrus de Peren, iud. cur., Iohannes de Pelseuch, mag. tavarn. et Pipo de Ozora Themesiensis et camararum salium vestre maiestatis comes... Vestra noverit celsitudo, quod nos acceptis litteris vestre maiestatis... ad instantiam... domini Iohannis archiepiscopi Strigoniensis, aule Romanorum... vestre s(erenitatis) cancellarii super eo emanatis, quod nos ab hiis, quibus incumbit et signanter a circumspecto Francisco Bernardi cive Budensi et aliis fidedignis personis, qui lucrum camere vestre serenitatis non modernis, sed pristinis antiquis temporibus tenuerunt, dicaverunt et exegerunt, hoc scilicet, si ratione ponderis archiepiscopalis de lucro camere vestre maiestatis sexingenti fl. per centum denarios computando et septuaginta quinque ulne panni Lauani annis quibuslibet eccl. Strigoniensi et per consequens archiepiscopis eiusdem eccl., uti idem dominus Iohannes archiep. vestre dixisset maiestati, provenire debentes, qui nostris et eiusdem domini archiepiscopi temporibus ab ipso et eccl. sua ... occupati fuissent, primitus semper archiepiscopis eccl. Strigoniensis, suis vidl. predecessoribus et... sibi extradati... extitissent; preterea utrum de excrescentia lucri cupri urburarum vestre maiestatis annis singulis archiepiscopis... eccl. Strig. decime solute et similiter temporibus vestris occupate sint et existant, diligenter rescire et horum veritatem indagare deberemus nobis preceptorie loquentibus et directis, iuxta earundem continentiam ab omnibus, quibus decens fuit et opportunum, et presertim a... Francisco Bernardi super premissis mediante diligenti et conscientiosa inquisitione investigando taliter reperimus et... ... rescivimus, quod de lucro camere vestre maiestatis pro... pondere archiepiscopali singulis annis sexingenti fl. per centum denarios et septuaginta quinque ulne panni prescripti per conductores seu dicatores... lucri camere vestre serenitatis, non tamen de sumpma conductionis seu arendationis ad camaram vestre serenitatis provenire debenda, sed ultra ipsam sumpmam et ad rationem ipsorum conductorum solvi et extradari, et etiam de excrescentia lucri... cupri, prout et... dominus Iohannes archiep. vestre dixisset maiestati ... ecclesie Strigoniensi et ipsius archiepiscopis... decime dari... debent, que scil. premissa temporibus vestris et eiusdem domini archiepiscopi a dicta eccl. Strigoniensi et... domino Iohanne archiepiscopo fuissent occupata. Nos itaque secundum contenta predictarum litterarum vestre maiestatis commisimus, ut deinceps comites seu officiales... lucri camare et urburarum cupri vestre serenitatis huiusmodi iura seu proventus dicti archiepiscopatus prefato domino Iohanni archiepiscopo et ecclesie sue singulis annis persolvi debeant et effective extradari...

ORIG.: Membr. cum fragm. quatuor sig. appressorum. Arch. Primat. Strig. Saec. Lad. B., fasc. 1., nr. 13. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

712 Buda, 1417. dec. 13.

(Bude, in Lucie.) Nos Nicolaus de Gara regni Hungarie palatinus, comes Petrus de Peren iudex curie regie maiestatis, Iohannes de Pelseuch mag. tavarn., ac Pipo de Ozora Themesiensis et camararum salium... regie maiestatis comes m. comm...., quod nos acceptis litteris... domini Sigismundi... Hungarie... regis... ad instantiam... domini Iohannis archiepiscopi eccl. Strig. ac aule regie Romanorum eiusdem maiestatis cancellarii super eo emanatis, quod nos ab hiis, quibus incumbit et signanter circumspecto Francisco Bernardi cive Budensi et aliis fidedignis personis, qui lucrum camere... domini... regis non modernis, sed pristinis antiquis temporibus tenuerunt, dicaverunt et exegerunt, hoc scil., si pro pondere archiepiscopali de lucro camere regie maiestatis sexingentos fl. per centum denariis computando et septuaginta quinque ulnas panni Lauani annis quibuslibet ecclesie Strigoniensi et per consequens archiepiscopis ipsius eccl., uti idem archiep. domino... regi dixisset provenire debentes, que... domini nostri regis et... domini Iohannis archiepiscopi temporibus ab... eccl. sua... occupate extitissent, primitus semper archiepiscopis... eccl. Strig., suisque predecessoribus et consequenter sibi extradati, assignate et persolute fuissent, diligenter rescire... deberemus, nobis preceptorie loquentibus et directis, iuxta earundem continentiam ab omnibus,quibus decens fuit et oportunum, et presertim a prefato Francisco Bernardi super premissis mediante diligenti... inquisitione investigando taliter ... rescivimus, quod ratione ponderis archiepiscopalis de lucro camere... regie maiestatis sexingenti fl. per centum et septuagintaquinque ulne panni Lauani... per conductores... lucri camere, non tamen de sumpma conductionis seu rationis ad cameram regie maiestatis provenire debenda, sed ultra ipsam sumpmam et ad rationem ipsorum sonductorum... ecclesie Strig. et ipsius archiepiscopis solvi debent et extradari, que... domini nostri regis et... domini Iohannis archiepiscopi temporibus ab... eccl. Strig. fuissent occupata. Quocirca vobis nobilibus et circumspectis viris comitibus, seu conductoribus... lucri camere regie maiestatis presentibus et futuris in persona et auctoritate sue maiestatis nobis in hac parte per suas litteras specialiter attributa mediante... mandamus, quatenus amodo deinceps in antea singulis annis pro dicto pondere archiepiscopali ratione... lucri camere sexingentos fl. per centum et septuagintaquinque ulnas panni prescripti... domino Iohanni archiepiscopo vel hominibus suis per ipsum ad id deputatis seu deputandis dare... debeatis locis debitis et temporibus semper opportunis...

ORIG.: A) Membr. cum fragm. quatuor sig.impressorum. In dorso manu saec. XVI. scripta sequens adnot. legitur: Super solutione sexingentorum florenorum et septuaginta ulnarum panni Lauani ad rationem ponderis archiepiscopalis de lucro camere regie littera Nicolai de Gara et aliorum etc(etera) inquisitorialis... et preceptorialis. Arch. Strig. Primat. Saec. Lad. B., fasc. 1., nr. 14. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); B) Chart. pap. cum fragm. quatuor sig. impressorum. In dorso manu saec. XVI. haec adnot. est scripta: Littere affirmatorie et preceptorie super solutione V° florenorum et septuaginta quinque ulnarum panni Lauani in sortem ponderum ex lucro camere provenientium... Arch. Primat. Strig. Saec. Lad. B., fasc. 1., nr. 15. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

713 Konstanz, 1417. dec. 28.

(Constantie, V. Kal. Jan., a. I.) (Sigismundus rex Hungarie supplicat Martino pape V., ut) omnibus vere penitentibus et confessis, qui monasterium... s. Laurentii et capellam intra septa dicti monasterii sitam, ubi corpus... prothoheremite s. Pauli... est locatum, extra oppidum Bude, Vespr.dioc....in dedicatione dicti monasterii ecclesie, ipsiusque capelle, ac in celebratione dicti sancti et per omnes dictarum festivitatum octavas annis singulis... visitaverint..., septem annos et totidem quadragenas de vera indulgentia... impertire (dignetur)...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Vol. 108., f. 99. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapest. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. nr. 10.656., p. 82-83. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 50., nr. 21.

714 Wien, 1417.[1]

("Ex Vienna, anno MCCCC XVII".)

Excerptum ex litteris gratulatoriis Ambrosii Traversari ad Sigismundum regem Hungariae inscriptis.

Orig.: Desideratur. - ED.: Fejér: CD. X/5. p. 819-821. (Ex epistola Aeneae Sylvii CCCLIII.); Apró István: Ambrogio Traversari Magyarországon. (1435-1436.) Szeged, 1935. (Aeneae Silvii Piccolominei Senensis opera, quae extant, omnia. Basileae, 1551. p. 830.) p. 57., not 242. Ep. V. 2. (partim.) - COMM.: Gerevich László: A budai vár feltárása. Budapest, 1966. p. 253., not. 3. et p. 284., not. 2.

"Ambrosius Camaldulensis... Sigismundo semper Augusto fidelitatem et subiectionem. Habeo gratias ingentes maiestati quae clementissime Princeps, quod prius, quam Pannoniam discegerem, pulcherrimi et magnificentissimi omnium, quod unquam viderim, spectaculi me esse participem voluisti. Inspeximus summa cum admiratione, praecipuoque stupore (Budae) aedificatum ab Te palatium, tantaque occurunt singulariter miranda, ut quod magis mirari, quod primum praedicare debeamus, non occurret. Tam multa ad se trahebant, atque in se rapiebant obtutum, affectumque nostrum. Denique structurae moles tam vasta est, ut nullam toto orbe terrarum reperiri posse, arbitramur. Eius omnia membra adeo magnifice, tam decenter instructa sunt, ut ad gratiam nihil possit accedere, singulaeque ... partes secum de pulchritudine et magnificentia certare videntur... Transimus ad contuendum peripatum illum spatiosissimum, prospectum omnino mirabilem, plenum voluptatis. Neque his contenti piscinas quoque et hortos circuire, plena occurrebant oculis. Pauca de multis, quae me movent, in unum congessi, execratione digna, Tuaeque serenitatis oculis legenda subieci..."

[1] De dato certant experti. Vide ap. Gerevich in COMM.

715 Konstanz, 1418. jan. 7.

(Constantie, VII. Id. Jan., a. I.) Johannes Stephani de Buda, cler. Vespr. dioc. (supplicat Martino pape V.), quatenus sibi de prepositura (eccl. omn. sanct. in castro Vesprimiensi... per liberam resignationem Ladislai Johannis dicti Wincze... vacante)... cuius fructus... quadraginta sex marcharum argenti communi estimatione valorem annuum non excedunt... dignetur providere de novo - non obstante, quod custodiam eccl. Waradiensis, necnon Strigoniensis et Veterisbudensis... canonicatus et prebendas obtinet et super canonicatu et prebenda Waciensis ecclesiarum, quorum fructus... quadraginta quatuor marcas argenti... valorem annuum non excedunt, in palatio apostolico litigat et paratus est dimittere illam custodiam...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. suppl. Vol. 109. fol. 121. - PHOTOTHECA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapest. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. nr. 10.656., p. 112-113. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 51-52., nr. 26.

716 Konstanz, 1418. jan. 11.

(Constantie, III. Id. Jan., a. I.) Sanctissime pater![+] Pro parte... oratoris vestri Johannis de Vsk, prepositi Quinqueeccl. eccl. exponitur Sanctitati vestre, quod cum alias prepositurum eiusdem eccl. virtute gratie sibi facte per quondam Bonifacium IX.[1], in qua secum dispensabatur, quod postquam eandem prepositurum assecutus existeret, ipsam... cum parochiali eccl. in Buda, Vespr. dioc., quam tunc obtinebat, usque ad septennium retinere posset, extitit dispensatum - ita, quod unum earundem prepositure et ecclesie interim pro alio beneficio compatibili posset permutare - assecutus existeret, et ipso septennio durante secum per eundem Bonifacium motu proprio, ut unum aliud beneficium

+ Scl. Martinus papa V.

curatum cum premissis incompatabile... recipere et unacum prepositura et parochiali eccl. retinere posset usque ad triennium dumtaxat valeret ita tamen, quod infra huiusmodi triennium unum ex prepositura et parochiali eccl. aut curato beneficio seu incompatibili predictis pro alio beneficio... cum reliquis duobus compatibili possit permutare, alioquin teneretur dimittere, quod extunc etiam vacare idem Bonifacius decrevit - extitit gratiose dispensatum. Post quam quidem dispensationem et huiusmodi septennio durante preposituram eccl, s. Salvatoris alias s. Martini Posoniensem, Strig. dioc., que dignitas principalis in eadem eccl. et curata existat, extitit assecutus. Verum quod infra idem triennium dictus quondam Bonifacius IX. Kal. Jan., a. XIV. ... ordinavit[2], quod illi, cum quibus taliter esset dispensatum, quod virtute talium dispensationum non possint assequi ultra duo incompatibilia, et nichilominus illi, qui tenerent duo infra sex menses a data huiusmodi ordinationis computandos, illa, que ultra duo tenerent, huiusmodi ultra duo libere dimitterent in manibus ordinariorum, alioquin eo ipso essent privati omnibus illis beneficiis incompatibilibus, que obtinerent, prout in dicta constitutione... continetur. Post quam revocationem idem Johannes dictum tertium incompatibile cum duobus aliis aliquando retinuit, et post huiusmodi septennium ipse... dicta duo, vidl. prepositurам et ecclesiam per plures annos insimul usque ad creationem olim Johannis XXIII. retinuit[3]. Sed quod cum propter quoddam arduum edictum per... regem Hungarie, cuius ipse exponens secretarius fuit, emissum, vidl. ut nullus in Romana curia quitquam impetraret[4]; tum etiam propter guerras in regno existentes, et quod ipse Johannes erat absens a dicta curia, dictam ordinationem ignorabat, prout est paratus iuramento firmare dumtaxat super eo, quod ultra septennium dicta duo beneficia incompatibiliter detinebat, - eisdem in manibus dicti olim Johannis dimissis super inhabilitate propterea contracta secum dispensari, necnon sibi easdem ecclesiam et prepositurам de novo conferri motu proprio obtinuit. Verum, beatissime pater, a nonnullis asseritur eundem Johannem post huiusmodi revocationem dispensationem Bonifacianam dictam prepositurам Posoniensem unacum prepositura et ecclesia predictis detinuisse et infra sex menses non dimisisse, propterea in penam predicte ordinationis... incidisse; cum tamen ex adverso respondeatur dictam ordinationem se dumtaxat ad dispensationes primo impetratas et non motu proprio factas, prout fuit dispensatio ad tertium incompatibile ipsi exponenti facta extendere, etiam dictum Johannem exponentem eandem ordinationem ignorasse et sic eum non fuisse ligatum saltem quoad penam; tum etiam, si eam scire tenebatur, tamen probabiliter dubitare potuit, an dispensationes motu proprio facte essent revocate et sic ex probabili dubio iuris se credere potuit excusatum fore saltem a pena; tum etiam, quod in dicta ordinatione Bonifaciana - licet privationis, necnon inhabilitationis pena non infligitur, tamen dictus Johannes, qui credens sufficienter habilitatus existere, gratias expectativas a dicto olim Johanne, quarum vigore nonnulla beneficia acceptavit et de eis sibi fecit provideri - obtinuit etiam motu proprio. Dubitat propter dubietatis scrupula, que ex apicibus iuris sepius oriuntur: in statu suo posse vexari in futurum, seu molestari et gratiam, acceptationem et provisionem huiusmodi inutiles reddi, cum super eis habeat adversarios possessores, et etiam conscientia onerari. Quare recurrit ad pedes S. v. supplicans devote, ut sibi et statui suo de oportuno remedio providentes dignemini committere alicui prelato in vestra Romana curia, ut se de premissis informet summarie et de plano et premissa vocatione generaliter omnium quorum interest in audientia contradictarum, si sibi constiterit de eisdem, declaret eundem exponentem propter ordinationem Bonifacianam predictam, ac detentionem trium incompatibilium post sex menses a tempore huiusmodi revocationis computando nullam inhabilitationis maculam incidisse, et alias idem commissarius provideat sibi exponenti, prout necessarium sibi videbitur expedire predictis omnibus et aliis quibuscunque non obstantibus ac aliis oportunis ... (Decisio papae: Fiat ut petitur...)

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Vol. 108., fol. 75-76. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapest. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. nr. 10.658., p. 116-119. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 52., nr. 31.

[1] 1387-1404.

[2] 1404. dec. 23.

[3] 1410.

[4] 1403. aug. 9.; 1404. apr. 6. Zsigmondkori oklt. II/1. p. 298., nr. 2568. et p. 364., nr. 3094.

717 Konstanz, 1418. febr. 6.

(Constantie, VIII. Id. Febr., a. I.) Martinus (papa V.) ...universis Christi fidelibus...apostolicam benedictionem. Nos...cupientes..., ut eccl. monasterii sanctorum Laurentii martiris et Pauli primi heremite supra Budam ord. s. Augustini Vespr. dioc., in qua eiusdem s. Pauli corpus...reconditum fore astruitur - congruis honoribus frequentetur..., omnibus vere penitentibus et confessis, qui in festo s Laurentii ecclesiam prefatam visitaverint, annuatim tres annos et totidem quadragenas de iniunctis eis penitentiis... relaxamus...

ORIG.: Membr. cum plica et bulla plumbea de filo sericeo pend. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.656. - REG.: Mon. Rom. Vespr. III. p. 6. - MENT.: Zákonyi, Századok 45(1911) p. 593.

718 Konstanz, 1418. febr. 7.

(Constantie, VII. Id. Febr., a. I.) Martinus (papa V.)... aep-o Strigoniensi... Cum...magistratus s. Trinitatis de Calidis aquis superioris suburbii Budensis Vespr. dioc., ac s. Stephani regis et Lazari prope Strigonium invicem canonice unitarum domorum hospitalium cruciferorum...vacet ad presens (et Nicolaus Jacobi presb. Agrien. dioc., magister in artibus) cupiat...unacum...filiis conventus domorum earundem unicum conventum facientium sub regulari habitu...domino famulari; nos volentes eundem...de litterarum scientia, vite ac morum honestate...apud nos commendatum..., necnon consideratione Sigismundi Romanorum et Hungarie regis...asserentis etiam se...patronum dictarum domorum existere - pro dicto Nicolao ...capelle sue comite nobis super hoc... supplicantis - in suo...proposito confovere sibique gratiam facere specialem, - fraternitati tue...mandamus, quatenus...prefatum Nicolaum...auctoritate nostra in eisdem domibus... recipi facias in fratrem, sibique iuxta ipsarum domorum consuetudinem regularem habitum exhiberi, ac de communibus ipsarum domorum proventibus...provideri, ipsumque sincera in domino caritate tractari; et nichilominus - si dictus Nicolaus regularem professionem per fratres huiusmodi emitti consuetam emittere noluerit, tu professionem eandem ab ipso, auctoritate predicta, hac vice dumtaxat recipias..., eaque per te percepta...magistratum predictum, qui per fratres dictarum domorum gubernari consuevit, cuiusque fructus... ducentarum...marcharum argenti puri secundum communem extimationem valorem annuum ...non excedunt,...cum omnibus iuribus...suis prefato Nicolao postquam regularem professionem...manibus tuis emiserit..., conferas...inducensque...eundem...in corporalem possessionem...magistratus...sibique de ipsius...proventibus (faciens) integre provideri...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapest. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Ms. Acad. Sc. Hung. nr. 10.656., p. 183-188., - ED.: Mon. Rom. Vespr. III. p. 7. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 57., nr. 53.

719 Buda, 1418. febr. 20.

(Bude, XXXIX. termini/oct. Epiph.) Nos Nicolaus de Gara regni Hung. palat. et iudex Comanorum c. pro m., quod exhibitionem quarundam litterarum metalium, quam... Lampertus prepositus et capit. eccl. Budensis, pro quibus Georgius litteratus...astitit contra...Capit. eccl. Vesprimiensis, pro quo Nicolaus comes...comparuit...super factis in litteris nostris evocatoriis...contentis in oct. f. Epiph.[1]...facere tenebatur coram nobis ..., de partium voluntate...ad oct. f. b. Georgii mart.[2]...duximus prorogandam...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig., quo erat clausa. Arch. priv. eccl. Vesprimiensis. Buda nr. 12. - PHOTOCOPIA: Arch. Nat. Hung. DF. 283.226.

[1] Jan. 13.

[2] Maj. 1.

Georgius iudex iuratique cives civitatis Veterisbudensis causam inter dominas sanctimoniales claustri b. Mariae virginis de Insula leporum ac Mathiam filium Gregorii et Agatham coniugem et Dorotheam sororem suas in facto cuiusdam domus...circa Calidas aquas superiores penes murum civitatis Budensis sitae - ventillatam discutiendo dictam domum prefato claustro adiudicant.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. tergo appressi. In dorso manu coaeva scripta Adiudicatorialis domus sive pallacii prope muros Budenses existentis facta per cives Veterisbudenses ipsis sororibus adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.680. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 51. No. 27.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 141., nr. 572.

Nos Georgius iudex de Veteribuda, necnon Johannes de Buda, Ladislaus filius Johannis, Johannes filius Plossar et Gregorius filius Johannis iurati cives ac universi hospites de eadem Veteribuda memorie commendamus tenore presentium significamus quibus expedit universis, quod nobis feria secunda post dominicam Oculi de novo preterita in Sede nostra iudiciaria sedentibus, causales et processus quorumlibet coram nobis litigantium iusto iuris tramite discutientibus sedissemus, religiosus vir, frater Gallus, monachus de ordine fratrum predicatorum, procurator religiosarum dominarum sanctimonialium ecclesie beate virginis de Insula leporum cum litteris procuratoriis predictarum dominarum ab una, necnon Mathias filius Gregorii, dictus provinciarius, pro se personaliter ac pro dominabus Agatha coniuge et Dorothea sorore suis, sine litteris procuratoriis, onera vero earundem in se assumpmendo parte ab altera coram nobis et dictis iuratis nostris personaliter constituti, idem frater Gallus, nominibus quibus supra taliter respondit: Quod licet quedam causa in facto cuiusdam domus seu palacii lapidei circa Qualidas aquas superiores penes murum civitatis Budensis in terris dictarum dominarum sanctimonialium site discussionis materia diutius inter predictas dominas sanctimoniales et iam fatum Mathiam, necnon dominam coniugem et sororem suas hincinde ventillata extitisset, neque supplicationibus et petitionibus predictorum fratris Galli nominibus predictarum dominarum sanctimonialium et Mathie, necnon dominarum coniugis et sororis nominibus pro iudice vero et legitimo causa in predicta determinanda petentibus et licet quamvis non fuisset de iudicio et discussio[a] nostro, nos tamen petitionibus ambarum partium benigniter inclinati et propositionibus ambarum partium exaudiendis et intelligendis causam prescriptam unacum dictis iuratis et assessoribus nostris adiudicaremus et finem faceremus, decisionem predictis partibus et nominibus partium pro rato habentibus, ut assumpserunt, idemque frater Gallus nominibus predictarum dominarum sanctimonialium contra predictum Mathiam dictum provinciarium similiter coram nobis astantem taliter respondit: Quod idem Mathias et domina Agatha coniux ac Dorothea soror predicti Mathie a pluribus annis dictam domum lapideam predictarum dominarum sanctimonialium inhabitasset et utilitatibus eiusdem domus usus fuisset ipsamque domum seu palacium penitus desolari et nullum edificium in eadem fecisset ac fere tribus annis de eadem domo nullam solùtionem seu censum predictis dominabus sanctimonialibus dedisset et iudicem earum in terris ipsarum commorantem in nullo reputasset; insuper easdem dominas sanctimoniales verbis illicis[b] et turpis[c] diffamationibus inter coospites[d] et consodales suos in locis diversis contra laudabilem status regularitatis et ordinis earundem diffamasset et dehonestasset, quapropter tum propter non solutionis predictorum annorum census, tum etiam propter dolosas et diabolicas infamationes super easdem dominas sanctimoniales gladio lingue perlocutas eundem Mathiam et dictas dominas in dominio predicte domus nollent dimittere permanere. Quo percepto predictus Mathias respondit ex adverso, quod ipse in facto diffamationis et turpi[e] locutionis penitus innocens existeret et immunis et ipsas dominas sanctimoniales in nullis diversorum locis diffamasset; in facto autem domus lapidee litteras predictarum dominarum sanctimonialium conductionales apud se haberet et litterarum predictarum continentiam omni anno et termino in dictis litteris specificato predictis dominabus sanctimonialibus solvisset, satisfecisset et signanter domine Margarethe alias priorisse, quas solutiones comprobare posset, cum eadem domina Margaretha et litteras earundem haberet expeditoriales, quas non nunc, sed in termino ulteriori per nos eidem dando exhibere posset et valeret. Quo audito e contrario frater Gallus procurator iuxta propositiones predicti Mathie ad veridicam fassionem dicte domine Margarethe alias priorisse et conscientie sue puritatem in uno ulteriori termino

per nos eidem domine Margarethe dando, utrum idem Mathias et domina coniux et soror de dictis solutionibus et censu satisfecissent an non, promptus esset et paratus admittebat frater Gallus prenotatus, nosque iudicantes commisimus eo modo, quod feria quarta tunc proxime preterita coram quatuor probis viris et iuratis duobus de Veteribuda predicta per eundem fratrem Gallum tamquam procuratorem eligendis et duobus aliis iuratis per predictum Mathiam similiter eligendis de suburbio castri Budensis per eundem Matthiam adducendis ad predictum claustrum sancte Marie de insula leporum et per consequens ad predictas dominas sanctimoniales accedere commisissemus et quidquid dicta domina Margaretha alias priorissa in facto solutionis, necnon litterarum expeditorialium per ipsam dominam Margaretham eidem Mathie datarum quidquam sciret, an non, interrogaretur. Tandem ipso termino adveniente predeicta domina Margaretha priorissa coram predictis quatuor probis viris et iuratis, videlicet Iohanne de Buda, altero Iohanne dicto Plossar nostris iuratis et Andrea de Cheek ac Matheef litterato de predicto suburbio Budensi iuratis et partibus presentibus eadem domina priorissa quesita et interrogata fuisset. Ipsaque domina Margaretha ad conscientie sue puritatem manus super pectus suum ponendo scaplam regularitatis sue in manu tenendo iurative dixisset, quod verum esset aliquas solutiones pecuniarum idem Mathias dictus provinciarius ex parte predicte domus eidem domine Margarethe priorisse assignasset, sed tamen eadem domina Margaretha litteras quitantiales vel expeditoriales semper eidem Mathie propter evidens testimonium dedisset. Qui quidem iurati ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt de veridica fassione predicte domine Margarete alias priorisse, nosque unacum iuratis assessoribus nostris nobiscum in iudicio sedentibus commisimus eo modo, ut idem Mathias dictus provinciarius in sua et dictarum dominarum personis in tribus terminis ulterioribus semper post sese consequentibus dictas litteras expeditoriales predictarum dominarum sanctimonialium, si quas haberet, in sede nostra iudiciaria tunc proxime ventura exhibere deberet et teneretur. Termino tamen adveniente nec litteras expeditoriales, neque testimonium aliquale in sui iuris firmitatem potuit exhibere, insuper duos terminos ulteriores, similiter per nos datos, neque comparuit, neque exhibuit, ut debebat. Insuper ex superhabundanti iustitia commisimus eidem Mathie, ut secure habeat requisitionem et interrogationem status et consuetudines iurium civitatis Budensis, tres terminos ulteriores semper tunc post sese consequenter affuturos predicto Mathie a nobis postulanti fore requiri et requisitos facere. Tandem ipsis tribus terminis advenientibus predictus frater Gallus nominibus predictarum dominarum sanctimonialium coram nobis in sede nostra iudiciaria comparuit dare eisdem dominabus requisitiones in factis predictis propter maioris rei rei veritatem et discussionem, predictus autem Mathias in sua et dictarum dominarum personis in sui iuris augmentationem et requisitionem neque venit, neque misit. Et insuper quartum terminum superfluum predictis partibus propter nostrarum et sedis nostre puritatem nos unanimiter commisimus fieri requiri et facere interrogari. Ipso etiam quarto termino adveniente procurator dictarum dominarum sanctimonialium in sede nostra iudiciaria comparuerint, ut debebant,g annotatus autem Mathias in sua et dictarum dominarum personis neque venit, neque misit, sed se et dictas dominas coniugem et sororem suas in facto dominii predicte domus et aliarum utilitatum commisit convinci et aggravari. Unde nos, unacum iuratis et assessoribus nostris visis et consideratis propositionibus predicti fratris Galli in personis dictarum dominarum sanctimonialium tamquam actricum ex partibus predictorum Mathie et dominarum coniugis et sororis iudicium et iustitiam impertiri, predictus etiam Mathias in sua ac dictarum dominarum personis, primo, quia littere expeditoriales dictarum dominarum sanctimonialium per eundem Mathiam et dominas vel per procuratorem eorum in predictis diversis terminis non fuerint neque valuerint exhibere, demum vero iudicem dictarum dominarum sanctimonialium pro nichilo reputavit et idem Mathias vilipendit, presertim etiam predictam domum lapideam desolavit et nullum edificium circa eandem fecit, postremo autem in dictis quatuor terminis ad requisitionem iuridicam et consuetudinem civitatis Budensis per eundem Mathiam sponte requiri facere assumptam, ceterum etiam in eisdem quatuor terminis procuratores dictarum dominarum sanctimonialium semper et in quolibet termino comparuerint, ut debebant, predictus autem Mathias in sua et dictarum dominarum personis non comparuit ut debuisset, sed se et easdem dominas consortem et sororem suas in amissione dominii predicte domus lapidee et palacii ac utilitatum ad eandem pertinentium commisissent convinci aggravari et in nullo eisdem pertinere, pro eo nos unacum predictis nostris iuratis et assessoribus in adiudicatione predicte cause seu domus nobiscum consedentibus maturo consilio prehabito, prememoratam domum lapideam dictarum dominarum sanctimonialium cum cunctis eiusdem utilitatibus et pertinentiis prefato claustro beate

virginis et per consequens dominabus sanctimonialibus restituimus, adiudicamus et commisimus in perpetuum possidere, tenere, pariter et habere, prefatis autem Mathie ac dominabus coniugi et sorori suis in hac parte perpetuum silentium imponentes. In cuius rei testimonium presentes litteras nostras patentes adiudicatoriales per petitiones procuratoris dictarum dominarum sanctimonialium eisdem claustro et dominabus duximus concedendas. Datum feria secunda proxima post dominicam Ramispalmarum, anno domini millesimo quadringentesimo decimo octavo.

[a] recte: de discussione nostra
[b] recte: illicite
[c] recte: turpibus
[d] recte: cohospites
[e] recte: turpiter
[f] recte: Matheo
[g] recte: comparuerit, ut debebat

721 Konstanz, 1418. mart. 26.

(Constantie, in vig. pasce.) Sigismundus... rex... Hungarie... magnifico Iohanni Wubek[a] de Pelsuikch[b] magistro tavernicorum aut eius vices in iudicatu gerenti... Vidimus ex litteris vestris... iudicialibus inter... Andream Zekl habitatorem Wudensem[c] et magistrum civium ac iudicem et iuratos cives civitatis nostre Soproniensis..., in quibus ... invenimus contineri, quod ad instantiam... Andree Zekel magister civium et cives Sopronienses,... in vestri presentiam ad plures... terminos citati... fuissent (ratione) certorum bonorum mobilium et immobilium, que per ipsum Andream... in territorio Soproniensi prohibita et sub arresto posita fuere... ex eo, quod quidam Wilhelmus dictus Enczestorffer nobilis de ducatu Austrie... Andream Zekl et eius societatem spoliasset et ab eo abstulisset bona ad sex milia et quingentos florenos Ungaricales se extendentia, non venissent... tam (nostris), quam vestris mandatis... rebelles facti... obedire non curando in favorem Australium mercatorum..., quorum bona, ut prefertur, prohibita et sub arresto posita fuissent..., modo... domina Barbara... Ungarie... regina conthoralis nostra... in... iudicii et processuum negotio se ingessit... adeo, quod processus vestri legitimi, immo iustitia locum non habuisset, nec ipsi processus debite executioni demandati fuissent..., unde etiam prefatus Andreas Zekl et eius societas sepius incarcerati, spoliati et periculis corporum et rerum... submissi fuissent et essent... Fidelitati igitur vestre... damus sub edicto..., quatenus... predictos processus vestros et sententias omni sine dilatione in favorem predicti Andree Zekl et sue societatis... debite executioni demandetis et ipsum Andream in suo iure quesito conservare ac... contra Australes... in regno nostro Ungarie inventos et inveniendos, necnon cives Sopronienses... et presertim contra Mathiam Scharn - dorffer... et complices eius in hac parte defendere... debeatis; ipsos cives Sopronienses rebelles et contumaces... adeo... punire... studeatis, quod correctio huiusmodi in personis et rebus facienda cunctis transgressoribus cedat in exemplum. Volumus etiam, quod dum et quando per prefatum Andream Zekel fueritis requisiti contra Australes mercatores et... in... regno nostro Ungarie inventos vel inveniendos auxilio... eidem... et eius societati... assistere debeatis in finem, quod ipse predicta sex milia et quingentos florenos auri Ungarici unacum expensibus[d] legitime factis... valeat rehabere... aliis tam nostris, quam reginalibus litteris forsitan in contrarium datis vel dandis, etiam non obstante nundinarum libertatibus, privilegiis seu indultis quibuscunque...

ORIG.: Non extat. - COPIA simplex coaeva anonymi auctoris in Arch. Civit. Soproniensis Dl. 504. (Sign. ant.: Lad. L., fasc. 5., nr. 143.) Arch. Nat. Hung. Filmotheca. - ED.: Házi: Sopron I/2. p. 137-139. - REG.: Házi: Sopron I/2. p. XXII. et 137.

[a] recte: Bubek
[b] recte: Pelseuch
[c] recte: Budensem
[d] recte: expensis

722 1418. apr. 24.

(In Georgii.) Capitulum ecclesie Albensis...ad univ. not. h. s. volumus pervenire: Quod quia vir strennuus magister Nicolaus filius Iohannis de Bochka sua, item nob. domine Martha vocate conthoralis, ac Ladislai filii et Iohannis priuigni suorum, necnon Viti fratris eiusdem Iohannis carnalis in personis mille florenos presentis nove monete regalis, facientes quingentos fl. auri puri Hungaricales, ad emptionem cuiusdam fundi curie nostre in civitate Budensi, in loco fori Zombathel vocati, inter fundos curiarum Corrardi dicti Thakach et prov. domine rel. Iohannis filii Thome, civium...civitatis Budensis...existentis, quam nos...ecclesie nostre..., nobis et successoribus nostris pro mille quadringentis fl. computi premissi, facientibus septingentos fl. puri auri...Hungaricales emimus, plene et integre... solvit, ideo nos in recompensam premissorum mille fl. nove monete possessionem nostram Kapurew vocatam in comitatu Vesprim. existentem, in qua eccl. lapidea ad honorem b. Michaelis archang. habetur edificata, cum...portu navigii..., tributo, aliisque ...utilitatibus et pertinentiis...prefatis magistro Nicolao ac nob. domine Martha vocate consorti, Ladislao filio et Iohanni preuigno suis, necnon Vito fratri eiusdem Iohannis ipsorumque heredibus (cum exp. caut.)...contulimus et perpetuavimus...possidendam... cunctis iurisdictionibus spiritualibus, quas...Albensis eccl. in prefata eccl. b. Michaelis archang....in...possessione Kapurew constructa, necnon populis ibidem existentibus, ac universis decimis aliisque rebus spiritualitatem concernentibus...habet, nobis...et successoribus nostris reservatis remanentibus semper salvis - obligantes nos et successores nostros harum vigore per expressum, remissa et restituta nobis predicta possessione nostra Kapurew vocata ad solutionem et...integram restitutionem iam dictorum mille fl. nove monete quingentos fl. auri Hungaricales facientium pro memoratis magistro Nicolao, domine consorti, ac Ladislao filio et Iohanni preuigno suis, necnon Vito fratri eiusdem Iohannis faciendam in casu, quo nos aut nostri successores eosdem mag. Nicolaum, ac nob. dominam Martham consortem, Ladislaum filium et Iohannem preuignum suos, necnon Vitum fratrem eiusdem Iohannis in dominio...possessionis Kapurew...non possemus, aut nostri successores non possent defendere,...conservare et tueri; hoc tamen specialiter declarato, quod si...mag. Nicolaus ac domina Martha consors, Ladislaus filius et Iohannes priuignus eiusdem, necnon Vitus frater iam dicti Iohannis absque heredum solatio masculini...sexus ab hoc decedent seculo, extunc prescripta possessio nostra Kapurew in ius et proprietatem ...eccl. nostre vice iterata...devolvi...debeat pleno cum effectu...sine nullo...processu aut superioris vel iudicis cuiuscunque licentia...contradictione quorumlibet non obstante...

ORIG.: Membr. cum plica et filo sericeo virid. et violacei coloris sig. pend. iam deperditi. Arch. Nat. Hung. Dl. 94. 143. (Arch. famil. Sallér.) - TRANSCR.: a) Sigismundus rex Hung. 1426. nov. 17. Arch. Nat. Hung. Dl. 94. 161. (Arch. famil. Sallér.); b) Sigismundus rex Hung. 1426. nov. 17.> Sigismundus rex Hung. 1429. apr. 26. Arch. famil. Erdődy de Vép. Fasc. 74., nr. 3436. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

723 Bern, 1418. maj. 27.

(Berne, Lausanensis dioc., VI. Kal. Jun., a. I.) (Martinus papa V.) Nicolao Vgron fratri domus s. Laurentii supra Budam, ord. fratrum s. Pauli primi heremite secundum regulam b. Augustini viventium. Exhibita nobis...tua petitio continebat, quod olim quidam ex familiaribus tuis, cum certum furem, qui unum bovem tuum furto subtraxerat...

repertum cepisset... et quid facturus esset te interrogasset; a te responsum accepisset, quod illum suspendio iugularet, ipseque familiaris responso huiusmodi accepto furem predictum suspendit. Cum autem... tu de premissis... dolens domum s. Laurentii... ingressus fuisti, in qua professionem... emisisti et unacum aliis fratribus eiusdem domus ...domino famularis; - pro parte tua, qui acolitus... existis, nobis fuit supplicatum, ut tecum super inregularitate per te occasione premissorum contracta et quod ad omnes sacros ordines promoveri valeas, dispensare, ac alias tibi de premissis... providere... dignaremur. Nos igitur... huiusmodi supplicationibus inclinati..., infamie... notam per te occasione premissorum contractam... abolemus; ceterumque super irregularitate huiusmodi, et quod ad omnes sacros ordines promoveri et in illis citra tamen altaris ministerium ministrare... licite possis... premissis... nequaquam obstantibus... tenore presentium dispensamus...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Vol. 191. fol. 297-297^{v}. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. Budapest. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. nr. 10.656., p. 303-304. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 65., nr. 94.

724 Szeged, 1418. jun. 20.

(Zegedini, f. II. a. nat. Ioh. bapt.) Magnifice domine honorande! Litteras vestras recepimus et earum contenta sane intelleximus et de novitatibus per... vestram Magnificentiam intimatis... vestre Magnificentie immensas gratiarum referimus actiones. Novitates autem nos... vestre Magnificentie alias intimare non possumus, nisi quod ut audivimus, Michael partium Transalpinarum wayuoda in sua terra cum sue terre baronibus et incolis pacificam non habet mansionem et... credimus, quod si huiusmodi non pacificam permansionem continuaverit, non erit dominus terre sue partium Transalpinarum.

Item vestra nobis scribit Magnificentia, ut sales vestre Magnificentie Zegedini faceremus assignare; hoc tamen bene scit vestra Magnificentia, quod dum nuper Bude simul fuimus constituti, nullam in eo, quod sales vestre Magnificentie hic Zegedini velletis habere, fecistis mentionem, sed qualiter nobis in registro dedistis et ubi protunc habere voluistis, de copia eiusdem registri presentibus inclusi vestre Magnificentie transmisso poteritis evidenter informari.

Item vestra Magnificentia in registro nobis dedit, quod sales ad tria millia florenorum nove (monete) se extendentes, quos in Kewy habere wltis, quos sales heri ad ipsam Kewy fecimus transmittere, quos etiam Nofrio commiseramus, ut vestre redicat Magnificentie; et si idem Nofrius vestre Magnificentie dixit vel non dixit, velit vestra magnificentia suis castellanis de eadem committere ut huiusmodi sales excipi debeant a camerario nostro de Kewy prenotato.

Item etiam vestra nobis in predicto registro dederat, quod sales in Alba pro mille et quingentis florenis habere velletis, et sciat vestra Magnificentia: semel illac apportari ipsi sales non possunt, sed de die in diem apportabuntur et conducuntur. Camarario autem nostro commisimus, ut huiusmodi sales vestre Magnificentie debendos, solum hominem vestrum ad id deputatum habeatis, assignet et amministret Magnificentie vestre... quoad plenum.

...wlt etiam vestra Magnificentia in predicto registro, ut sales ad valorem mille et quingentorum florenorum in Iaurino et sales ad valorem quatuor milium ducentorum et quinquaginta octo florenorum in Buda per nos facere assignare vestre Magnificentie...; sciatis etiam, quod currus ad huiusmodi asportationem salium prompti sunt et de die in diem huiusmodi sales in ipsam Budam Nofrio conducuntur, cui commisimus, ut vestre Magnificentie super huiusmodi salibus satisfacere debeat quoad plenum.

...vestra Magnificentia dedit nobis in predicto registro, quod in Vaska sales pro florenis tribus milibus et in Zond pro florenis quatuor milibus habere velletis; set pro eisdem factis Nicolo nostrum camararium de eisdem camaris ad vestram Magnificentiam

duximus destinandum, qui cum vestra Magnificentia talem superinde faciet tractatum, ut vestra Magnificentia huiusmodi sales ad plenum et bono modo rehabebit.

...nuper etiam vestre Magnificentie de factis quatuor milium florenorum sales, quos Iohannes filius Gregorii abstulit, qui sales in anno preterito vestre Magnificentie debuissent, quos adhuc ipse habet, sed adhuc pro eorum facto domino nostro regi, Deus est testis, quod non scripsimus, de quibus idem Nicolo vestram Magnificentiam melius informabit; et rogamus vestram Magnificentiam, ut velitis laborare, ut huiusmodi sales rehabeantur...

Pipo de Ozora
Comes Themessiensis.

In dorso: Magnifico domino Nicolao de Gara, regni Hungarie palatino, domino honorando.

ORIG.: Chart. pap. cum duabus incisuris in loco sigilli iam deperditi. Arch. Nat. Hung. Filmotheca. Arch. Brandenburgensis No. 1086/1.

725 1418. jun. 28.

(In vig. Petri et Pauli.)...Capitulum ecclesie Strigoniensis...ad univ. not. h. s. volumus pervenire, quod egregius vir, dominus Iohannes filius condam magnifici...domini Nicolai filii Iohannis de Kanysa tavarn. reg. magistri...fassus est in hunc modum: Quomodo ipse volens adimplere vota...patris sui, altari b. Ladislai regis in...eccl. nostra ad expensas...patris sui constructo facta...viginti fl. auri puri, quos singulis annis perpetuis temporibus rector capelle sacratissimi corporis Christi ad latus eccl. nostre fabricate...pro tempore existens in additamentum permutationis quarumdam domorum...condam domini Nicolai mag. tavarn., patris sui et memorate capelle in civitate et castro Budensi habitarum, prout lucidius in litteris exinde confectis id continetur, solvere teneretur viro discreto domino Iohanni de Verebel...concanonico nostro, moderno scil. rectori et... successivis rectoribus predicti altaris per eosdem effective percipiendos annuisset...coram nobis sic et eatenus, ut medietatem...viginti fl. auri puri annis singulis...in festo b. Michaelis archang.[1] et aliam medietatem in festo b. Georgii martiris[2] ipse rector capelle sanctissimi corporis Christi modernus et sui successores ratione previa prelibato mag. Iohanni moderno rectori altaris s. Ladislai regis et suis successoribus solvere sit obligatus...

ORIG.: Membr. cum plica et tribus incisuris pro cordula sig. pend. iam deperditi. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 72., fasc. 1., nr. 1. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

[1] Sept. 29.
[2] Apr. 24.

726 Geneve, 1418. jul. 1.

(Gebennis, Kal. Jul., a. I.) Georgius Cheecleed, presb. dioc. Waradien., preposituram eccl. b. Marie de castro Waradiensi...unacum archidiaconatu de Homrok in eccl. Waradien....tenuit per menses duos cum dimidio...contra canonicas sanctiones. Quapropter supplicat (Martino pape V.), quatenus...inhabilitatis...maculam...per eum contractam abolere...ac sibi de Waradien. predicte et s. Petri Budensis...ecclesiarum canonicatibus et prebendis ac altari s. Crucis sito in eccl. Waradien.,...quorum fructus...centum et viginti fl. auri...valorem annuum non excedunt...dignetur...de novo providere...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Vol. 114., fol. 104^{v}. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. Budapest. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. 10.656., p. 349. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 67., nr. 108.

727 1418. jul. 4.

In nomine Domini Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo decimo octavo... die... quarta... Julii, hora missae chori in Capella b. Mariae... virg. in curia regiae maiestatis Budensis constructa... Vespr. dioc., pontificatus... Martini... papae quinti anno primo, in mei (Johannis dicti de Chehy) notarii publici testiumque infrascriptorum... presentia personaliter constitutus... fr. Johannes dictus de Agria, o. S. Augustini... nomine procuratorio... Petri generalis, Laurentii vicarii, totiusque capituli fratrum S. Pauli primi heremite... de claustro S. Laurentii mart. de sub monte Nandor prope Budam... Vespr. dioc., tenens... suis in manibus quasdam litteras seu privilegium quoddam... dominorum advocatorum consistorialium Romanae Curiae presb. cardinalium et Sacri Palacii Apostolici causarum auditorum... seriem... de regulis ultimae voluntatis defunctorum et ipsorum sepulturae et qualiter res et bona, de quibus testator inter episcopum, parochianum sacerdotem et praedicatorem secundum canonicas distinctiones proportionaliter et separatim debeantur administrari in se declarantes... mihique... presentatas... et per me... receptas,... quorum tenor est talis: Soleta nonnullis... [1]... Post quarum... exhibitionem... fui requisitus, ut ipsas litteras... sibi et ordini suo praedicto... transsumi facere procurarem..., cuius... legitimis petitionibus inclinatus, praedictas litteras... in hanc publicam formam redegi meo officio requirente. Acta sunt haec et facta ... praesentibus... dominis Johanne vicecomite Capellae regiae maiestatis praedictae et thesaurario ecclesiae S. Johannis de Agria, Barnaba lectore ac conservatore sigilli praesentium sive causantium regiae maiestatis, Petro de Scirma custode et Johanne plebano de Lampertzazia canonicis praebendariis Capellae regiae maiestatis saepedicte, aliisque quampluribus testibus ad praemissa rogatis, specialiter et vocatis.

ORIG.: Desideratur. - TRANSCR.: Johannes de Chehy imp. auct. not. publ. 1418. jul. 4. > Capit. eccl. Quinqueecl. 1442. apr. 22. Arch. Nat Hung. Dl. 10.817/c. COPIA SIMPL. ibid. - COMM.: Vide inferius not. 1.

[1] vide ap. Mályusz E.: A szlavóniai és horvátországi középkori pálos kolostorok oklevelei az Orsz. Levéltárban. Levélt. Közl. 6(1928) p. 111-114. - Vide et nr. 747. et lege: Kumorovitz. L. B.: A budai várkápolna és a Szt. Zsigmond-prépostság történetéhez. Tanulmányok Budapest Multjából. XV (1963) p. 112. not. 26.

728 Kunszállás, 1418. jul. 4.

(In descensu Cumanorum, f. II. p. Visit. Marie.) Humilima salutatione, domina et fratrissa nostra carissima! Noveritis, cum et quando universi et singuli barones nostri Hungarie contra nonnullos sevissimos Thurkones, emulos eiusdem regni Hungarie anno tertio[1] in regno Boznensi fuerunt debellati et convicti, in etiam nos manus eorundem incideramus; modo... evasi... et nunc transivimus circa domum nostram Pomaz sanus et incolumis, de quo plurimum gaudeatis gaudio ingentissimo, quia etiam nos gaudemus. Scripta in descensu Comanorum apud domum nobilis Nicolai filii Karachon... Item XV dies sunt postquam regnum Hungarie intravimus.

Extus: Magnifice domine, Stephanus Cyko, frater vester de Pomaz, domine relicte condam Ladislai Thetes dicti de Bathmonostora, domine et fratrisse sue plurimum honorande detur.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig., quo erat clausa. Arch. famil. Zichy, Missiles nr. 12. - ED.: Zichy okmt. XII. p. 111-112.

[1] 1415. Adnot. editoris

729 Geneve, 1418. jul. 15.

(Gebennis, Id. Jul., a. I.) Supplicat (Martino papae V.) Ladislaus de Decze, can. eccl. s. Petri Veterisbudensis Vespr. dioc. de nova provisione canonicatus et prebendae eccl. b. Marie virg. Alberegalis..., cuius proventus octo marcarum...valorem annuum non excedunt, ...non obstante prefato canonicatu et prebenda eccl. Veterisbudensis, necnon capelle s. Emerici ducis eccl. Alberegalis, quorum omnium...proventus quatuordecim marcarum valorem annuum non excedunt...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 114., fol. 174^{v}. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. Dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. 10.656., I. p. 392. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. I., nr. 120.

730 Buda, 1418. sept. 8.

(Bude, in nat. Virg.) Nos Sigismundus...Romanorum...ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc(etera) rex...m. comm. ..., quod nobilis domina Barbara..., relicta Nicolai filii Lorandi de Bessenew in sua, necnon Thome, Petri, Georgii, Gregorii, Mathie et Stephani filiorum eiusdem Nicolai de eadem personis...nobis per modum protestationis ...significare curavit, quomodo, prout ipsi percepissent, Johannes dictus...[1], necnon Gregorius filius Lorandi de dicta Bessenew universas portiones possessionarias Ladislai filii Lorandi de antelata Bessenew in eadem Bessenew habitas, ipsos omnis iuris titulo concernentes, Johanni dicto Septemtylis, alias iudici civitatis nostre Budensis vendere et impignorare...niterentur potentia mediante... Unde facta huiusmodi protestatione prefatos Johannem et Stephanum (!), necnon alios quoslibet a venditione, impignoratione seu quavis alia alienatione prefatarum portionum annotati Ladislai prefato Johanni dicto Septemtylis ac aliis quibusvis, necnon eundem Johannem et alios quoslibet a receptione, ac seipsos in dominium earundem introductione, necnon omnium...frugum et utilitatum perceptione... prohibuit...coram nobis...

In dorso: Pro nobili domina relicta Barbara vocata...relicta Nicolai filii Lorandi de...Besenew ac Thoma, Petro, Georgio, Mathia et Stephano filiis eiusdem Nicolai de eadem. Prohibitoria.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. mediocris. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.720. - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 141., nr. 573.; Bakács: Iratok p. 306., nr. 1368. (Cum ommissionibus.)

[1] Unum vocabulum propter lacunam chart. legi non potest.

731 Buda, 1418. oct. 8.

(Bude, Sab. p. Francisci.) Sigismundus...Hungarie...rex...univ. prelatis, baronibus, (comitibus,) castellanis, nobilibus et quibusvis possessionatis regni sui Hung. hominibus tributa tam in terris, quam super aquis...infra ambitum...regni...habentibus... ipsorumque tributariis vel vicetributariis...Noveritis, quod...providus...Georgius iudex civitatis nostre Veterisbudensis...pro parte rel. dominarum sanctim. claustri b. Marie virg. de eadem Veteribuda...litteras...olim...domini Lodovici...regis Hung..., quibus... mediantibus ipse...prefatas dominas ab omni tributaria solutione vel munerum datione de earum victualibus cuiuscunque generis...existant...ipsis de earum...possessionibus tam per terrestres, quam aquaticas vias...pro earum sustentatione ferendis eorundemque victualium conductoribus facienda - coram nobis specietenus exhibendo...in earundem dominarum personis detexit querulose, ut quamvis ipse domine ab huiusmodi tributorum solutione...exempte haberentur, tamen nonnulli forent ex vobis, qui huiusmodi exemptionem ipsarum...pro nichilo reputantes, super dictis earum victualibus et ipsorum conductoribus tributum nonnunquam exegissent et reciperent, ac recipere conarentur in futurum in earum preiudicium...Verum cum nos ipsas dominas earum libertatibus, exemptionique,

prerogativis et gratiis eis per...dominum Ludovicum regem concessis et attributis illibate volumus potiri...,fidelitati...vestre et vestrum cuilibet firmiter precipiendo mandamus, quatenus a modo in antea de premissis victualibus dictarum dominarum...de possessionibus prefati claustri pro earum sustentatione ferendis...earundemque conductoribus dum et quotienscunque cum ipsis ad dictorum tributorum vestrorum loca pervenerint, nullum tributum...vel munera seu alia quevis dacia occasione huiusmodi victualium petere et recipere, aut ipsas vel ipsarum procuratores ad aliquam solutionem...faciendam (com)pellere...presumpmatis...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. maioris simpl. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.729.

732 1418. nov. 12.

Coram magistratu Budensi Petrus et Conradus eiusdem civitatis cives in facto cuiusdam domus in Foro sabbati sitae amicabiliter concordant.

ORIG.: Membr. corrupta, in inferiore margine litteris ABC intercisa ac in maxima sui parte illegibilis, ideo vocabula eius desiderata numerari nequeunt. Arch. Nat. Hung. Dl. 95.811. (Arch. famil. Siraky.)

Nos Michael dictus...iudex Castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem harum serie puplice (!) profitemur, quod cum providus vir...filius...cum honesta domina sorore sua uterina utputa consorte Hermani de Colonia parte ab una... circumspectum Connradum Gundstwern (?) concivem nostrum iuratum, necnon...dominam Elizabet coniugem ipsius legittimam (!) parte ab altera ratione (?) rerum et bonorum ab eodem Johanne textore, patre ipsius (?) carnali (?)...delictorum inpetivissent et questionis materiam suscitassent, eademque extitisset aliquantulum ventilata. Tandem eedem partes ratione et intuitu... nolentes iudicio contentari (?), sed potius...sine strepitu iudicii pacis federe solidare materia(m)...deliberatione...amicabiliter concordarunt eomode, quod dicti Chunnradus ac domina Elizabet quandam domum in foro sabbati Castri antedicti (?) in (?) vicinitate domus quondam Petri (...)ptoris et Benedicti Bator...Stey(...)hawfen vocatam in vicinitate (?)...et Georgii...sitas a dicto...derelictas eidem Petro donavit et contulit iure perpetuo possidendas; alteram vero domum in eodem Castro domibus Johannis Sybenlinder (?)...et prenotati Michaelis Grecz contigue vicinam, necnon...unam (?) vineam (?) Pechrer (?) vocatam in vicinitate filii...dicti ac Stephani...sitas et habitas... a prescripto Johanne...textore devolutas dederunt et contulerunt pretitulate domine Barbare ...perpetuo possidenda. Preterea dicte partes inter se...quod medietatem...portam habiti (?) in vicinitate Francisci collectoris (?)...dicti Petrus et domina Barbara...alteram vero medietatem eiusdem (?)... In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras alphabeto intercisas duximus concedendas. In crastino festi beati Martini confessoris, anno domini millesimo quadringentesimo decimo octavo.

733 1418. nov. 23.

(In f. Clementis.) Capitulum eccl. Budensis ad univ. not. volumus pervenire: Quod Nicolaus fil. Nicolai fil. Stephani...dicti Saphar de Chew (cum onere)...ac Nicolaus fil. Johannis de Fedemes ab una, parte vero ab altera nob. domina Katherina consors Andree dicti Chap de Batthyan coram nobis...constituti...Nicolaus fil. Nicolai fil. cond. Stephani dicti Saphar de Chew ac alter Nicolaus fil. Johannis de Fedemes confessi extiterunt in hunc modum: Quod ipsi totalem portionem possessionariam in possessione Gyod, necnon predia Fetel et Kewyl vocatas in Comit. Pestiensi habita - salvis nostris portionibus in... Gyod habitis - ...memorate domine et...suis heredibus pro mille flor. novis ...(cum exp. caut.) vendidissent...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Cap. eccl. Buden. 1419. jul. 2. Arch. Nat. Hung. Dl. 100.417. (Sign. ant.: Batthyany hg. Körmendi. lt. Alm. 2., Lad. 4. Göd nr. 30.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 142. nr. 578.

734 Passau, 1418. nov. 23.

(In Pataviensi civitate, f. IV. a. Katherine.) Sigismundus... Hungarie... rex... provido viro iudici nostre civitatis Posoniensis... Fidelitati vestre... mandamus, quatenus quamprimum naves nostre numero viginti due in hac Pataviensi civitate per magistros, seu navifactores de Flandria ordinate et fabricate, sub harum testimonio ad vos destinate per earundem conductores Posonii statuentur, mox unacum nob. et egregio Petro Kaplerio comite Posoniensi nautas idoneos et expertos, qui easdem naves usque in Budam salve conducant et manibus **Noffrii** nostri camerarii Budensis assignent, appreciantes ordinare et collocare, ac per eosdem ipsas naves Budam Noffrio destinare debeatis...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. secr. impressi. Arch. Civit. Poson. (Bratislava.) Chart. nr. 771. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - REG.: Inventár p. 131.

735 Buda, 1418. nov. 28.

(Bude, f. II. p. Katherine.) Sigismundus... Hungarie... rex... capitulo ecclesie Budensis... Dicitur nobis in persona nobilis domine Katherine filie Iohannis de Gwthor, consortis magistri Andree de Chaap, quod ipsa in dominium totalium portionum possessionariarum Iohannis et Nicolai filiorum Nicolai filii Stephani Saphar de Chew, necnon condam Sigismundi et Stephani fratrum ipsorum ad eandem devolutarum in possessione Gyod vocata, necnon castelli et orti lapideorum ac ecclesiarum in faciebus earum existentium, item prediorum Fetel et Kewyl vocatorum in comitatu Pestiensi existentium habitarum, ipsam vigore litterarum nostrarum... concernentium, salvis portionibus ecclesie vestre in eadem Gyod habitis,... vellet introire. Super quo fidelitati vestre... mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Valentinus de Kezy, vel Georgius aut Michael de Zekeres, sive Iohannes filius Blasii, ceu Thomas filius Iohannis de Kwldo, aliis absentibus homo noster ad facies predictarum portionum possessionariarum, castelli, orti et prediorum... accedendo introducat ipsam dominam in dominium earundem, statuatque easdem ipsi cum omnibus earum utilitatibus et pertinentiis iure sibi incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, evocet ipsos contra eandem nostram specialem in presentiam... rationem contradictionis eorum reddituros...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. ecclesiae Budensis 1418. dec. 15. > Ladislaus de Gara regni Hungariae palat. 1449. sept. 9. Arch. Nat. Hung. Dl. 100. 596. (Arch. famil. Batthyany de Körmend.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 142-143., nr. 580.

736 1418. dec. 15.

(XVI. die Andree.) Capitulum ecclesie Budensis... ad univ. not. h. s. volumus pervenire, quod nos litteras... domini Sigismundi... regis... statutorias... recepimus in hec verba: (Vide nr. 735. Sigismundus rex Hungariae 1418. nov. 28.) Nos... mandatis... domini nostri regis... obedire cupientes... unacum... Thoma filio Iohannis... Petrum chori ecclesie nostre... clericum... pro testimonio... duximus transmittendum, qui... nobis... retulerunt, quod ipsi in festo b. Andree apostoli... ad facies... portionis possessionarie in possessione Gyod habite, necnon castelli et orti lapideorum vicinis et commetaneis suis... inibi... convocatis et presentibus accedendo... dominam Katharinam (filiam Iohannis de Gwthor, consortem magistri Andree de Chaap) in dominium earundem introduxisset, ipsisque cum earundem utilitatibus et pertinentiis, salvis tamen portionibus nostris et ecclesie nostre in eadem Gyod habitis, perpetuo possidendas statuisset nullo... contradictore apparente...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Ladislaus de Gara regni Hungariae palat. 1449. sept. 9. Arch. Nat. Hung. Dl. 100. 596. (Arch. famil. Batthyany de Körmend.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m., p. 142-143.

737 Buda, 1419. jan. 9.

(Bude, II. p. epiph.) Nos Sigismundus... Romanorum rex... ac Hungarie etc(etera) rex. m. com., quod... comes Petrus de Peren iudex cur. nostre ac Symon et Johannes filii ipsius ab una, item Johannes fil. Francisci dicti Cykow de Pamaz parte ab altera nostri in presentia... proposuerunt... in hunc modum: quod licet possessio Zechew vocata totalis in com. Pestien. existens simulcum certis aliis portionibus possessionariis in possessionibus Pomaz... et Zenche vocatis in Pilisien., necnon in aliis pluribus possessionibus in Themessiensi comitatibus et alias... habitis, portiones utputa condam... Stephani episcopi eccl. Agriensis, patrui scil. prefati Johannis Cykow pro quibusdam... ipsius... Stephani episcopi debitis, puta duobus millibus fl. auri per ipsum comitem Petrum post obitum... Stephani episcopi super prefato Johanne Cykow et Stephano fratre eius carnali, in quos vidl. cuncta iura possessionaria eiusdem Stephani episcopi ipso defuncto devoluta fuissent... iuridice optentis pignoris titulo... statuta fuerint..., tamen... idem comes Petrus cum prefatis filiis suis prescriptas portiones possessionarias... in Pamaz et Zenche ac aliis possessionibus... habitas... possessione Zenche... totali usque tempus solutionis dictorum duorum millium fl. auri per ipsum Johannem Cykow... comiti Petro et suis filiis... fiende pro seipsis reservata, eidem Johanni Cykow remisissent... coram nobis; ipse autem Johannes Cykow premissa duo millia fl. auri in auro vel in moneta seu pecunia tunc currente ad rationem eorundem fl. auri... absque nona... et decima partibus... comiti Petro et filiis ipsius... in festo b. Georgii in anni dom. milles. qudringentesimi vigesimi revolutione ventura nostre maiestatis personali in presentia, vidl. cancellario vel vice-cancellario maioris cancellarie nostre (sub certis conditionibus in eisdem litteris specificatis) dare et solvere sassumpsit nostri in presentia...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Sigismundus rex Hung. 1423. maj. 10. Arch. Nat. Hung. Dl. 70.826. (Arch. famil. Perényi.) - ED.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 143-144., nr. 581. - REG.: Bakács: Iratok p. 367., nr. 1355.

738 Zólyom, 1419. febr. 2.

(Zoly, in Purific.) Sigismundus... Romanorum... ac Hungarie etc(etera) rex... iudici et iuratis civibus ac toti communitati civitatis nostre Posoniensis... Quia nos... singulos iudices cum tribus iuratis civibus quarumlibet nostrarum civitatum ad civitatem nostram Budensem, in qua... in proximo constitui volumus, circa nostram maiestatem accedere iussimus; ideo et vestre fidelitati... nostro regio damus sub edicto, quatenus statim... iudicem vestrum cum tribus... iuratis civibus, cum plena potestate totius vestre communitatis in... nostram Budensem civitatem erga nostram maiestatem transmittere debeatis...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. maioris tergo appressi. - ED.: Fejér: CD. X/6. p. 176-177.; Kovachich: Suppl. Comit. I. p. 326. (Sign. Arch. non indicatur.)

739 Pozsony, 1419. febr. 6.

(In nostra civitate Posoniensi, in Dorothee.) Sigismundus... Hungarie... rex magnifico Stephano de Kanisa, pridem nostre maiestatis magistro ianitorum, fideli nostro dilecto ... quia nos decem milia fl., quemlibet fl. per centum denarios novos computando de proventibus archiepiscopalibus Strigoniensibus per vos in anno proxime preterito levatos et perceptos, apud vestras manus existentes, fideli nostro dilecto Noffrio Bardi, camerario nostro Budensi per vos volumus assignari, igitur vestre fidelitati... mandamus, quatenus... eosdem decem milia fl. eidem Noffrio tradere et assignare debeatis... presentes etiam, predictis decem milibus fl. prefato Noffrio persolutis, pro vestri expeditoria reservando...

ORIG.: Chart. pap. cum sig. secr. impresso. In superiore margine Propria commissio domini regis not. canc., sub textu vero, in parte dextera chartae Per me B(enedictum) prepositum Albensem adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.770. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 1017. No. 32.)

740 Székesfehérvár, 1419. mart. 20.

(Albe, LVII. termini/oct. Epiph.) Nos Nicolaus de Gara regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum d. pro mem., quod dum inter Capitulum eccl. Albensis ab una, item rel. fratres: priorem et conventum eccl. de Leueld ab alia super rectificatione iurium prescriptarum ecclesiarum... in possessione Theleky (in) comit. Symigiensi habita adversus magistros Bartholomeum, Emericum et Ladislaum filios Ladislai filii Fanch de Gordova, alias bani, litis materia suscitata, diutiusque ventillata et novissime ad presentes octavas f. Epiph. d.[1] deducta estitisset, ipsis denique octavis occurentibus magister Isayas decanus et canonicus... eccl. Albensis... pro capitulo..., item Petrus de Echyr pro fratre Augustino priore... et conventu de Leveld..., preterea Demetrius litteratus civis Pestyensis pro rel. dominabus sanctimonialibus claustri b. Virginis de Insula leporum... ipsas dominas... presenti liti intromittentes, presentibus prefato Emerico personaliter astante, necnon Paulo de Bakon... procuratore dictorum Bartholomei et Ladislai in figura nostri iudicii adherentibus... (litterarum partium in processu iudiciario exhibitionibus factis)... quia in... possessione Teleky (etiam) nonnullos alios... portiones competentes habere reperiebamur... et absque eorum interessentia ad premissa respondere non valerent, pro eo causam prescriptam... ad octavas b. Georgii mart.[2]... duximus prorogandam...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. parvi, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.745.

[1] 1419. jan. 13.

[2] 1420. maj. 1.

741 1419. mart. 31.

Coram Capitulo Budensis eccl. Thomas fil. Johannis de Gywro in personis Antonii fil. Andreae Chapy et Catherinae consortis suae Nicolaum fil. Pauli de Peren ab occupatione poss. eorum Gyod, necnon castelli et ortus lapidei in comit. Pestien. habitorum prohibet.

ORIG.: Desideratur. - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 144., nr. 582.

742 Esztergom, 1419. maj. 13.

(Strigonii, die termini/sab. a. Cantate.) Nos Matheus de Vicedominis de Placentia, utriusque iuris dr., lector et can. in eccl. Strigoniensi, necnon vicarius... per capit. eccl. eiusdem in spiritualibus constitutus m. comm...., quod iuxta continentiam... litterarum nostrarum ammonitoriarum et citatoriarum sab.... a dom. Cantate discreti viri domini: Thomas custos, Gregorius, Nicolaus, Michael, Clemens et Martinus canonici eccl. s. Stephani prothomartiris de castro Strig., ac Brictius plebanus, rector vidl. altaris s. Crucis in ipsa eccl. Strigoniensi fundati... actiones eorum contra providum virum Franciscum Bernaldi Gallicum, civem civit. Budensis personaliter adherentem in figura nostri iudicii proposuerant eo modo: Quod licet idem Franciscus Bernaldi ipsis iuxta continentiam litterarum... civit. Budensis obligatoriarum alphabeto intercisarum singulis annis quinquaginta fl. auri puri et iusti ponderis, aut pecuniam equivalentem, triginta vidl... canonicis s. Stephani prothomartiris et viginti fl. premissi computi... Brictio plebano, rectori... altaris s. crucis de quadam domo ipsorum erga ipsum Franciscum Bernaldi in... civit. Budensi in feudum vulgo Pokreth in evum habita pro censibus annuis dare... debuisset, tamen idem, nescitur quo iure, quamvis pluries requisitus, dictos census de dicta domo infra sedecim annos vel circa eisdem canonicis et plebano... minime persolvere curavisset directam et equalem partem eorundem, scil. vigintiquinque fl. auri quolibet anno pro se reservando in sue anime discrimen, ac contra formam iuris eccl. s.

Stephani et altaris s. crucis predictarum...petentes nos iidem canonici et plebanus..., ut nos ipsum Franciscum Bernaldi ipsis ad solutionem et restitutionem...censuum retentorum per ipsum infra predictos annos non solutorum compellere et astringere dignaremur ...Quo percepto memoratus Franciscus Gallicus respondit affirmative ex adverso, quod quamquam ipse iuxta continentiam dictarum litterarum civit. Budensis...obligatoriarum prenotatis canonicis et plebano seu rectori altaris predicti cum dictis censibus annuis, vidl. quinquaginta fl. computi pretacti obligatorie de prefata domo de iure et de facto teneatur, tamen ex quo ipse alias per...dominum nostrum regem captus et quibusvis bonis suis mobilibus vidl. et immobilibus privatus extitisset, prefataque domus propter eius paupertatem in aliqua sui parte rupta et destituta fuisset, ob hoc tum visa et considerata sua paupertate, tum pro eo etiam, ut ipsa domus in suis rupturis per ipsum Franciscum comode reformari potuisset, condam...Iohannes archiep. memorate eccl. Strig....fundator eiusdem eccl. s. Stephani et altaris s. crucis...sibi equalem partem dictorum censuum, puta quinquaginta fl. per centum novos denarios computando relaxasset, pro quibus idem Franciscus ipso domino archiepiscopo vivente per eosdem canonicos et plebanum minime impeditus et quoquomodo molestatus extitisset pro eisdem; petens nos idem Franciscus et eosdem dominos canonicos et plebanum, ut ipsum in eisdem iuribus, in quibus prefatus dominus Iohannes archiep. tenuisset, tenere et conservare dignaremur domo in eadem. Unde nos auditis hincinde partium propositionibus, allegationibus et responsionibus, unacum nonnullis ven. et circumspectis viris dominibus de capitulo...eccl. Strig. prescripte nobiscum pro tribunali consedentibus, iudicantes commisimus eo modo, ut prefatus Franciscus Bernaldi prenominatis canonicis triginta et Brictio plebano viginti fl. per centum post mortem...domini Iohannis archiep. per ipsum reservatos et retentos in festo nativitatis virginis gloriose proxime affuturo[2] sine crastinatione sub dupli et excommunicationis penis persovere...teneatur; hoc etiam non pretermisso, quod amodo deinceps pretitulatus Franciscus singulis annis totum censum, videlicet quinquaginta fl. auri in termino alias solvere solito, sicuti in...litteris obligatoriis...civit. Budensis continetur, sepe nominatis dominis canonicis et rectori altaris s. crucis, ac sui posteri in evum persolvere debeat et teneantur, de residuis autem censibus tempore...domini archiepiscopi retentis dumtaxat et non solutis eundem Franciscum Gallicum ab impetitione memoratorum dominorum canonicorum ac plebani duximus absolvendum...presentium per vigorem...

ORIG.: Chart. pap. cum sig. impresso. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 53., fasc. 3., nr. 4. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

[1] Maj. 13.

[2] 1419. sept. 8.

743 Kassa, 1419. maj. 17.

(Cassouie, f. IV. a. Elene.) Nos Sigismundus...Hungarie...rex...Vobis...universis et singulis...nostre, ac reginalis maiestatum, aliorum etiam quorumcunque tributariis a civitate nostra Budensi usque in hanc nostram Cassoviensem civitatem ubivis constitutis, eorumque vicetributariis...firmiter precipiendo mandamus, quatenus a barhanistis nostris, seu barhani textoribus de...civitate nostra Budensi ad...Cassoviam de nostra commissione venientibus, consortibus etiam et prolibus, ac rebus eorum quibusvis, earumque conductoribus (in)...nostrorum...(et)...reginalium et quorumcunque aliorum tributorum locis nullum tributum...petere et recipere presumpmatis...eosdem de huiusmodi tributorum locis... pacifice, absque quavis solutione...abire...cum ipsorum rebus universis permittendo...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. maioris simplicis tergo impressi. In superiore margine et sub sigillo Commissio propria domini regis not. canc. est scripta. Arch. Civit. Cassov. (Kosice.) Secr. Chart. variarum familiarum F. nr. 30. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

744 Firenze, 1419. maj. 17.

(Florentie, XVI. Kal. Jun., a. II.) Supplicat (Martino pape V.) Johannes de Dobronicza, can. Wespr. dioc., quatenus sibi... de archidiaconatu Budensi, cui cura imminet animarum et fructus... quinquaginta fl. auri... valorem annuum non excedunt... dignetur providere - non obstante, quod obtinet canonicatum et prebendam eiusdem Wespr. eccl., quorum fructus... decem et septem fl. .. valorem annuum non excedunt...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Vol. 125., fol. 185^{v}. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapest. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. 10.656., p. 526-528. - ED.: Mon. Rom. Vespr. III. p. 23. - REG.: Tört. Tár 1895. nr. 268.; Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 79., nr. 168.

745 Firenze, 1419. máj. 19.

(Florentie, XIV. Kal. Jun., a. II.) Supplicatio Dominici prepositi collegiate eccl. b. Stephani protomart. Strigoniensis castri - Martino papae V. Beatissime pater ! Dudum ...Johannes (archi)episcopus Strigoniensis inter ceteras ecclesias civitatis et dioc. Strigoniensis illam b. Stephani prothomartiris Strigoniensis castri... (fundavit... et) in ecclesiam collegiatam... erexit..., (cui preter alia dona) de patrimonio suo unam domum in castro Budensi sitam ex opposito sanctuarii capelle s. Georgii ac aliam domum in eodem castro in vicinitate fundorum sitam et feuda sita in dicto castro valoris triginta fl. auri debita per Franciscum Bernardi et suos successores... Quare supplicat S. v. (idem) Dominicus prepositus dicte ecclesie..., quatenus (omnia)... per eundem archiepiscopum (eidem prepositure donata)... auctoritate apostolica confirmare dignemini...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Vol. 130. fol. 45^{v}-47. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapest. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. 10.656., p. 529-545. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 79-80., nr. 169.

746 Kassa, 1419. maj. 25.

(Cassouie, in asscens.) Sigismundus... Hungarie... rex fideli nostro nobili et egregio Petro filio Herrici de Brezthouicha, aule nostre militi et consiliario speciali... Tue fidelitatis opera, sagacitatis providentia et sincera prudentia, diversarum tuarum virtutum merita, quibus ab altissimo probabili testimonio fores insignitus clara experientia nos inducunt, ut tu inter ceteros nostros fideles barrones merito sis agregandus. Tibi igitur tanquam persone benemerite et sufficienti honorem seu officiolatum: magistratum tauarnicatus simulcum cunctis suis utilitatibus, proventibus, iurisdictionibus, iudicio et iudicatu nostrarum regalium regni nostri Hungarie... liberarum civitatum ex certa nostre maiestatis scientia prelatorumque et barronum nostrorum sano ad id accedente consilio prematuro et digesto a fideli nostro magnifico Iohanne Magno de Pelsewch, salva nostra dilectione, aufferendo sub eisdem libertatibus et consuetudinibus, quibus per alios regni nostri barrones tenuisse fore perhibetur, nostre maiestatis beneplacito perdurante, auctoritate nostra regia duximus conferendum, ymmo conferimus harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Quocirca vobis fidelibus nostris universis et singulis... nostrarum regalium liberarum civitatum iudicibus, iuratisque civibus, ac toti communitati, presentibus et futuris... firmissimo nostro regio damus sub edicto, quatenus... a modo in posterum prefato Petro, filio Herrici tamquam vero magistro tauarnicorum et nemini alteri iudicio et iudicatui, ac in omnibus et singulis licitis et consuetis obedire et obtemporare, universosque et singulos proventus et iurisdictiones e vestre universitatis medio ratione sui honoris solito more proveniendos extradare et amministrari facere debeatis locis debitis et temporibus oportunis...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. impresso. In superiore margine et sub sigillo Commissio propria domini regis not. canc. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.811. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 944. No. 14.)

747 Buda, 1419. jun. 3.

In nomine domini. Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadrigentesimo decimo nono... die... tertia... Iunii, hora tertiarum vel quasi, in eccl. b. Marie virg. parochialis in castro Budensi fundata, Vespr. dioc., pontificatus... Martini... pape quinti anno secundo, in mei not. publ. (Johannis de Chehy) testiumque infrascriptorum... presentia personaliter constitutus... fr. Laurentius de Zicczo o. S. Augustini subditus in claustro s. Laurentii mart. de Submonte prope Budam... Vespr. dioc. procurator... Petri generalis, Laurentii vicarii totiusque capituli fratrum s. Pauli primi heremite o. predicti... tenens... suis in manibus ac exhibuit et presentavit mihi... quasdam litteras seu privilegium quoddam ... dominorum... advocatorum consistorialium, Romane eccl. presbiterorum cardinalium et sacri Palacii causarum auditorum... declarationes de regulis ultime voluntatis defunctorum et ipsorum sepultura et qualiter res et bona, de quibus testator inter episcopum, sacerdotem parochianum et religiosum secundum canonicas distinctiones portionaliter et separatim debeantur administrari... quarum tenor... est talis: Solet a nonnullis[1]... Post quarum... litterarum exhibitionem... per prefatum fratrem Laurentium... fui requisitus, ut ipsas... sibi et ordini suo... transsumi facere procurarem..., cuius... legitimis petitionibus inclinatus, predictas litteras... in hanc publicam formam redegi meo officio requirente. Acta sunt hec et facta... presentibus ibidem... dominis Johanne vicecomite Capelle regie maiestatis et thezaurario eccl. Agriensis, Barnaba lectore ac conservatore sigilli presentium sive causantium regie maiestatis, Petro de Scirma custode canonicis prebendariis predicte capelle, Stephano crucifero, canonico prebendario eccl. Iauriensis et rectore capelle s. Barbare virg. de eadem ac Conrado de Constancia, cive apotecario de castro Budensi ..., aliisque quampluribus... testibus ad premissa rogatis, specialiter et in testimonium requisitis.

ORIG.: Desideratur. - TRANSCR.: a) Johannes de Chehy imp. auct. not. publ. 1419. jun. 3. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.817/1.; b) Johannes de Chehy 1419. jun. 3. Arch. Nat. Hung. Dl. 34.849. - COMM.: Vide inferius not. 1.

[1] Vide ap. Mályusz E.: A szalvóniai és horvátországi középkori pálos kolostorok oklevelei az Országos Levéltárban. Levélt. Közl. 6(1928) 111-114. - De dato huius litterae (primo vere anni 1418.) lege: Kumorovitz L. B.: A budai várkápolna és a Szt. Zsigmond-prépostság történetéhez. Tanulmányok Budapest Multjából. XV (1963) p. 112. not. 26.

748 Buda, 1419. jun. 4.

In nomine domini. Amen. Anno nat. eiusdem millesimo CCCC^{mo} decimo nono... die... quarta... Iunii, hora nonarum vel quasi in Capella regie maiestatis in castro Budensi constructa, Vespr. dioc., pontificatus... Martini... pape quinti anno secundo in mei (Johannis de Chehy) not. publ. testiumque infrascriptorum... presentia personaliter constitutus... fr. Laurentius de Sciczo o. s. Augustini subditus in claustro s. Laurentii mart. de Submonte Nandor prope Budam... Vespr. dioc. procuratorio nomine... Petri generalis, Laurentii vicarii totiusque capituli fratrum s. Pauli primi heremite o. predicti, tenens... propriis suis in manibus quasdam litteras protectionales... domini Martini pape... alias litteras... olim... Gregorii pape undecimi... super libertatibus ac statutis ordinis predicti concessas ... et communitas... michique... presentatas... huiusmodi sub tenore: Martinus episcopus...[1]

Post quarum... litterarum... presentationem... per prefatum... procuratorem... fui requisitus, ut ipsas sibi et ordini suo... conscriberem... et in publicam formam redigerem, ... cuius... legitimis petitionibus inclinatus predictas litteras... transumi facere procuravi... et in hanc publicam formam redegi meo officio requirente. Acta sunt hec et facta... presentibus... dominis Nicolao in apicem episcopatus eccl. Vac. electo, comite Capelle regie maiestatis de castro Budensi et gubernatore Cruciferatus de superioribus Calidis aquis in dicti castri suburbio, Barnaba lectore, Petro de Scirma custode canonicis in dicta capella regie maiestatis prebendariis... Wespr. dioc., Stephano crucifero canonico eccl. Iauriensis et rectore capelle s. Barbare virg. de eadem et Conrado de Constantia,

cive appotecario de castro Budensi..., aliisque quampluribus...testibus ad premissa rogatis, specialiter et in testimonium requisitis.

ORIG.: Desideratur. TRANSCR.: Johannes de Chehy, auct. imp. not. publ. 1419. jun. 4. Arch. Nat. Hung. Dl. 34.367.

[1] Reg. vide ap. Paulus Lukcsics: Diplomata pontificum saec. XV. Tom. I. Martinus papa V. (1417-1431) - Lukcsics Pál: XV. századi pápák oklevelei. I. V. Márton pápa (1417-1431) Budapest, 1931. p. 50., nr. 21., (ubi mentio facta est etiam de lit. Gregorii papae XI. - 1371. oct. 16. emanatis).

749 Székesfehérvár, 1419. jun. 7.

(Albe, IV. p. penthec.) Sigismundus...Hung. ...rex... capitulo eccl. Posoniensis ... Dicitur nobis in personis Andree fil. Pauli; Petri, Michaelis et Pauli filiorum eiusdem de Ogya, quomodo Blasius familiaris magistri Georgii de Veteribuda, officialis rel. dom. sanctim. claustri b. virg. in eadem fundate per ipsas in possessionibus earum in Challokwz existentibus...constitutis temporibus iam transactis...ex permissione dictorum domini et dom. rel. Andream fil. Johannis de Felsew Janyk ad portionem earum...Oldy vocatam adduci faciendo, ibique non modicas terras arabiles occupari...per eundem Andream prohibi fecissent...potentia mediante...Super quo fidelitati vestre...mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem..., quo presente Stephanus fil. Jacobi, Jacobus fil. Stephani de Zaz, vel Blasius fil. (...), sin Johannes fil. Demetrii de Wduarnok...ab omnibus inquirat (omnimodam) veritatem...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 37.508.

750 Konstanz, 1419. jun. 16.

(Constantie, XVI. Kal. Jul., a. II.) Martinus (papa V.) abbati...de Sirtz Vesp. dioc. ... Cum archidiaconatus Budensis in eccl. Vespr. cui cura imminet animarum ex eo vacaverit..., quod Blasius de Calow archidiac. Budensis...altere s. Crucis in eccl. predicta, cui etiam cura animarum imminet, tunc vacans...assecutus - illa extunc insimul nulla super hoc...dispensatione obtenta per annum et amplius detinuit et detinet contra canonicas sanctiones; nos volentes...Johannem de Dobnicza canonicum dicte eccl....amplius honorare...discretioni tue...mandamus, quatenus...archidiaconatum predictum..., cuius fructus...quadraginta fl. auri...non excedunt...cum omnibus iuribus...eidem auctoritate nostra conferas...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia Vol. 201., fol. 282-282[v]. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapest. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Ms. nr. 10.656., p. 558-562. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontfic. I. p. 81., nr. 175.

751 1419. jul. 2.

(Zoly, in visit. Marie.) Sigismundus...Hungarie...rex...Providi viri, fideles nostri dilecti ! Quia nos...singulos iudices cum duobus vel[a] tribus vel quatuor iuratis civibus quarumlibet nostrarum civitatum ad civitatem nostram Budensem, in qua deo duce in proximo constitui volumus, circa nostram maiestatem accedi iussimus, ideo et vestre fidelitati...damus sub edicto, quatenus...visis presentibus iudicem vestrum cum tribus vel quatuor iuratis civibus cum plena potestate totius vestre communitatis in... nostram Budensem civitatem erga nostram maiestatem transmittere debeatis...[1]

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. maioris simplicis, quo erat clausa. In superiore margine et sub sig. Commissio propria domini regis not. canc. est scripta. Arch. Civit. Poson. (Bratislava.) Chart. nr. 780. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - REG.: Inventár p. 132.

[a] Vocabula duobus vel sunt deleta.

[1] Mandatum Sigismundi regis magistratui civitatis Posoniensis directum.

752 1419. jul. 2.

(In visit. virg.) Nos capit. ecclesie Budensis m. comm., quod Thomas de Koldo in persona nobilis domine Katherina vocate, consortis vidl. Andree dicti Chapy... exhibuit nobis quasdam nostras litteras privilegiales... petens nos, ut easdem... nostris litteris similiter privilegialibus... transscribi dignaremur... Cuius... tenor talis est: (Vide nr. 693. Capit. ecclesiae Budensis 1417. maj. 6.) Nos... petitionem (Thome de Koldo)... iuri consonam agnoscentes pretactas litteras... nostris litteris privilegialibus (insertas)... eidem domine ... (duximus concedendas)...

ORIG.: Membr. lacera cum plica sine sigillo, quod una cum filo sericeo iam deperditum est. Arch. Nat. Hung. Dl. 100.416. (Sign. ant.: Arch. famil. Batthyany de Körmend. Acta antiqua Alm. 2. Lad. 4. Göd. nr. 29.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 139., reg. nr. 568.

753 Budae, 1419. aug. 23.

Sigismundus rex Hungariae Nicolaum de Gara regni Hung. palatinum poss. suam Szentmárton in comit. Castrifer. habitam cum poss. Nicolai de Széch Kezw vocata, in comit. Pestien. existenti, cum consensu Stephani, Johannis, Nicolai, Thomae et Dionisii filiorum Nicolai de eadem Széch; Emerici fil. Johannis filii Nicolai; Sigismundi et Johannis filiorum Petri fil. Blasii, necnon Frank fil. Dionisii filii Blasii concambialiter permutasse testatur.

ORIG.: Desideratur. - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 145., nr. 584.

754 Buda, 1419. dec. 21.

(Bude, in Thome apost.) Sigismundus... Hungarie... rex... comiti comitatus Borsodiensis et castellano castri nostri Dyosgewr... egregio viro Mathyus de Paloch... vel vicecomiti... comitatus predicti.... Dicit nobis Joseph iudeus in civitate nostra Budensi commorans... conquerendo, quomodo Jacobus Zudar de Olnud sibi... mille et octingentis florenis nove monete nostre... debitorie teneretur, quos... florenos numeri predii seu pecunie sumpmam iuxta continentias litterarum suarum obligatoriarum in terminis litteris in eisdem expressatis sibi solvere minime curasset, nec... ipso sepius postulante curare voluisset et nec vellet de presenti... Et quia nos ipsi Joseph iudeo ex parte dicti Jacobi Zudar super suis debitis satisfactionem... fieri volumus congruentem,... fidelitati vestre... mandamus, quatenus... prefato Jacobo Zudar vestri vocato in presentiam, auditisque partium allegationibus et obventionibus ac habitis superinde legitimis probationibus, eidem iudeo secundum suas probationes ex parte ipsius Jacobi meri iuris et iustitie de rebus et bonis eiusdem super premissis debitis debite et condigne satisfactionis complementum... impendere debeatis auctoritate nostra vobis presentium serie in hac parte attributa et iustitia mediante...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sigilli maioris simplicis tergo appressi. In superiore margine et sub sigillo Relatio Piponis de Ozora comitis Themesiensis not. canc. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 43.453. (Arch. Mus. Nat. Hung. Coll. Véghely.) - ED.: Magyar-zsidó oklt. I. p. 148-149.

755 Buda, 1419-1423.

(In Castro Budensi...[1]) Fernandus (apost. sedis legatus)...abbatibus, prioribus, prepositis, decanis etc(etera)...Noveritis, quod cum pridem ad instantiam circumspecti viri Andree Stubichin civis Budensis Vesprimiensis dioc....Paulus Cypo archidiac. et can. in ecclesia Agriensi...fuisset citatus...responsurus eidem Andree super debiti XV fl...., idem...Paulus...se de sua...mora...excusasset non negans...huiusmodi debitum, submittens se...in certo termino...huiusmodi debitum soluturum. Quapropter...vobis omnibus et singulis supradictis...precipimus, quatenus...eundem Paulum...ex parte nostra...monere curetis..., quatenus huiusmodi debitum... infra...octavam f. s. Egidii[2] ...persolvere curet..., aut se cum eodem creditore Andrea...super his amicabiliter componat, alioquin...ipsum excommunicationis vinculo innodamus...Monemus insuper... eundem Paulum, quatenus eidem Andree creditori...de quadringentis denariis..., in quibus eidem in expensis in huiusmodi cause coram nobis factis...satisfacere curet...

ORIG.: Non extat. - COPIA SIMPL.: "In Libro formulari Cracoviensi." - REG.: Mon. Rom. Vespr. III. p. 35-36.

[1] Dat. in L. Form. non habetur.

[2] Sept. 1-8.

756 Buda, 1420. jan. 5.

Petrus Henrici de Brezevicze, tavarn. reg. mag. et comes Scepusiensis iudici et iuratis civibus de Samaria in Csallóköz praeceptorie dat in mandatis, ut iudicem et iuratos de Posonio pro Blasio dicto Gyala de Pest in causa cuiusdam abnegatae iustitiae ad octavas festi epiphaniarum domini proxime venturas suam evocent in praesentiam.

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig., quo erat clausa. Arch. Civit. Poson. (Bratislava.) Chart. nr. 787. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - REG.: Inventár, nr. 917.

Nos Petrus Henrici de Brezevicze, thauarnicorum regalium magister et comes Cepsiensis iudici et iuratis civibus de Samaria in Callokvz amititiam paratam debito cum honore. Noveritis, quod Iohannes litteratus dictus Chenger de Pesth pro Blasio Gyaly de eadem cum procuratoriis litteris nostris iuxta continentiam litterarum vestrarum evocatoriarum in octavis festi beati Georgii martiris tunc proxime preteritis[1] in figura iudici(i) viri magnifici Iohannis de Pelseuch, tunc thauarnicorum regalium magistri comparendo contra iudicem et iuratos de Posonio easdem litteras vestras citatorias ad litteratorium mandatum eiusdem domini Iohannis rescriptas tenoremque litterarum suarum vobis directarum verbaliter in se habentes, asserens actionem et propositionem eiusdem Blasii dicti Gyaly litteris contineri in eisdem nobis presentavit, declaressent, quod prefati iudex et iurati de Posonio ad instantiam dicti Blasii in presentiam dicti domini Iohannis magistri thauarnicorum protunc legitime citati extitissent. Prefato itaque termino citationis octavi diei sancti Georgii occurrente[2], procurator prefatorum iudicis et iuratorum comparuisset et pro termino responsionis idem dominus Iohannes octavum diem festi penthecostes tunc proxime sequentem[3] assignasset eosdem iudicem et iuratos litteris suis mediantibus edocendo, ad quem quidem octavum diem festi penthecostes prefati in causam attracti non venissent, neque misissent, sed se mediantibus litteris eiusdem domini Iohannis magistri iudicis exinde confectis aggravari permittendo. Demum vero honore dicti magistri thauarnicatus mutato et per nos adoptando postulans prefatus Iohannes procurator, nomine quo supra, eidem ex parte prefatorum in causam attractorum per nos in premissis iuris equitatem impertiri. Et quia prefati in causam attracti ad premissa vice secundaria evocandi fore visi fuerant, pro eo vestram amititiam petieramus, quatenus prenotatos iudicem et iuratos de Posonio in premissis responsuros peremptorie, rationemque efficacem in causa cuiusdam abnegate iustitie reddituros contra memoratum Blasium dictum Gyalya de Pesth ad octavas festi sancti Martini tunc venturas[4] nostram evocaretis in presentiam et post hec ipsius evocationis seriem cum nominibus evocatorum octavas ad easdem nobis amicabiliter rescriberetis.

Tandem ipsis octavis instantibus prefatus Iohannes procurator eiusdem Blasii ad nostram veniendo presentiam litteras vestras super ipsa evocatione rescriptionales nobis presentavit, in quibus clare videbatur, quod per vos sabbato proximo post festum sancti Michaelis archangeli[5] memoratos iudicem et iuratos de Posonio sepedictos in habitationibus eorundem in premissa causa abnegate iustitie contra annotatum Blasium dictum Gyalya ad octavas festi sancti Martini[6] nostram in presentiam evocatos fore comperimus manifeste. A quibus quidem octavis festi prefati in causam attracti per annotatum Iohannem procuratorem in persona eiusdem Blasii legitimis diebus coram nobis expectati nostram in presentiam non venerumt, neque miserunt, sed se aliarum litterarum nostrarum serie superinde confectarum in iudiciis aggravari permittendo, postulans prefatus Iohannes procurator ex parte memoratorum in causam attractorum per nos in premissis iuris equitatem elargiri. Et quia iidem in causam attracti ad premissa vice tertiaria evocandi fore videbantur, pro eo vestram amititiam presentibus petimus diligenter, quatenus memoratos iudicem et iuratos de Posonio in premissis peremptorie responsuros rationemque efficacem reddituros, ac de iudiciis, quibus convicti extiterint, nobis et parti adverse satisfacturos contra annotatum Blasium dictum Gyalya de Pesth ad octavas festi epiphanie domini nunc venturas[7] nostram evocetis in presentiam et post hec ipsius evocationis seriem cum nominibus evocatorum octavas ad easdem nobis amicabiliter rescribatis. Datum Bude, feria sexta proxima post diem strennarum anno domini millesimo quadringentesimo XX^{mo}

In dorso: Providis viris et honestis iudici et iuratis civibus de Samaria in Callokvz, amicis suis carissimis pro Blasio dicto Gyala de Pesth contra iudicem et iuratos de Posonio ad octavas festi epiphanie domini proxime venturas modo intrascripto. Evocatorialis.

1 ... maj. 1.

2 ... maj. 1.

3 Dat. incertum

4 1419. nov. 18.

5. 1419. sept. 30.

6 1419. nov. 18.

7 1420. jan. 13.

757 Buda, 1420. jan. 11.

(Bude, f. V. p. epiph.) Nos Sigismundus... rex... Hung. m. comm. per pres., quod Demetrius litteratus de Pesth, procurator rel. dom. sanctim. de Insula leporum nominibus earundem... exhibuit nobis quasdam litteras... Stephani... regis... Hungarie... privilagiales... supplicans nobis..., ut series ipsarum... presentibus transcribi et... sub consignatione sigilli nostri mediocris ipsis dari facere dignaremur; quarum quidem litterarum tenor is est: Stephanus...[1] Nos supplicationibus eiusdem Demetrii litterati nominibus earundem dominarum... inclinati, tenores earundem litterarum... transscribi et transscriptum sub consignatione sigilli nostri mediocris... dari fecimus...

ORIG.: Membr. cum fragmento sigilli mediocris tergo appressi. In dorso manu (fere) saec. XVI. scripta Ozlar, Scingata, nemus Nogus, Urkud donationes 1420 vocabula leguntur. Arch. Nat. Hung. Dl. 499. (Sign. ant.: Fund. Fasc. 39. No. 21.)

1 Scil. Stephanus V. rex Hung. Vide ap. Szentpétery: Reg. crit. nr. 1225.; Gárdonyi: Mon. Dipl. Civit. Budapest p. 68.

758 1420. jan. 13.

Magistratus civitatis Budensis tres domos in foro sabbati civitatis Budensis, necnon unam vineam in territorio Örs habitas et novem tunellas vini cum dimidia pro 1985 fl. iuxta fidedignorum summarie aestimatas ratione debitorum Jacobi litterati civis Budensis condam castellani Strigoniensis nobili dominae Annae, relictae magistri Andreae filii Nicolai de Kapi adiudicat.

ORIG.: Membr. cum fragmento sig. minoris rubri col. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 64.201. - TRANSCR.: Capit. eccl. Budensis 1454. aug. 18. Arch. Nat. Hung. Dl. 64.373. - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 145., nr. 586. - MENT.: Pataki: Bud. Rég. XV(1950)p. 292., not. 66.

Nos Michael dictus Nodlar iudex castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem harum serie publice profitemur, quod nobilis domina Anna, relicta magistri Andree filii Nicolai de Capi, coram nobis personaliter constituta exhibuit quasdam litteras obligatorias, signeto providi nostri concivis Iacobi litterati condam castellani Strigoniensis ipsiusque manu propria conscriptas, in quibus palam comperiebatur eundem Iacobum litterarum sub obligamine omnium rerum et bonorum suorum tam mobilium quam immobilium eidem magistro Andree florenis duobus millibus ducentis et viginti sex per singulos centum denarios novos computando debitorie obligari. Recognoscensque eadem domina Anna ipsum Iacobum non in totali summa litteris inserta, sed tantummodo mille sexingentis et viginti sex florenis computi premissi debitorem fore, de residuitate vero fatebatur: dictum Iacobum litteratum habere litteras expeditorias, quibus mediantibus commissus foret liber et solutus. Quibus quidem litteris coram nobis exhibitis et productis, petiit sibi contra eundem Iacobum equitatem et iustitiam impertiri. Nos denique modum et formam nostri servantes iudicii, prenotatum Iacobum post earundem litterarum exhibitiones plurimas factas fecimus tam per concives nostros iuratos, quam per alios viros idoneos legitime vocari ad obiecta iuris ordine reversurum assignantesque eidem tempus spatiosum tam ante estimationem, quam post estimationem hereditatum suarum, in quo easdem hereditates comodose potuit libertare. Qui denique Iacobus nec per se, nec per procuratorem aut alteram quamcunque personam interpositam quomodolibet comparere curavit, sed a facie nostri absentans se convinci in dictis debitis permittendo, ob hoc nos res mercimoniales aut cetera bona alicuius notabilis valoris ipsius Iacobi reperire non valentes, quasdam hereditates suas, videlicet duas domos in foro sabbati castri predicti prescripti Iacobi sibi invicem contiguas in vicinitate relicte Iohannis filii Thome parte ab una et domus animarum parte ab altera, necnon unam vineam in territorio ville Ors, in vicinitate Ladislai de Erd et cuiusdam vie tendentis versus vineam Caspari Bernhardi sitas et habitas et novem tunellas vini cum dimidia iuxta fidedignorum conscientiosam estimationem pro florenis mille noningentis et octuaginta quinque per singulos centum denarios novos computando simul et summarie estimatas cum omnibus utilitatibus et pertinentiis earundem hereditatum annotate domine Anne suisque heredibus heredumque suorum legitimis successoribus adiudicantes contulimus iure perpetuo possidendas, de residuitate vero valoris hereditatum et rerum prescriptarum estimationis facte eadem domina Anna pretitulato Iacobo prompta in pecunia satisfactionem impendit plenariam et condignam. In quorum omnium firmiorem evidentiam presentes litteras sigilli nostri munimine roboratas duximus concendas. Datum octavo die festi epiphaniarum domini, anno incarnationis eiusdem millesimo quadringentesimo vigesimo.

759 Firenze, 1420. febr. 24.

(Florentie, VII. Kal. Mart., a. III.)... presbiter Simon Jonate can. eccl. s. Petri de Veteri Buda... in Nicolaum cantorem et concan .... **in cimiterio dicte eccl. manus iniecisset temere violentas excommunicationis sententiam incurrendo, ac postmodum...** absque ...dispensatione se divinis inmiscuit irregularitatis maculam incurrendo, de quibus nunc... dolet; quare supplicat (Martino papae V.)..., quatenus ipsum a premissis absolvere (dignetur)...ac in statum pristinum reducere... ita, quod in susceptis ordinibus ministrare et beneficia ecclesiastica retinere... **valeat...**

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 139., fol. 167-167^{v}. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. nr. 10.656. I. p. 616. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 91., nr. 243.

760 Buda, 1420. mart. 11.

(Bude, LIX. die oct. epiph.) Nos comes Petrus de Peren iudex curie... Sigismundi ...Hungarie... regis d.p.m., quod causam, quam nobilis domina consors [Ladislai] de Blagay..., pro qua Paulus litteratus... contra nobilem dominam Iustina vocatam, relictam Iohannis filii bani de Alsolyndua et Iohannem castellanum de Buda, item Paulum villicum in possessione Mumer vocata residentem, eisdem statuere commissum, pro quibus Mathias litteratus de Olmad... comparuit iuxta continentiam litterarum nostrarum prorogatoriarum super factis in... litteris conventus ecclesie de Kapurnuk inquisitoriis et evocatoriis contentis in octavis... epiphaniarum domini[1]... movere habebat coram nobis... ad octavas b. Georgii martiris[2]... duximus prorogandam...

In dorso: Pro nobili domina Clara vocata, consorte Ladislai de Blagay contra nobilem dominam Iustina vocatam, relictam Iohannis filii condam bani de Alsolyndua ad octavas festi b. Georgii martiris prorogatoria.

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.898. (Sign. ant.: Fasc. 1548. No. 27.)

[1] 1420. jan. 13.

[2] 1420. maj. 1.

761 Firenze, 1420. mart. 25.

(Florentie, VIII. Kal. Apr., a. III.)... Cum Brictius prepositus eccl. Agrien. preposituram ipsius eccl. ...oculorum debilitate et senio gravatus sponte... resignare proponat, supplicat (Martino papae V.)... Mathias Weyzkirch de Albaecclesia, quatenus... eandem preposituram..., cuius... proventus... centum et viginti marcarum argenti... valorem annuum non excedunt,... (eidem Mathie Weyzkirch de Albaecclesia... conferre dignetur...)

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 140., fol. 27^{v}. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. nr. 10.656., p. 661-669. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 93., nr. 260.

762 Firenze, 1420. mart. 25.

(Florentie, VIII. Kal. Apr., a. III.) Martinus (papa V.)... Mathie Weyzkirch de Albaecclesia canonico eccl. Agriensi... Nos volentes tibi... gratiam facere specialem, canonicatum et prebendam (Agriensis eccl.)..., quorum... proventus... tredecim marcharum argenti... valorem annuum non excedunt,... apostolica auctoritate tibi conferimus... Quocirca... vobis: Condomiensi et Waciensi episcopis ac... abbati... de Monyorod.. mandamus, quatenus eundem Mathiam... in corporalem possessionem canonicatus et prebende... predictorum... inducatis...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Liber 209., fol. 283^{v}-284^{v}. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. nr. 10.656. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 93., nr. 261.

763 Buda, 1420. apr. 14.

(Bude, VIII. die pasce.) Nos Sigismundus... Hungarie... rex m. c., quod Iosef iudeus, inhabitator civitatis nostre Budensis... exhibuit (nobis) quasdam litteras magistri Iacobi filii Petri Czwdar bani de Olnod patentes, sigillo eiusdem proprio ab intus consignatas..., supplicans nobis, ut series earundem... transscribi et transscriptum sub consignatione sigilli nostri mediocris eidem dari facere dignaremur, quarum tenor is est: (Vide nr. 688. Iacobus filius Petri bani dicti Zwdar 1417. mart. 1.) Nos itaque... supplicationibus ipsius Ioseph iudei... nobis porrectis... exauditis tenorem predictarum litterarum ipsius iudei Iacobi Zwdar... transscribi et transscriptum, in quantum rite forent emanate, eidem Ioseph sub consignatione dicti sigilli nostri mediocris dari fecimus...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. mediocris tergo appressi. Arch. Nat. Hung. (Arch. Mus. Nat. Hung. Coll. Véghely.) Dl. 43.462. - ED.: Magyar-zsidó oklt. I. p. 149.

764 1420. apr. 27.

(V. Kal. Mai.) Sigismundus... Hungarie... rex... universorum not. harum serie declaramus, quod... providi Petrus Lusnyczer et Simon filius Laczk cives oppidi nostri Prewge vocati... exhibuerunt nobis quasdam litteras privilegiales... condam Marie regine... super... libertatibus... pro civibus et hospitibus ipsius oppidi nostri per ipsam... concessis... confectas... supplicantes..., ut easdem... ratas... habendo... innovantes confirmare dignaremur, quarum tenor is est: (Vide nr. 2. Maria regina Hung. 1383. jan. 28.) Nos igitur... supplicationibus ipsorum exauditis..., prescriptas litteras... quoad omnes ipsarum articulos, dempto solummodo (uno)... approbamus..., ac de consensu... domine Barbare regine... prelatorumque et baronum nostrorum consilio... innovantes confirmamus ...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Mathias I. rex Hung. 1486. mart. 30. > Copia simplex saec. XVII-XVIII. Arch. Nat. Hung. Dl. 6982.

765 Viterbo, 1420. apr. 30.

(Ap. Urbem Veterem, II. Kal. May, a. III.) Martinus Papa V. ... magistro Angelo plebano plebis b. Marie de Nouomonte Pestiensi, Vespr. dioc., ... petitio tua... continebat ..., quod... frater noster... Strigoniensis archiepiscopus ecclesiam b. Marie de Nouomonte Pestiensi tunc vacantem... tibi... canonice contulit.... Nos itaque tuis supplicationibus inclinati..., id auctoritate apostolica confirmamus...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Petrus capellanus Martini papae V. eiusque litterarum corrector... 1420. jul. 7. Arch. Nat. Hung. Dl. 43.489.

766 Buda, 1420. maj. 29.

Fr. Petrus fratrum heremitarum s. Pauli primi heremitae ord. b. Augustini prior generalis universique diffinitores capituli generalis anni 1420. magistrum Paulum filium Mathiae de Kowar, regni Hungariae palatini prothonotarium suosque alteriusvis sexus successores in sui ordinis tutelam suscipiunt.

ORIG.: Membr. cum plica et sig. viridi hemispherico de filo sericeo rubri, viridis et violacei coloris pend. Arch. Nat. Hung. (Arch. Mus. Nat. Hung. famil. Rumy.) Dl. 49.759.

Frater Petrus fratrum heremitarum sancti Pauli primi heremite ordinis beati Augustini episcopi et confessoris doctorisque eximii professorum prior generalis universique diffinitores seu vicarii presentis capituli nostri generalis seu anni bissextilis notum facimus universis, quibus expedit tenore presentium significantes, quod nos inter cetera beneficiorum genera innumerorum, quibus nobilis vir, magister Paulus condam Mathie de

Kowar, prothonotarius magnifici viri, domini Nicolai de Gara, palatini regni Hungarie a multis temporibus retroactis ipsum ordinem nostrum in cunctis et singulis causis et causarum articulis indaginem iudiciariam concernentibus fovit, direxit et promovit ad effectum usque perducendo viribus quibus valuit piarum largitate elemosinarum hoc monasterium nostrum beati Laurentii martiris, unius videlicet allodii in possessione Paath dicta habiti, necnon portionis possessionarie in Kenderws simulque sexte partis portionis possessionarie in insula Echegh vocate omniumque pertinentiarum earundem dotavit titulo perennali atque decoravit advertentes, indelebiliterque animo revolventes et revolvi nostris successoribus commendantes sane ad instantem requisitionem eiusdem magistri Pauli fratris nostri unanimi voluntate, parilique consensu annuimus et concessimus, quod inpacati temporis successu ingruente, quod deus avertat, vel quocunque hostili dissidio regnicolarum oboriente prefatus magister Paulus vel sui successores alteriusvis sexus, ad quos portiones sue possessionarie in prefata possessione sua Kenderws et in altera possessione Bew vocata legitime devolvuntur, prout eorum voluntati placuerit, seipsos et iobagiones suos cum universis eorum animalibus ceterisque bonis mobilibus quovis vocabuli nomine vocitatis, ad prefatam insulam Echegh, sepedictum monasterium nostrum beati Laurentii martiris et per consequens antefatum ordinem nostrum de presenti in tertia parte contingentem se transferre valeant, translatique mutuato subsidio et auxilio cum nostris fratribus seu aliis hominibus ad nos spectantibus optate quietis tempus expectaturi, committentes, ymmo auctoritate prelibati nostri capituli generalis precipientes nostris successoribus districte universis et singulis, quatenus huiusmodi nostre annuentie et concessionis et mature deliberationis dispositionem modo et ordine premissis observent et observari faciant perpetuo duraturam. Ad cuius rei evidentiam perpetuamque firmitatem presentes appensione maioris nostri sigilli eisdem duximus concedendas. Datum apud eundem Sanctumlaurentium supra Budam quarto die eiusdem capituli nostri generalis seu festi penthecostes anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo.

767 Buda, 1420. jun. 14.

Sententia diffinitiva in facto non impensae iustitiae contra iudicem et iuratos cives civitatis Posoniensis pro parte Blasii de Gyal, civis Pestiensis a Petro de Berzevicze, tavarnicorum regalium magistro lata.

ORIG.: Non extat. - COPIA SIMPLEX (cum multis mendis descripta): Chart. pap. coaeva sine vestigio sigilli. Arch. Nat. Hung. Dl. 43.472. (Arch. Mus. Nat. Hung.)

Nos Petrus filius Herrici de Berezeuiche tavarnicorum regalium magister et comes comitatus Scepessiensis memorie commendamus, quod Blasius de Gyala, civis civitatis Pesthyensis personaliter iuxta continentiam litterarum nostrarum evocatoriarum, ac iudicis et iuratorum civium de Samaria in Challokuz rescriptionalium in octavis festi epiphaniarum domini[1] in figura nostri iudicii comparendo contra iudicem et iuratos cives civitatis Posoniensis proposuit eomodo, quod alias Mathias gener providi viri Andree Gunther, civis de eodem Posonio sinistro fretus et inductus consilio duos equos suos bonos in hospitio suo tunc in civitate Wyennensi habito existentes et repertos vendidit tam illic deductos ipso omnino inscio et absente, ad dictum suum hospitium cladestine et furtive accedens, pro quadraginta florenis puri auri vendendo pretio cum eodem in dictam civitatem Posoniensem cursu celeri venisset, quem quidem Mathiam illico insequens, dum in eadem civitate Posoniensi repertum per eosdem iudicem et iuratos cives ratione premissorum captivari et detineri fecisset, tunc prefatorum suorum equorum per ipsum Mathiam, ut predicitur, venditorum, pretium, scilicet quadraginta florenorum auri erga eundem Mathiam in eius cromena positi fuissent et habiti, sed ipsi iudex et iurati Posonienses, ipso instanter petente, dictam ipsius Mathie cromenam et pecuniam suam in eadem habitam nequaquam requirere voluissent, nam si requisivissent, tunc pecuniam suam eandem, cromena in eadem reperissent communi iustitia sibi anegata, asserentes, quod ipsi ex lege et consuetudine ipsorum aprobata talem hominem cromenam aut bursam requirere non teneantur et sic ipsum in captivitatem eorum ulterius in terminum iudicum conservandum abduci fecissent, cum tamen ipse ibidem ipso presente coram eisdem iudice et iuratis civibus Posoniensibus dictos equos suos pro dicta pecunia quadraginta florenorum auri Vienne, ut predicitur, vendidisse non abnegando triginta tres florenos auri de eorundem pretio erga se in promtu habere, alios

vero septem eorundem ibidem Vienne quedam mercimonia emisse fassus extitisset manifeste; demum autem post aliquos dies, dum idem Mathias in captivitate in presentia eorum iudicis et iuratorum civium viceversa adductus fuisset, tunc ipse predictos quadraginta florenos auri totaliter exposuisse et ex eo sibi de eisdem ad tunc propter paupertatis sue inopiam se satisfactionem impendere non posse retulisset. Et licet protunc ipse et eius pera auscultatus et requisitus fuerit, tamen nil penitus erga eum repertum extitisset. Ibidem etiam coram dictis iudice et iuratis prefatus Andreas socer dicti Mathie pro eodem ad rationem dicte sue pecunie unum stamen panni Colonicalis sibi dare et solvere spopondisset, sed mutata intentione dedisset minime, neque dare vellet de presenti. Et quia prefati iudex et iurati Posonienses ipsum Mathiam usque premissorum satisfactionem in eadem captivitate et vinculo eorum se conservare velle spopondissent, igitur ipse abhinc discessisset. Postmodum itaque, dum ipse aliquo temporis intervallo elapso occasione premissarum suarum rerum rursus in dictam civitatem Posoniensem accessisset, tunc ipse memoratum Mathiam ibidem liberum et emissum aspiciens et reperiens ex parte ipsius sibi iudicium prebere postulasset. Tunc, quamvis iidem iudex et iurati dictum Mathiam vice iterata propter premissa captivaverint et detinuerint, tamen ipsi ipsius ex parte nullius iuris medelam in premissis sibi postulanti impertiri, nec etiam ad manus suas assignare curassent in preiudicium suum et dampnum valde magnum, - ex parte iudicium habere vellet iure requirente. Quo percepto Arkalpfus pro predictis iudice et iuratis civibus Posoniensibus cum procuratoriis litteris eorundem in nostram exurgens presentiam respondit ex adverso, quod hoc bene verum foret, ut prefatus Blasius annotatum Mathiam ratione premissorum per prefatos iudicem et iuratos Posonienses captivari et detineri fecisset, eundemque Mathiam ipsi iudex et iurati propter sue paupertatis inopiam manibus dicti Blasii adversarii sui tradere et assignare recusassent et serenissimus princeps, dominus noster rex nobis in eo, ut causam partium premissam inter easdem partes iusto iuris tramite, absque omni illegitima prorogatione ulteriori adiudicare et fine debito concludere deberemus, pro parte dicti Blasii, litteris suis mediantibus, firmis dabat in mandatis, pro eo eandem concludere volentes prefatus procurator[a] eorundem iudicis et iuratorum Posoniensium super eo, qua ratione ipsi annotato Blasio ex parte dicti Mathie modo previo detenti super premissis iudicium et iustitiam facere aut manibus eiusdem sui creditoris tradere et assignare non curassent, vel quo iure ipsi ab aliis civitatibus liberis regalibus talibus in causis separati et distincti sint et extant, requisivissemus. Mox, quia idem procurator dictorum civium in eorundem personis id refferebat, ut ipsi iudex et iurati cives ex usu et consuetudine eorum antiqua nunquam aliquem hominem rerum inopia preventum, ex eoque suo creditori super aliquo debito satisfacere non valentem manibus sui adversarii seu creditoris tradere et assignare fuissent assueti et essent de presenti. Quibus sic habitis et perceptis, quia nos absque revisione huiusmodi libertatis dicte civitatis Posoniensis: cur se et qua ratione ipsi ad instar ceterarum civitatum regalium liberarum consimilem libertatem habentium ex parte huiusmodi hominis detenti suo adversario iudicium et iustitiam facere, aut sui creditoris manibus tradere et assignare non teneantur, partes inter easdem in premissis congruens iudicium facere non poteramus, igitur commiseramus, ut prefati iudex et iurati cives Posonienses universas litteras eorum privilegiatas[b] si quas super premissa eorum libertate haberent confectas, in octavis diei medii quadragesime proxime preteritas[2c] coram nobis exhibere deberent et tenerentur, ut hiis visis iudicium facere valeremus inter partes in premissis iure requirente. Quibus quidem octavis diei medii quadragesime occurrentibus Iohannes dictus Chenged, civis de prenotata Pesth, legitimus procurator annotati Blasii actoris cum procuratoriis litteris nostris ab una, parte vero ex alia prefatus Arcalpfus procurator dictorum iudicis et iuratorum Posoniensium nostram venientes in presentiam, dum nos dictas litteras privilegiatas[b] annotatorum iudicis et iuratorum Possoniensium super premissis iuxta nostram iudiciariam commissionem exhibendas postulassemus, mox idem Arcalpfus quasdam litteras dictorum iudicis et iuratorum Posoniensium sub sigillo civitatis eorundem clause confectas nobis curavit exhibere, in quibus, quia idem procurator eorundem nullas litteras privilegiales super iam fata ipsorum libertate confectas fore exprimebat, idem iudex et iurati Posonienses in eo, ut nos ad premissorum sufficientem iustitie ac satisfactionis complementum per ipsos impensionem nostrum hominem ad eorundem expensas instanter precabantur transmittere, pro eo nos, petitionibus dictorum iudicis et iuratorum ex superhabundanti iure acquiescentes, magistrum Thomam notarium nostrum ad premissa videnda et audienda de nostrorum assessorum consilio duximus transmittendum; tandem idem ad nos reversus, presentibus predictis partium procuratoribus, retulit eo modo, quod ipse in festo beati Marti evangeliste proxime preterito[3] ad dictam civitatem Posoniensem

et per consequens in medium sepefatorum iudicis et iuratorum civium Posoniensium, ubi ipsi Andree iudicis personaliter convenissent, accessissent et cum Emericus similiter procurator iam fati Blasii coram eisdem personaliter astans ex parte eorundem iudicis et iuratorum super premissis satisfactionem plenariam coram eodem magistro Thoma impendi postulans expectasset, tunc dicti iudex et iurati Posonienses annotatum Mathiam, generum Andree Gwnther, conspectui dicti magistri Thome presentasset, petens ipsum magistrum Thomam, quatenus ipse annotatum Emericum procuratorem prefati Blasii in eo, utrum ipse ex parte dicti Mathie in persona eiusdem Blasii iudicium habere vellet, an ne, requireret, quem cum idem magister Thomas ad petitiones sepefatorum iudicis et iuratorum requisivisset, mox idem Emericus in persona dicti Blasii nullum iudicium ex parte iam fati Mathie habere velle retulisset, allegans, quod cum dictus Blasius annotatum Mathiam primo per ipsos iure detentum fecisset, tunc nec idem iudex cromenam eiusdem Mathie requirere, neque iidem iurati cives unacum eodem iudice, tandem eundem manibus eiusdem Blasii, ipso Blasio eotunc instanter petente, tradere et assignare voluissent, et ob hoc ipse in persona eiusdem Blasii dumtaxat satisfactionem plenam expectaret. . . [d] facere vellent, preterea hiis habitis et aliis altercationum vocibus inter partes multipliciter factis, annotatus Andreas iudex ipsum Mathiam, presente dicto magistro Thoma, in eo, quot florenos auri tempore prime captivitatis sue coram eisdem iudice et iuratis habuisse fassus fuisset, requisivissent, qui, scilicet Mathias respondisset, quod nonnisi vigintiquinque florenos auri puri apud se habuisset et hoc idem eotunc fassus extitisset. Premissis igitur peractis, quia idem magister Thomas ex obiectionibus partium in alterutrum expressis nullum finem videre valuisset, pro eo ipse totius facti et peracti negotii seriem discussioni et deliberationi iure ad presentes octavas festi beati Georgii martiris[4] prorogasset; ibidem etiam idem iudex et iurati dictum Mathiam ab eorum vinculis, ipso presente et conspiciente, exsolvissent et eliberassent. Tandem eisdem octavis festi beati Georgii martiris instantibus et prefatis partium procuratoribus nostri in presentia personaliter astantibus, ipsisque per nos super premissis iuris equitatem impertiri postulantibus, attentis partium prenotatarum propositionibus, allegationibus, responsionibus, ac dicti magistri Thome fassionibus et relationibus diligenter acceptis, revisis et funditus cribratis, quia nos ex premissis allegationibus procuratorum partium prescriptarum, ac aliis interlocutivis experientissimis assertionibus dictorum procuratorum, annotatorum iudicis et iuratorum, ac dicti magistri Thome in eorum medio auditis et nobis plene expressis dictos Andream Cracher iudicem, necnon iuratos Posonienses tempore previe captivationis dicti Mathie existentes, tam in non requisitione cromene dicti Mathie ad petitionem legitimam annotati Blasii fiendam, quam aliis viis iustitie per ipsos minime impensione in dictis vigintiquinque florenis auri puri coram eodem magistro Thoma, presentibus modernis iudice et iuratis de Posonio consessis, convictos fore adinvenientes commisimus, ut dicti iudex et iurati cives Posonienses de eisdem vigintiquinque florenis auri quintodecimo die adiudicationis nostre premisse a die datarum presentium[5] comparendi hic, videlicet Bude, eidem Blasio plenariam impendere studeant satisfactionem. Eodem etiam die solutionis eundem Mathiam pro parte residua annotatorum quadraginta florenorum auri nostris manibus presentare studeant, ubi, si eundem Mathiam de dictis residuis florenis predictorum plene satisfacere non posse reperimus, extunc ex parte eiusdem ipsi Blasio de Gyaly plenam iustitiam, consuetudine civitatis Budensis dictante, impendemus. Datum Bude, quadragesimo quinto die octavarum festi beati Georgii martiris[6] anno domini millesimo CCCC^{mo} XX^{mo}, consedentibus nobiscum in examine presentis cause providis et honestis viris Iohanne Rasore alias iudice, magistro Nicolao notario, Petro institore, Ponawrar pellifice, Iacobo Longo, Lodouico Zaz, Petro Paldalf, Gaspar Bernard et Michaele de Erd, ac aliis plurimis civibus civitatis Budensis ad premissa specialiter vocatis et rogatis. Datum ut supra.

[1] 1420. jan. 13.
[2] 1420. mart. 20.
[3] 1420. apr. 25.
[4] 1420. maj. 1.
[5] 1420. jun. 28.
[6] 1420. jun. 14.

[a] recte: prefatum procuratorem
[b] recte: privilegiales
[c] recte: preteritis
[d] Hoc loco duo vocabula non sunt legibilia.

768 Varannó, 1420. jun. 24.

(In Varano, in Ioh. bapt.) Nos Iohannes de Rozgon supremus regie maiestatis thezaurarius ac comes de Saros... recognoscimus..., quod circumspecti et providi viri, iudex et iurati cives civitatis Cassa de censibus tam anni preteriti, quam anni presentis viro provido magistro Petro architectori regie maiestatis suo annuo pro salario et commissione domini nostri regis CC fl. auri puri porrexerunt... Igitur nos eosdem... expeditos fore committimus presentium... testimonio mediante...

ORIG.: Chart. pap. cum sig. impresso. Arch. civit. Cassoviensis Lit. nr. 135. - ED.: Kemény: Tört. Tár. 1895. p. 205.

769 Viterbo, 1420. jul. 7.

(Ap. Urbem Veterem, Nonis July, a. III.) Omnibus presentes litteras inspecturis ... magister Petrus (Martini pape) subdiaconus et capellanus ciusque litterarum corrector, a[rchidiaconus] Panormitanus, ac locum auditoris contradictarum absentis (de Martini papae) speciali mandato tenens... Noveritis, (quod) cum Jacobus dictus Lupus et Redica de Florentia procuratores... Angeli plebani plebis b. Marie de Nouomonte Pestiensi, Vespr. dioc., pro ipso impetrarent litteras apostolicas sub hac forma: (Vide nr. 765. Martinus papa V. 1420. apr. 30.). Eisdem litteris Nicolaus Waldini, procurator... priorisse et conventus monasterii s. Marie de Insula Danuby prope Budam... sub cura ord. fratrum predicatorum viventium, pro ipsis in audientia publica contradictarum... ea conditione absolvit, quod super litibus motis inter prefatum plebanum ex parte una et priorissam [ex parte alte]ra nullum eisdem priorisse et conventui per predictas litteras apostolicas preiudicium generetur...

ORIG.: Membr. manca et sig. iam carens. In tergo Cautio contra plebanum Budensem adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 43.489. (Sign. ant.: Arch. Mus. Nat. Hung.)

770 1420. jul. 11.

(In Translat. Benedicti.) Nos Conventus s. Egidii de Simigio m. comm., quod Demetrius litteratus civis de Pesth in personis rel. dominarum sanctim. claustri b. Virg. de Insula leporum... Brictium prepositum et canonicos eccl. b. Nicolai conf. de Alba a reambulatione possessionis Echy vocate in comit. Simigiensi existentis, usuumque... eiusdem perceptione... vel usurpatione factis vel fiendis prohibuit... coram nobis...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.952.

771 1420. jul. 22.

(In Mariemagd.) Nos capitulum ecclesie Budensis m. comm. t. pr. signif. quibus exp. univ., quod Iacobus litteratus civis civitatis Budensis ac provida domina Clara... consors eiusdem... in (personis) ipsorum et Iohannis filii eorum (cum onere)... confessi extitissent..., quod ipsi... quoddam molendinum in fluvio Calidarum aquarum superiorum a parte Danuby habitum religiosis dominabus sanctimonialibus claustri b. virginis de Veteribuda pro quadringentis fl. novorum denariorum (cum exp. caut.)... pignori obligassent tali modo: ut quocunque temporis in eventu prefati Iacobus et domina consors ac Iohannes filius et ipsorum heredes dictum molendinum... redimere vellent, extunc sepefate domine, rehabitis dictis quadringentis fl. promptis in denariis, omni estimatione exclusa, ipsum molendinum absque omni littigionario processu remittere... tenerentur, feudum vero, vidl. tres garletas frugum de dicto molendino castro Veterisbudensi provenire debentes dicte domine... solvere teneantur;... In casu autem, ubi (ipsas) conservare et expedire nollent aut non possent, extunc sepefate domine vigore presentium litterarum nostrarum in dominium aliorum bonorum ipsorum ubilibet existentium intra ambitum regni habitarum pro

dictis quadringentis fl. intrandi... ac tamdiu conservandi, quousque de dictis fl. plena satisfactio impenderetur, haberent facultatem...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 10. 956. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 21., N. 21.)

772 Praha, 1420. jul. 22.

(In descensu nostro campestri cis Pragam, in f. Marie Magd.) Nos Sigismundus... Romanorum... ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie... rex m. comm. pr. t. signific. quibus exp. univ.: Quod... providi Johannes dictus Aldoth et Nicolaus dictus Harchas, carnifices civitatis nostre Budensis, ... in ipsorum ac ceterorum carnificum eiusdem civitatis... ad macellum Teutunicorum spectantium, consociorum... sew confraternitatis eorum personis nostre declarare studuerunt maiestati, quod licet ipsi ab antiquo, puta a tempore... Lodouici regis Hung.... tali libertatis prerogativa per ipsum... regem ipsis ...concessa, ut videlicet ipsi pisces tam magnos, quam parvos cuiuscunque generis existant, iuxta limitationem... prescripte libertatis eorum veluti alii mercatores sew venditores piscium in eadem... civitate, in foris et locis ad id aptis et consuetis emissent et venditioni exponi liberi fuissent..., tamen nunc quidam venditores sew mercatores piscium, cohabitatores civitatis nostre Budensis, a nostra maiestate talem pro seipsis impetrassent gratie prerogativam, ut non predicti carnifices, sed ipsi dumtaxat pisces magnos scil. et parvos emere et venditioni exponere possent, - vigore cuius quidem gratie nunc ipsi carnifices, simulcum consocietate eorum ab emptione et venditione piscium... penitus destituti forent... in ipsorum antique libertatis preiudicium... non modicum, supplicantes ...culmini nostro regio... ipsis per nostram celsitudinem de remedio provideri opportuno. Et quia nos neminem regnicolarum sew civium nostrorum suis antiquis libertatum prerogativis privari, quin potius ipsos in eisdem illibate volumus facere conservari, annuimus et presentibus id... concedimus, ut si et in quantum prefati carnifices nostri simulcum tota consocietate sew confraternitate eorum predictos pisces ex eorum libertate antiqua... per... Lodouicum regem ipsis concessa emere et venditioni exponere liberi fuerint, extunc a modo in antea et deinceps, non obstante premissa alia gratia..., quam, ut asseritur, prefatis mercatoribus sew venditoribus piscium pridem contulissemus, annotati carnifices cum tota eorum consocietate sew confraternitate prescriptos pisces, tam magnos quam parvos cuiuscunque generis existant, iuxta prescripte antique libertatis eorum limitationem et consuetudinem ita, veluti alii mercatores, emptores vidl. et venditores piscium predictorum emendi, mercandi et venditioni exponendi in locis et foris ad id aptis et necessariis liberam... habeant facultatem. Quocirca vobis... iudici et iuratis civibus... nostre civitatis Budensis nunc constitutis et in futurum constituendis... precipimus..., quatenus prefatos carnifices simulcum tota eorum consocietate sew confraternitate, si et in quantum ex libertate eorum preallegata, prehabito prius per vos superinde utrum huiusmodi libertas ipsis carnificibus data fuerit an ne, scrutinio diligenti ipsos pisces semper et ab antiquo emisse et vendididisse agnoveritis, extunc eosdem ab emptione, mercantia et venditione eorundem piscium nullatenus prohibere, neque per alios prohiberi presumatis, quampotius tam ipsos carnifices, quam predictos mercatores sew venditores piscium in prescriptis eorum libertatibus illibate conservare debeatis, nec ipsos ultra et contra formam earundem libertatum ipsorum quomodolibet compellere presumatis... secus facere non ausuri in premissis...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: a) Sigismundus rex Hung. 1420. nov. 26. > Wladislaus II. rex Hung. 1514. aug. 5.; b) Wladislaus rex Hung. 1514. aug. 5. Arch. civitatis Budapest. Mohács előtti gyüjt. Coll. a. Mohácsiána nr. 9. - VERSIO Hung.: Bevilaqua Borsody: Budai és pesti mészáros céhek I. p. 31-34. - REG. Hung.: Id., ibid. p. 31. - COMM.: id., ibid. p. 34.

773 1420. jul. 25.

(In f. Jacobi.) Nos capitulum eccl. Budensis m. comm., quod Nicolaus fil. Johannis de Lyndua... in omnibus causis suis... tam per ipsum contra alios, quam per alios contra ipsum in quibuslibet terminis, coram quovis iudice et iustitiario regni, ecclesiastico vidl. et seculari a data presentium per anni circulum motis vel movendis Mathiam litteratum de Fewagh, Egidium de eadem, Michaelem de Zenthlazlow, Johannem de Buda, alterum Johannem de Zeplech, Stephanum de Kopach, Johannem parvum de Domby, Stephanum dictum Horwath, Blassium de Baza et Johannem litteratum de Themerdekeghaz... constituit ... suos... legitimos procuratores...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. parvi tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.960. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 1548. No. 44.)

774 1420. sept. 8.

(In nat. virg.) Nos capitulum eccl. Budensis m. comm. ...., quod Petrus filius Blasii de Felkezew[a]... in sua ac nob. domine Elene consortis..., necnon Vdalrici et Georgii filiorum suorum in personis (cum onere)... confessus extitit:... quod ipsi... medietatem portionis eorum... in poss. Kysyenew. in comitatu Pilisiensi existentis, alias apud manus Mathie aurifabri inhabitatoris Budensis impignorative habitam, nunc de manibus eiusdem redemptam... cum omnibus eiusdem utilitatibus,... signanter domo et curia per ... Mathiam aurifabrum... in Kysyenew constructis Georgio dicto Byro [et domi]ne Elisabeth consorti ac Katherine filie eiusdem pro viginti florenis puri auri... (cum exp. caut.) [impig]noravit...

ORIG.: Membr. in parte lacerata cum loco sig. tergo impressi. Arch. capit. Vesprim. publ. Instr. regnicol.famil. nr. 153., in caps. sub lit. K. - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 146., nr. 589.

[a] ffelkezew orig.

775 1420. nov. 18.

Magistratus civitatis Veterisbudensis causam inter dominas sanctimoniales claustri b. Mariae virg. de eadem Veteribuda et magistrum Jacobum litteratum concivem ac dominam Claram consortem suam in facto cuiusdam domus lapideae in dicta civitate existentis - ventillam unacum civibus assessoribus discutiendo memoratam domum prefatis magistro Jacobo et dominae Clarae perpetuo possidendam adiudicat.

ORIG.: Membr. cum sig. de filo sericeo rubri et viridis col. pend. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.999. (Sign. ant.: V. Bud. Monial. Fasc. 19. No. 14.)

Nos Nycus iudex de Veteribuda, necnon Petrus filius Iohannis dictus de Telky, Michael dictus Twrke ac magister Martinus pellifex iurati cives de eadem Veteribuda memorie commendantes tenore presentium significamus quibus expedit universis, quod nos feria secunda proxima post festum beatorum Philippi et Iacobi apostolorum proxime preteritum in sede nostra iudiciaria causantes iusto iuris tramite discutientes audientes consedissemus, tunc Andreas litteratus officialis et procurator religiosarum dominarum sanctimonialium claustri beate Marie virginis de dicta Veteribuda in personis earundem in facto cuiusdam domus seu pallacii cum curia in prescripta civitate existentis contra providum virum magistrum Iacobum litteratum et concivem nostrum ac dominam Claram consortem eiusdem causam movisset in personis earundem religiosarum dominarum taliter respondisset, ut eedem religiose domine audissent et percepissent, quomodo predictus magister Iacobus litteratus et domina Clara consors sua dictam domum lapideam ad ipsum claustrum pertinentem impignorare vel vendere aut alienare iudeis vel aliis quibusvis vellent et niterentur. Cum tamen super ipsa domo lapidea dicte religiose domine sanctimoniales litteras efficaces

vel testamentarias haberent sufficientes. Quo audito prefatus magister Iacobus litteratus personaliter ac pro dicta domina Clara consorte eiusdem Paulus dictus Zarka in personis eorundem Iacobi litterati et domine contra predictum Andream litteratum procuratorem dictarum religiosarum dominarum respondit ex adverso, quod predicta domus lapidea semper et ab antiquo dicto magistro Iacobo litterato et domine Clare et successoribus eorundem pertinuisset et nunc pertinet; et si religiose domine sanctimoniales aliquas litteras vel munimenta haberent, coram nobis, in termino ulteriori, dictus Paulus Zarka tamquam procurator petivit exhiberi. Unde nos perceptis ambarum partium procuratorum allegationibus iudicantes commisimus eo modo, ut prescripte religiose domine sanctimoniales in proximo termino protunc affuturo litteras quascunque in facto dicte domus haberent, per procuratores ipsarum exhibere deberent et tenerentur. Tandem ipso futuro termino adveniente predictus Andreas litteratus procurator dictarum religiosarum dominarum in personis ipsarum similiter coram nobis taliter respondit, quod verum foret, ut dicte domine sanctimoniales super predicta domo lapidea litteras haberent efficaces, non nunc, sed in termino ulteriori exhiberi facerent. Et quia nos visis et consideratis petitionem dicti Andree litterati in personis dictarum dominarum sanctimonialium fore iustam, ac dicto Paulo Zarka similiter procuratore dictorum Iacobi litterati et domine personaliter ibi adherente commisimus, ut in secundo termino proxime protunc affuturo prenotate domine sanctimoniales litteras earum exhiberi facere deberent et tenentur. Adveniente autem secundo termino dictus Paulus Zarka procurator predictorum magistri Iacobi litterati et domine coram nobis similiter in sede nostra astanti ex parte dictarum religiosarum dominarum sanctimonialium super facto domus lapidee litteras ipsarum, si que haberent, per procuratorem ipsarum exhiberi assumptas exhiberi facere postulavit. Ipso etiam termino veniente dictus Andreas litteratus procurator dictarum dominarum sanctimonialium non venit, neque misit, nec dictas litteras, si quas habuissent, exhiberi facere noluerint. Unde nos unanimiter tractantes commisimus, ut adhuc in tertio termino proxime pro tunc affuturo similiter dictas litteras, si quas haberent, per procuratorem earundem religiosarum dominarum exhiberi facerent et tenerentur. Mox ipso tertio termino occurrente similiter in sede nostra iudiciaria predictus Paulus dictus Zarka procurator dictorum magistri Iacobi litterati et domine coram nobis astante ex parte prescriptarum religiosarum dominarum sanctimonialium super facto predicte domus lapidee iudicium et iustitiam per nos petivit impertiri. Et nos visis et consideratis adhuc neminem in personis dictarum dominarum sanctimonialium coram nobis adherente, nec litteras, si quas haberent, protunc coram nobis exhiberi facere noluissent et non curassent. Et quia nos unicuique iustitiam impendi facere tenemur et volumus, nos unanimiter cum iuratis et ceteris assessoribus nostris unum terminum exsuperhabundantem et superfluum protunc affuturum taliter committentes et assignavimus, ut si predicte religiose domine sanctimoniales dictas litteras earum per sepedictum Andream litteratum et procuratorem ipsarum exhiberi facere assumptas non exhiberent, tunc nos parti querulanti et iustitiam expectanti iudicium et iustitiam faceremus in premissis, ut tenemur. Adhuc ipso termino superfluo adveniente, neque procuratores dictarum religiosarum dominarum sanctimonialium, neque aliqua litteralia instrumenta assumpta exhibuerint, neque in personis earundem dominarum contra sepedictum magistrum Iacobum litteratum et dominam consortem ac eorum heredes in facto altercationis sepedicte domus lapidee responderunt, ymmo nemine protunc in sede nostra iudiciaria ex parte dictarum dominarum sanctimonialium venerunt vel miserunt, sed seipsas in ammissione dominii dicte domus lapidee convinci et aggravari permiserunt; pro eo nos unacum predictis civibus et assessoribus nostris nobiscum tribunal iudiciale consedentibus prememoratam domum lapideam simulcum curia ac cunctis eiusdem utilitatibus predictis magistro Iacobo litterato ac domine Clare consorti eorundemque heredibus adiudicavimus et commisimus iure perpetuo tenere, possidere pariter et habere, predictis religiosis dominabus sanctimonialibus perpetuum silentium imponentes, universas autem litteras earundem, si quas in facto dicte domus haberent, vanas, cassas, frivolas ac exhibitoribus nocituras committendo. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes litteras nostras privilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas eisdem magistro Iacobo litterato et domine Clare consorti sue uberiorem ad cautelam duximus concedendas. Datum feria secunda proxima post festum beati Martini confessoris, anno domini M^{mo} quadringentesimo vigesimo.

776 Buda, 1420. nov. 25.

(Bude, in Katherine.) Nos Sigismundus... Hungarie... rex m. comm., quod Stephanus filius Petri de Fyzesd (cum onere) Michaelis fratris sui uterini... coram nobis... confessus extitit..., quod ipsi... nobili domine relicte magistri Ladislai dicti Thythews de Bathmonostora et filiis eiusdem quinquaginta fl. novis... debitorie teneretur, quos... octavo die festi b. Georgii martiris[1]... coram comite Petro de Peren, iudice curie nostre maiestatis... absque decima et nona partibus eisdem... solvere assumpsisset... nostro in conspectu tali vinculo mediante: quod ubi ipse termino et loco in predictis prescriptos fl. quinquaginta... domine et filiis eiusdem... solvere nollet... aut... non posset, extunc adversus eosdem dominam et filios ipsius in quinquaginta marcis denariorum, salva iudicis portione, ante litis ingressum deponendis, insuperque in pena violationis sue fidei convinceretur... eo facto; elapsoque ipso termino, prefatus comes Petrus de Peren, aut iudex et iurati cives civitatis Budensis antelatos quinquaginta fl. novos et... quinquaginta marcas denariorum de rebus et bonis suis ubique repertis extorquendi et... eisdem domine et filiis eiusdem... omnimodam impendendi satisfactionem... haberent facultatem, hoc specialiter declarato, quod ubi protunc res et bona sua ad solutionem premissam effectivam non reperirentur, extunc comes vel vicecomes comitatus de Baranya portiones suas in dicta Fyzesd habitas occupandi, domineque et filiis ipsius... statuendi, iidem etiam domina et filii sui easdem tamdiu, donec ipsis de antelatis quinquaginta fl. et quinquaginta marcis denariorum... satisfactio impenderetur... possidendi haberent facultatem..., ad que idem Stephanus se et... Michaelem fratrem suum (cum exp. caut.)... obligavit coram nobis...

ORIG.: Chart. pap. cum sig. mediocri tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 79. 647. (Arch. famil. Zichy.) - ED.: Zichy: VI. p. 637-638.

[1] 1420. maj. 1.

777 1420. nov. 26.

(VI. Kal. Dec.) Sigismundus... Romanorum... ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Gallitie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque rex ac marchio Brandenburgensis et Lucemburgensis heres... ad univ... not. h. ser. volumus pervenire: Quod providi viri, Johannes Aldoth et Nicolaus Harchas dicti carnifices civitatis nostre Budensis... suis ac ceterorum carnificum,... macellorum utputa Theutunicalium, consociorum vidl. eorum in personis exhibuerunt nobis litteras nostras... patenter confectas, quibus mediantibus serenitas nostra eis id, ut ipsi cum tota eorum consocietate pisces tam magnos quam parvos cuiuscunque generis iuxta antique eorum libertatis limitationem et consuetudinem, qua se ab olim usi fuisse coram nobis asseruissent, veluti alii mercatores vidl. et venditores piscium... emendi, mercandi, vendendi et exponendi in locis et foris ad id aptis et necessariis liberam et securam haberent facultatem, modo... in tenore ipsarum litterarum nostrarum latius explicato... prebuisse dinoscitur...; supplicantes exinde iidem Johannes et Nicolaus... maiestati nostre..., ut easdem nostras litteras ratas... habendo nostrisque litteris privilegialibus... inseri... faciendo pro ipsis perpetuo valituras dignaremur confirmare, quarum... tenor talis est: (Vide nr. 771. Sigismundus rex Hung. 1420. jul. 22.) Nos igitur... supplicationibus prefatorum Johannis et Nicolai carnificum nostre per ipsos et... consociorum eorum nominibus... oblatis maiestati... exauditis ..., prefatas nostras litteras... presentibus de verbo ad verbum... insertas... quod omnes earum continentias, clausulas et articulos acceptamus, approbamus et ratificamus, eorundemque carnificum requirentibus fidelitatibus simulcum premissa annuentia et concessione libertatis prenotate, in quantum vidl. ipsi carnifices easdem ab antiquo, a tempore vidl.... Lodouici regis ex eiusdem concessione hactenus usi fuerint, ut premittitur et potiti, mera auctoritate regia et potestatis plenitudine, ac ex certa scientia nostre maiestatis, de prelatorumque et baronum nostrorum consilio ac uniformi eorundem decreto pro annotatis carnificibus dictorum macellorum Tewtunicalium... civitatis nostre Budensis in perpetuum valituras confirmamus presentis scripti nostri patrocinio mediante, salvo iure alieno...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Sigismundus rex Hung. 1420. nov. 26. > Wladislaus II. rex Hung. 1514. aug. 5. Arch. civitatis Budapest. Mohács e. gyüjt. (Coll. a. Mohácsiana) nr. 9. - VERSIO Hung.: Bevilaqua Borsody: Budai és pesti mészáros céhek p. 34-36. - REG.: Id., ibid. p. 34. - COMM.: Id., ibid. p. 36-37.

778 Visegrád, 1420. dec. 22.

(II. Thome ap.) Sigismundus... Hung... rex... Claustr(o)... b. Marie virg. de Ins. lep.... Quia nos... fisco nostro regio providere debentes per... Onofrium camerarum nostrarum Bu(densium) exactionem tricesime absque tributo in civitatibus nostris Budensi et Pestiensi... Ideo fidelitati vestre... mandamus, quatenus... tributum... in nostris Budensi et Pestiensi (civitatibus) pro nobis exigi solitum (Onofrio camerarum nostrarum Budensium) anno in presenti... in arendam dare... debeatis... Nichilominus... committimus..., ut ipse de predicti tributi... indilatam satisfactionem impendere teneatur...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. maioris simpl. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 25.904.

779 1420.

Katherina relicta Johannis filii Stephani de Csek-i domum suam in Castro Budensi habitam claustro b. Mariae virg. de Chatka donat.

ORIG.: Desideratur. - REG.: Documenta artis Paulinorum I. p. 50.

780 1420-1423.[1]

Fernandus... ep. Lucensis, apost. sedis nuntius[2] honorabili viro[3]... Pridem pro parte dilecte nobis in Christo Elizabeth sartoris providi viri Nicolai iudicis Veteris Budensis, Vespr. dioc., nobis expositum fuerit cum querela, quod licet quidam N. cum eadem puella matrimonium... iuramento firmato contraxerit, et nunc, pluribus annis... elapsis, ipsa puella pro huiusmodi matrimonio consummando ipsum expectaverit et ad presens expectat, nichilominus idem N...., subterfugia querens... se ab eadem absentans, huiusmodi matrimonium... renuit consummare; propter quod nobis... extitit supplicatum, quatenus... super hiis... de... iuris remedio providere dignaremur. Nos vero... vobis universis..., qui presentibus requisiti fueritis, mandamus, quatenus eundem N. ex parte nostra... peremptorie monere curetis..., ut infra novem dierum spatium post vestram monitionem cum eadem huiusmodi matrimonium... curet consummare, aut veniat et compareat... coram nobis causam rationabilem,... cur ad hoc non teneretur, ostensurus...; alioquin... postlapso... vestre monitionis termino, eundem excommunicationis vinculo... innodetis...

ORIG.: Non extat. - COPIA SIMPL.: In "Libro formulari Cracowiensi". - REG.: Mon. Rom. Vespr. III. p. 37-38.

[1] Vide inferius in REG.
[2] Vide ap. Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 122., nr. 454.
[3] Cuius nomen ignoratur.

781 1421. febr. 3.

Philippus dictus Armicar castellanus castri Veterisbudensis religiosas dominas sanctimoniales claustri b. Mariae virg. de dicta Veteribuda tres garletas tritici ratione conservationis cuiusdam molendini super Aquas calidas superiores penes Danubium habiti pro castellanis praedicti castri solvisse testatur.

ORIG.: Chart. pap. cum sig. annulari flavei col. sub textu impresso. Arch. Nat. Hung. Dl. 11.030. (Sign. ant. V. Buden. Monial. Fasc. 21. No. 22.)

Nota, quod ego Philippus dictus Armicar, castellanus castri Veteris Budensis fateor, quod religiose domine sanctimoniales claustri beate Marie virginis gloriose de eadem Vetery Buda ratione conservationis quoddam molendinum[a] super superiores aquas qualidas[b] penes Danobium[c] pro tribus garletis bladi seu tritici, pro feudo seu censu pro castellanis dicti castri annuatim dare et solvere tenentur, easdem tres garletas bladi seu tritici michi solverunt plene et integre, super quibus ipsas dominas testimonio presentium litterarum mearum commisi et reddidi expeditas et satisfactas. Datum secundo die post festum purificationis beate Marie virginis gloriose, anno domini M^mo quadringentesimo vigesimo primo.

[a] recte: cuiusdam molendini
[b] recte: Calidas
[c] recte: Danubium

782 Buda, 1421. febr. 19.

(Bude, XXXVIII. die oct. epiph.) Nos Nicolaus de Gara regni Hungarie palat. et iudex Comanorum damus pro m., quod causam, quam dominus noster Sigismundus rex, pro quo Georgius de Rwsynth... astitit contra religiosas dominas sanctimoniales de Insula leporum, pro qua[a] Petrus Iako... comparuit, iuxta continentiam litterarum nostrarum priorum super facto contradictionis statutionis Vybech, in comitatu Pestyensi existentis, in oct. epip. domini[1] movere habebat coram nobis, propter absentiam baronum ad octavas festi b. Georgii martiris[2]... duximus prorogandam...

In dorso: Pro religiosis dominabus sanctimonialibus de Insula leporum contra dominum Sigismundum regem ad octavas festi b. Georgii. Prorogatoria.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. minoris, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 11. 032. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 48. No. 24.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 146., nr. 590.

[a] recte: quibus
[1] 1421. jan. 13.
[2] 1421. maj. 1.

783 Roma, 1421. febr. 23.

(Rome, ap. s. Petrum, XV. Kal. Apr., a. IV.)... Vacante prepositura eccl. b. Petri de Veteribuda, dioc. Vespr., per mortem quondam Lamperti..., ad quam Sigismundus Romanorum ac Hungarie rex tamquam patronus illius... Johannem... Michaelis de Zaaz, dioc. Quinqueccl., sum cancellarium nominavit... et... vicario... eccl. Strigon. metropolitice sede ipsius vacante per capitulum electo presentavit...; dubitat autem dictus Johannes... collationem viribus non subsistere. Ideo supplicat idem Johannes... Martino (papa V.), quatenus presentationem (istam)... ratam habendo... de dicta prepositura..., cuius fructus... trecentos fl. auri... valorem annuum non excedunt, ... eidem... dignetur providere de novo - non obstante, quod canonicatum et prebendam eccl. Quinqueccl. ac capellam de Aurata b. Marie virg. castri Quinqueeccl. sine cura, quorum omnium fructus ... septuaginta fl. auri... valorem annuum non excedunt - obtineat...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 147., fol. 82^v-83. - ED.: Mon. Rom. Vespr. III. p. 27. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civit. Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. Dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. 10.656. I. fol. 863-865. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 104-105., nr. 338. - Vide et: Reg. Datariae, Liber 214. fol. 245-246. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civit. Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. Dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. 10.656. I. fol. 866-877. ED.: Lukcsics: mixtim cum Suppl.

784 Buda, 1421. mart. 4.

Petrus de Berzevicze tavarn. regal. magister causam inter magistratum Montis Rosenberg et hospites et populos suburbii eiusdem civitatis in facto tabernarum conservationis, hospitum susceptionis et forizationis exortam diiudicat.

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Sigismundus rex Hungariae 1423. jul. 23. Arch. Nat. Hung. Phototheca, Liptói muzeum nr. 35.169.) - REG.: Századok 43(1909)p.874. l.

Nos Petrus filius Herrici de Brezewycze thauarnicorum regalium magister, necnon de Scepus et Lyptow comitatuum comes memorie commendantes tenore presentium significamus quibus expedit universis, quod cum nos receptis litteris serenissimi principis domini Sigismundi dei gratia Romanorum regis semper augusti ac Hungarie Bohemieque etc(etera) regis domini nostri gratiosissimi, in quibus nobis firmis suis dedit in mandatis, quatenus causam inter iudicem iuratosque cives montis Rosenberg ab una, ex altera vero partibus hospitum et populorum de sub monte eiusdem civitatis Rosenberg de et super tabernarum conservatione, hospitum susceptione et collectione, necnon ibidem sub monte forizatione per ipsos hospites sub monte fienda dudum motam et suscitatam, visis prius ipsarum partium iuribus et litteralibus instrumentis, si que partes premisse pro se confecta et edita haberent, iudiciarie ordinare et concludere debemus. Nos itaque volentes regiis preceptis, prout tenemur, fideliter obedire, unacum iudicibus iuratisque civibus civitatum regalium, videlicet Budensi, Pestiensi, Tirnauiensi, Strigoniensi et aliarum civitatum iudicibus per nos illac convocatis et presentibus nobiscum feria tertia proxima post dominicam Letare in predicta civitate Budensi pro faciendo moderativo unicuique querulanti iudicio pro tribunali sedentibus, solum deum et eius iustitiam pre oculis habendo, visis et ruminatis utrarumque partium iuribus et instrumentis, de consilio et unanimi voluntate eorundem nostrorum assessorum nobis consedentium inter partes premissas talem fecimus ordinationem et dispositionem: quod usque adventum predicti domini nostri regis huc ad regnum suum Hungarie deo duce fiendum prefati cives et hospites sub monte commorantes hospites colligere et suscipere valeant, sed tabernam penitus nullam possint conservare, neque aliquem potum, sit vinum vel cereuisia aut alicuius alterius generis liquor - propinare et victualia, que causa fori afferentur, non debeant emere, nisi in loco fori. Datum loco et termino prenotatis, anno domini millesimo quadringentesimo vicesimo primo.

785 Roma, 1421. mart. 11.

(Rome ap. s. Petrum, V. Id. Mart., a. IV.) Martinus (papa V.) et(cetera) dilecto filio Benedicto Schaffer de Peesth et dilecte in Christo filie Helene eius uxori Strigoniensis dioc. salutem et(cetera). Provenit et(cetera). Et insuper et(cetera). (Concessio de remissione plena[1].)

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Liber 237., fol. 202. PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budepestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. nr. 10.656. I. p. 957. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 108., nr. 361.

[1] Vide Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 32.

786 1421. mart. 25.

(Litterae) capituli Budensis ...f. tertia...p. f. pasche...anno... mill. quadringent. vigesimo primo confe(te)[1]...declarasse(n)t: Quod Sigismundus dictus Herthel civis civitatis Budensis coram prefato capitulo...confessus fuisset, quomodo ipse quandam portionem possessionariam in possessione Gewmrew, in com. Pestiensi **existentem**...de **Mathia** filio Mathie de eadem Gewmrev pretio perpetue emptam et habendam, consideransque idem Sigismundus fidelia servitia Petri filii Johannis de eadem Gewemrew, prescriptam portionem possessionariam eidem Petro remisisset et resignasset...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: a) Capit. eccl. Buden. 1440 maj. 1. > Praelati et barones, nob. et proceres regni Hung. 1446. nov. 18. > Ladislaus V. rex Hung. 1453. febr. 7. Arch. Nat. Hung. Dl. 14.591. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 456. No. 15.); b) Capit. eccl. Buden. 1440. maj. 1. > Praelati etc. 1446. nov. 18. > Ladislaus V. rex Hung. 1453. febr. 7. > Mathias I. rex Hung. 1464. apr. 11. Arch. Nat. Hung. Dl. 14.592. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 522. No. 47.)

[1] 1421. mart. 25.

787 Olomouc, (1421. apr. 22.[1])

(In civitate nostra Olomucensi, f. III. a. Georgii.) Sigismundus... rex (Hungarie)... cunctis... regni nostri iudicibus et iustitiariis ecclesiasticis vidl. et secularibus... Dicitur nobis in persona nobilis domine Katherine consortis Andree de Chap, quod licet ipsa Iohannem et Nicolaum de Chew super facto cuiusdam castelli iuxta possessionem Dyod vocatam constructi per ipsam dominam precio...[2]per formam iuris terminos iuridicos compleverit, tamen vos... sententiam difinitivam pro parte ipsius Katherine domine... [ferre recusassetis]... Et quia nos iuribus prefate Katherine in hac parte minime derogari volumus, igitur fidelitati (vestre... mandamus, quatenus)... pro parte dicte Katherine contra antefatos Johannem et Nicolaum de Chew iuxta... regni nostri Hungarie consuetudinem [litteras sententionales emanari facere debeatis...]

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Nicolaus de Gara regni Hung. palatinus 1422. p. jan. 6. Arch. Nat. Hung. (Arch. famil. Batthyány de Körmend.) Dl. 103.489.

[1] Annus 1421 ex litteris Nicolai de Gara regni Hung. palatini 1422. p. jan. 6. emanatis erui potest.
[2] Ex litteris transcriptionalibus valde laceris vocabula deperdita numerari nequeunt.

788 Buda, 1421. c. maj. 11.[1]

Litterae indulgentiales ord. s. Pauli primi eremitae supra Budam fundati pro Nicolao de Modor et sua coniuge datae.

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. flav. col. sub textu impressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 95.333. (Arch. famil Ocskay.)

Frater Petrus fratrum heremitarum sancti Pauli primi heremite ordinis beati Augustini episcopi doctorisque eximii prior generalis vobis provido viro et honesto Nicolao de Modor dicto in Christo nobis benemerito salutem in omnium salvatore. Devotionem vestram laudabilem et affectum celibem, quem ad nostrum ordinem geritis specialem, prout ex fratrum nostrorum relatione percepimus gratanter acceptantes, Christoque non inmerito acceptabilem fore credentes vicissitudinem cupientes vobis rependere salutarem, vos unacum honesta domina coniuge vestra carissima in confraternitatem nostri ordinis predicti ad universa et singula religionis nostre suffragia in vita recipimus pariter et in morte plenam omnium missarum, orationum, vigiliarum, ieiuniorum, abstinentiarum ac ceterorum bonorum operum, que gratia dei aspirante per fratres nostros universos et singulos, qui in nostro sunt ordine ad presens vel de cetero fuerint in futurum participationem concedimus specialem testimonio presentium mediante. Datum apud domum nostram cenobialem de sancto Laurentio supra Budam sitam, in capitulo nostro generali, anno domini millesimo quadringentesimo primo.

[1] Capitulum generale huius claustri annuatim in f. penthec. celebrari solitum hoc anno in diem 11. maj. cadit.

789 Buda, 1421. jun. 21.

(Bude, f. VI. a. Ioh. bapt.) Nos Sigismundus...Hungarie...rex m. comm., quod Artalphus de Chewfalwa in personis providorum...iudicis et iuratorum civium civitatis nostre Posoniensis...nobis per modum protestationis significare curavit, quod quamquam dicti iudex et iurati cives in quadam causa inter ipsos ab una, parte vero ex altera Blasium Gÿalÿ, inhabitatorem civitatis nostre Pestiensis in facto cuiusdam debitorie solutionis pro parte cuiusdam Mathie alias inhabitatoris...civit. Posoniensis in presentia mag. Francisci Bernardi vicetavarnicorum nostrorum magistri vertente eundem mag. Franciscum iudice habendo pro suspecto, ipsam causam vigore aliarum litterarum nostrarum exinde confectarum deliberationi et examini nostre maiestatis vel magnifici viri Petri filii Herrici tavarnicorum nostrorum magistri per eundem transmitti postulaverunt,...tamen mag. Franciscus favore prefati Blasii allectus, prefatas quoque litteras nostras minime advertens, dictam causam nostro ac magistri tavarnicorum nostrorum...deliberationi et discussioni minime transmittere curasset, sed ipsam causam contra dictos iudicem et iuratos sententionaliter adiudicando finivisset, cui...sententie dictus Artalphus...contradicendo..., cum sua adiudicata serie similiter mediantibus aliis litteris nostris, prout in talibus fieri solitum fuisset, vice secundaria...nostre maiestatis ac...magistri tavarnicorum...examini et deliberationi per eundem...transmitti postulasset, quod idem Franciscus minime facere voluisset...iustitiam sibi in hac parte...abnegando...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig secr. tergo appressi. Arch. Civit. Poson. (Bratislava.) Chart. nr. 790. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - REG.: Inventár p. 734. (Slavice.)

790 Buda, 1421. jun. 28.

Barbara relicta condam Pyronis Francigenae quandam domum suam cum horto in superioribus Aquis calidis habitam magistro Bartholomeo pictori Sigismundi regis pro septuaginta fl. certis sub conditionibus vendidisse testatur.

ORIG.: Membr. cum duobus sigillis annuleis viridis col. sub textu appressis. In dorso manu fere coaeva scripta Super domo Budensi in contrata sancte Trinitatis Ladislai de Tatha adnot legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 11.101. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 1548. No. 74.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. 146., nr. 592. - MENT.: Tud. Gyüjt. II(1821) p. 124.; Tört. Tár. 1880. p. 159.

Ego Barbara relicta condam pyronis Francigene tenore presentium publice recognosco quibus expedit universis hanc litteram inspecturis, quod ego quandam domum meam cum uno ortu in superioribus calidis aquis, in vicinitate domorum providi viri Vlrici braxatoris medonis parte ab una, parte vero ab altera Valentini habitam cum omnibus utilitatibus suis et pertinentiis universis, nullo penitus contradicente, vendidi et tradidi provido viro magistro Bartholomeo dictus[a] meo et suis heredibus, pictori serenissimi principis domini nostri regis pro florenis septuaginta per centum denarios novos computandos; tali tamen conditione prehabita, quod si ego annotata Barbara predicto magistro Bartholomeo et suis heredibus predictam domum una cum ortu sponte et libere non possem realiter expedire cum littera civitatis iuxta modum et consuetudinem huius civitatis, extunc ego supradicta Barbara propono et obligo nomine titulo pignoris sibi magistro Bartholomeo quandam vineam meam adiacentem in territorio Ffeymar, in vicinitate vinearum Francisci dicti Foder et Michaelis dicti Pakas in subsidium et resustentionem predicte domus et ortu[b] tam diu, quousque sibi magistro Bartholomeo et suis heredibus pro predicta emcione satisfactio fiat, prout superius in littera patenti continetur. In quorum fidem et firmitatem et uberiorem cautelam mee recognitionis ego supradicta Barbara petivi prudentes et circumspectos viros: Petrum de Czek et Paulum dictum Hazz, nunc temporis ambo iurati cives civitatis Budensis, ut ipsi ad petitionem meam signeta eorum propria ad presentem litteram ab intro appresserunt, ipsis et eorum heredibus absque dampnis. Datum Bude, in vigilia beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini millesimo quadringentesimo vicesimo primo.

[a] unum vocabulum non est legibile
[b] recte: ortus

791 Pozsony, 1421. jun. 29.

(Posonii, in Petri et Pauli.) Sigismundus... Hungarie... rex... iudici, iuratis civibus civitatis Chenadiensis... Dicitur nobis in persona Mwsel iudei, alias in civitate Vienensi, nunc vero in civitate nostra Budensi residentis, quomodo Stephel et Ipolitus concives vestri, sibi certis pecuniarum quantitatibus debitorie essent obligati, de qua sibi hucusque nullam curavissent exhibere satisfactionem..., que premissa... litteris eorum obligatoriis superinde confectis asserit posse comprobare. Et quia nos ipsum Mwsel iudeum in premissis dampnum pati nolumus aliquale,... fidelitati vestre firmissime committimus, quatenus mox presentibus visis ex parte dictorum Stephel et Ipoliti eidem Mwsel iudeo super dictis debitis secundum tenorem litterarum obligatoriarum coram vobis in specie producendarum iudicium et iustitiam ac omnimodam satisfactionem impendere... debeatis, alioquin commisimus et serie presentium firmiter committimus... domino Dose episcopo eccl. Chenadiensis, ut ipse vos ad premissa facienda arctius compellat...

ORIG.: Chart. pap. cum sig. secr. impresso. In superiore margine et sub sig. Commissio propria domini regis not. canc. est scripta. Arch. Civit. Poson. (Bratislava.) Chart. nr. 804. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Magyar-zsidó oklt. I. p. 154-155.

792 Tivoli, 1421. jul. 4.

(Tibure, IV. Non. Jul, a. IV.) Beatissime pater (Martinus papa V.) ! ... canonicatu et prebende eccl. Waciensis... et... archidiaconatu Pestiensi in ecclesia ipsa... vacantibus ..., Michael Ekhardi presb. Waciensis, magister in artibus... eosdem canonicatum et prebendam... obtinuit... Verum... quia ipse Michael dubitat... provisiones huiusmodi... viribus non subsistere... quia... quandam parochialem ecclesiam... extitit assecutus..., licet ante eiusdem archidiaconatus possessionem ... (eam)... dimisisset. Dignetur igitur Sanctitas vestra (has) acceptationes... confirmare. Et nichilominus prefato Michaeli de canonicatu et prebenda, quorum quinquaginta, ac archidiaconatu predictis... triginta fl. auri... valorem annuum non excedunt,... dignemini eidem ... providere - non obstantibus... premissis et quod cappellaniam s. Stephani in eccl. predicta, cuius fructus... duodecim fl.... non excedunt...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 153., fol. 283^{v}. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. nr. 10.656. I. p. 957. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 108., nr. 361.

793 Buda, 1421. aug. 27.

(Bude, f. IV. p. Bartholomei.) Sigismundus... Hungarie... rex... universis et singulis tributariis tam nostris regalibus, quam aliorum quorumcunque ubilibet constitutis... presentibus et futuris... Quia nos religiosis fratribus heremitis ord. s. Pauli primi heremite in claustro ecclesie s. Laurentii prope Budam degentibus... certam quantitatem salium de camariis nostris regiis singulis annis dare... disposuimus; igitur fidelitati vestre... mandamus, quatenus... de huiusmodi salibus in quibuscunque camariis nostris regalibus predictis fratribus heremitis per comites camararum eorundem salium nostrorum assignandis et per homines eorundem fratrum heremitarum hincinde deferendis, curribusque ac bobus et conductoribus eorundem in locis... tributorum nullum tributum, nullamve solutionem tributariam petere et exigere, petique et exigi facere presumatis...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. secreti. In superiore margine et sub sig. Commisio propria domini regis not. canc., in dorso vero manu saec. XV-XVI. scripta Libertas super salium conductione adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 11. 122. (Sign. ant.: Fasc. 9. No. 3.)

794 Buda, 1421. sept. 3.

(Bude, f. IV. a. Nat. Virg.) Nos Sigismundus... Romanorum... ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc(etera) rex m. comm...., quod nobis Bude unacum prelatis et baronibus ac proceribus... regni nostri Hungarie existentibus, nonnulli nobiles et proceres ...querulose curarunt significare, quomodo iudices, iurati cives et communitates nostrarum regalium et reginalium ac aliorum quorumcunque civitatum ipsos nobiles, dum tales in aliquibus excessibus et causis criminalibus et signanter furti, latrocinii, spolii et aliorum... delictorum in eorum medio reperti fuerint, iudicarent et mortis pena plectendo condempnarent in preiudicium eorum nobilitatis et dedecus... - supplicantes exinde ipsis per nostram maiestatem oportune provideri. Unde nos... habita superinde cum predictis prelatis et baronibus nostris... deliberatione... decrevimus..., ut amodo in posterum quivis nobilis ratione effusionis sanguinis, homicidii, furti, latrocinii et alterius cuiuscunque criminis et delicti sub quavis forma verborum exprimantur, in ipsarum civitatum medio per iudices et iuratos cives earundem iudicari et condempnari non possit..., sed talismodi nobilis in tali crimine... in civitatibus aut civitate seu alibi comprehensus seu comprehendi aut detineri procuratus per eiusmodi civitatem iudici ipsius nobilis ordinarii assignetur. Quocirca vobis... nostris universis et singulis iudicibus, iuratis civibus et communitatibus quarumlibet nostrarum regalium et reginalium ac aliorum quorumcunque civitatum in hoc regno nostro Hungarie ac partibus ei subpositis ubilibet constitutis... mandamus, quatenus a modo inantea... quempiam nobilium huius regni nostri Hungarie ratione quorumcunque excessuum, criminum et delictorum in vestri medio aut alibi comprehensum seu detentum iudicare vel vestro astare iudicatui compellere nequaquam presumpmatis aut condempnare, sed talem nobilem ratione previa comprehensum iudici suo ordinario iudicandum presentare debeatis ...

ORIG.: A) Membr. cum sig. secr. sub textu appresso. Super textu et sub sig. Commissio propria domini regis not. canc. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 79.694. (Sign. ant.: Arch. famil. Zichy, Fasc. 219., nr. 671.) - B) Membr. cum sig. secr. sub textu appresso. In dorso Libertatis littera nobilibus totium regni Hungarie adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 61.373. (Sign. ant.: Arch. famil. Kisfaludy nr. 259.) - C) Chart. pap. cum sig. secr. sub textu appresso. In dorso Andree de Chap adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 102.018. (Sign. ant.: Arch. famil. Batthyany de Körmend, Misc. Fasc. 210. Nr. 18/7.) - ED.: Hazai okmt. VII. p. 447-448.; Zichy oklt. XII. p. 116-118. (A).; Dőry-Bónis-Bácskai: Decreta p. 242-243. - COMM.: Mályusz: Hunyadi p. 71.; Bónis: opp. in ED. cit. p. 242.

795 Buda, 1421. sept. 7.

(Bude, in vig. nat. virg.) Sigismundus... Hungarie... rex... magnifico Nicolao de Gara regni nostri Hungarie palatino vel in iudicatu suas vices gerenti... fidelis noster et dilectus magnificus David Lackh de Zantho, pridem regni nostri Sclauonie banus nobis detexit cum querela, quod cum ipse temporibus retroactis in nostris servitiis regalibus in partibus Alemanie apud nostram fuisset constitutus maiestatem, tunc quidam procurator suus in causa inter eundem... ut actorem... et Ladislaum filium Lorandi de Palatha uti in causam attractum... super facto cuiusdam possessionis Sicator vocate, in comitatu Pestyensi existentis, alias per nostram maiestatem eidem... in perpetuum... donate coram vobis mota... quasdam litteras factum ipsius possessionis Sicator tangentes, quibus eandem possessionem ipsi... appropriare potuisset, non exhibuisset, in qua causa prefatus Ladislaus vestri in presentia sententiam reportasset diffinitivam, vigore cuius eandem possessionem Sicator sibi ipsi appropriasset... supplicans... nostre maiestati..., ut sibi circa premissa de remedio providere dignaremur opportuno. Et quia nos neminem regnicolarum nostrorum in servitiis nostris regalibus procedentem in eorum absentia per huiusmodi litigionarios processus per quempiam in ipsorum iuribus defraudare volumus, ideo eidem David bano de mera nostre regie potestatis plenitudine et ex gratia speciali duximus... concedendum..., ut ipse universas suas litteras et litteralia instrumenta factum dicte possessionis Sicator continentia per se [vel per] procuratorem suum... in dicta causa non exhibita... exhibere... valeat. Eapropter fidelitati vestre... mandamus, quatenus prefatum Ladislaum filium Lorandi de Palatha... [ad] octavas, in quibus... litteralia instrumenta ipsius David, si que

in facto dicte possessionis haberet confecta... per ipsum producere commisimus et exhibere vestri in presentiam contra prefatum David banum evocari faciendo revisis et examinatis ambarum partium iuribus et litteralibus instrumentis factum dicte possessionis Sicator tangentibus causa in premissa partes inter easdem absque ulteriori dilatione finem debitum et decisionem iuxta regni nostri consuetudinem facere debeatis...

ORIG.: Chart. pap. cum sig. secr. impresso. In superiore margine et sub sigillo Commissio propria domini regis not. canc. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 11. 128. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 549. No. 31.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 147., nr. 593.

796 Ravazlesó, 1421. sept. 9.

(In Rawazlesew, f. III. p. nat. virg.) Nos Barbara... Hungarie... regina ad univ. not. h. s. volumus pervenire, quod nos... habentes... spem et devotionem ad... dei genitricem virginem Mariam..., in cuius honore claustrum monialium in Veteribuda dedicatum fore dinoscitur et fundatum, pro religiosarum sororum monialium in eodem claustro iugiter deo decantantium sustentatione meliori, ac pro nostre et omnium progenitorum ac predecessorum nostrorum, regum et reginarum felicium recordationum animarum salute molendinum nostrum prope Albam ecclesiam eiusdem b. Marie virginis, in rivulo Calide aque situm et decurrens, ipsi claustro b. Marie virginis et sororibus monialibus in eodem deum laudantibus ita tamen, ut castellani castri nostri Veterisbudenses... pro tempore constituti pro eiusdem castri sustentatione in eodem molendino absque tributo molere valeant, perpetue et nove nostre donationis titulo in elemosinam duximus conferendum, ymmo... conferimus eidem claustro et monialibus molendinum nostrum supradictum de manibus nostris reginalibus per ipsum claustrum ac sorores moniales perpetue tenendum... harum nostrarum litterarum speciali vigore mediante...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. impresso. In superiore margine Commissio propria domine regine not. canc., in dorso vero manu posteriore Super molendino prope Albam ecclesiam et inferius manu aevi recent. De Calidis aquis adnot. sunt scriptae. Arch. Nat. Hung. Dl. 11. 131. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 21. No. 23.) - ED.: Fejér: CD. X/6. p. 415-416. - REG.: Bártfai Szabó: Óbuda p. 101-102.

797 Buda, 1421. nov. 15.

(Bude, XV. die omn. sanct.) Sigismundus... rex... Hungarie... capitulo ecclesie Budensis... Dicitur nobis in personis religiosarum dominarum sanctimonialium de Veteribuda, quod ipse in dominium cuiusdam molendini ante fores Albe ecclesie in promontorio civitatis Budensis, in comitatu Pilisiensi existentis habiti, ipsis per... dominam reginam in perpetuum dati... vellent introire. Super quo fidelitati vestre... mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Dominicus de Ienew, vel Fabianus de Kowachy, sin Geruasius seu Mathias de Zomor, aliis absentibus homo noster ad faciem predicti molendini vicinis et commetaneis eiusdem... inibi... convocatis accedendo introducat prefatas dominas in dominium eiusdem, statuatque idem eisdem cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis iure ipsis incumbenti perpetuo possidendum, si non fuerit contradictum; contradictores vero, si qui fuerint, evocet ipsos... nostram in presentiam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Cap. ecclesiae Budensis 1421. dec. 7. Arch. Nat. Hung. Dl. 11. 152. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 21. No. 24.) - ED.: Fejér: CD. X/6. p. 405-406. - REG.: Bártfai Szabó: Óbuda p. 102.

798 1421. dec. 7.

(XVI. die sab. p. Elizabeth.)... Capitulum ecclesie Budensis ad univ. not. h. s. volumus pervenire, quod nos litteras... domini Sigismundi... Hungarie... regis statutorias... recepimus in hec verba: (Vide nr. 797. Sigismundus rex Hungariae 1421. nov. 15.) Nos enim

...unacum... Fabiano de Kowachy... dominum Valentinum lectorem... et concanonicum nostrum... pro testimonio... duximus transmittendum, qui... nobis... retulerunt, quod ipsi sabbatho... post festum b. Elizabeth vidue[1]... ad faciem... molendini (ante fores Albe ecclesie in promontorio civitatis Budensis... habiti) vicinis et commetaneis eiusdem... inibi... convocatis et presentibus accedendo... religiosas dominas sanctimoniales claustri b. virginis de Veteribuda in dominium eiusdem molendini introduxissent et ipsis cum omnibus eiusdem utilitatibus et pertinentiis... perpetuo possidendum statuissent nullo... contradictore apparente...

ORIG.: Membr. cum plica et sig. de filo sericeo rubri et viridis coloris pend. In dorso manu saec. XVI. Super molendino ante Albam ecclesiam introductionis et statutionis relatio adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 11. 152. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 21. No. 24.) - ED.: Fejér: CD. X/6. p. 417-418.; - REG.: Bártfai Szabó: Óbuda p. 102.

[1] 1421. nov. 22.

799 1421-1423[1].

Fernandus (episcopus Lucensis, apost. sedis nuntius in Hungaria et Bohemia[2])... Petro de Berczence[3] tavernicorum regalium Hungarie magistro ac... Johanni preposito ecclesie Veteris Budensis regni Hungarie vicecancellario, necnon circumspecto viro Caspari Bernhardi consuli Budensi, vicemagistro tavernicorum regalium Hungarie, ceterisque iudicibus ordinariis vel delegatis... Noveritis, quod... nostram accedens presentiam... domine Elizabeth relicta condam Thome aurifusoris Budensis, nobis quoddam appellationis publicum presentavit instrumentum, in quo eandem a quadam sententia diffinitiva per vos:... Petrum, Johannem et Gasparum in causa testamentaria, que coram vobis vertebatur inter quendam Blasium sartorem Budensem et Johannem eius filium actores ex una et dictam dominam Elizabeth ream partibus ex altera... ad nostrum iudicium apparuit appellasse... Nos... ad instantiam eiusdem Elizabet appellantis in vim appellationis ipsius nostras citatorias et inhibitorias litteras... ei concessimus... Tandem comparens coram nobis in iudicio providus vir magister Emericus de Mendocza in legibus baccalaureus, procurator et... nomine... appellantis... nos... requisivit, quatenus... sententiam contra dictam appellantem pro parte ex adverso latam et... alia... munimenta causam... huiusmodi ...concernentia, pro sui iuris conservatione... necessaria prefate domine... nostras compulsorias... contra... supradictos... concedere dignaremur... Nos tunc... omnes supradictos ...tenore presentium requirimus..., quatenus infra sex dierum spatium, quas vobis... assignamus... sententiam seu acta cause huius coram vobis... habita, huiusmodi sententiam in se continentia ... et penes vos... existentia, originaliter, aut ex ipsis originalibus... transsumpta... prefate domine Elizabeth... aut eius procuratori... tradatis... nobis transmittendas...

COPIA SIMPL.: In libro Formulari Cracoviensi p. 37[v]. - REG.: Mon. Rom. Vespr. III. p. 40-42.

[1] Vide in REG.
[2] Vide ap Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 122., nr. 454.
[3] Recte: Berzevicze.

800 1422. p. jan. 13.[1]

(Bude,... festi Epiph. domini[1].)... Capitulo ecclesie Albensis Nicolaus de Gara regni Hung. palatinus et iudex comanorum... in sede nostra iudiciaria... Andreas litteratus de Kapol pro nobili domina Katherina consorte Andree de Chap... [quasdam][a] litteras... Sigismundi... regis... Hungarie... nobis demonstravit habentes hunc tenorem: (Vide nr. 787. Sigismundus rex Hung. [1421.] apr. 22.) (Quibus exhibitis idem Andreas procurator pro dicta domina Katherina tres litteras) vidl. duas nostras: unam proclamatoriam capitulo Budensi directam et aliam iudicialem ac tertiam eiusdem capituli... rescriptionalem...

[nobis presentavit][a] nos informantes, quod... octavo die diei medii quadragesime feria... quarta anno... M°CCCC°XX° preterito[2]... [Iohannes][a] de Koldow pro nobili domina Katherina consorte Andree de Chap... [quasdam tres litteras: unam domini nostri regis capitulo Budensi directam, aliam eiusdem capituli][a]... rescriptionalem et tertiam eiusdem domini regis... iudicialem in diversis terminis emanatas nobis presentavit... declarantes, [quomodo procurator... domine Katherine][a] in octavis nativitatis b. Iohannis bapt. in anno domini M°CCCC°X° octavo[3] ... iuxta continentiam litterarum capituli Budensis ammonitoriarum et evocatoriarum... [contra Iohannem et][a] Nicolaum filios Nicolai filii Stephani Saphar de Chew... in figura iudicii [domini nostri regis comparendo plures litteras eidem domini regi presentavit asserens][a]... actionem et propositionem dicte nobilis domine litteris contineri in eisdem declarantes, [quomodo Iohannes filius condam Nicolai] filii [Stephani][a] Saphar de Chew in sua ac prefati Nicolai fratris sui personis totales eorum portiones possessionar(ias) [...][b] parochialis, ecclesiam ac castrum et castellum et ortum lapideum ac alteram ecclesiam similiter lapideam sub vocabulo b. B[artholomei][e] [...][b] Fetel et Kewel appellatas, in eodem comitatu habitas simulcum cunctis utilitatibus et pertinentiis vigore litterarum dicti domini nostri regis privilegialium [...][b] in perpetuum vendidisset, ymo idem Iohannes se et dictum Nicolaum fratrem suum firmiter obligasset memoratam dominam Katherinam... [contra quoslibet impetitores... semper... protegere et expedire propriis laboribus et expensis...][a];... receptis mille et quingentis fl. ab eadem domina, ipsam dominam Katherinam in dominio pretactarum portionum, castelli, orti et [...][b] [conservare et defensare non potuisset et sic per ipsius][a] fraudulentiam decepta extitisset; quorum rationem scire vellet ab eisdem; et quod idem Iohannes et Nicolaus contra ipsam dominam [...][b] [mediantibus litteris][a]... capituli Budensis evocandi forent..., [ideo][a]... dominus noster rex... mandasset, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio..., qui... cum Iohanne de Koldow... retulissent, quod ipsi feria quinta... post festum... Viti et Modesti[4]... prefatos Iohannem et Nicolaum... specialem in presentiam evocasse(n)t rationem de premissis reddituros... [Tandem pluribus prorogationibus intervenientibus][a]... causa... ad [presentes][a] octavas festi epiphaniarum domini... palatinalem in presentiam fuisset deventa, ad quas quidem octavas... ipsi Iohannes et Nicolaus Saphar [non comparuerant]..., dehinc... Andreas litteratus [quasdam litteras domini Sigismundi][a] regis... in festo b. Bartholomei apostoli anno domini M°CCCC°X° septimo confectas[5] demonstravit continentes, quod: (Vide nr. 703. Sigismundus rex Hung. 1417. aug. 24.) Verum, quia prefatus Iohannes filius Stephani Safar... [assumptam a se suam expeditoriam cautionem exequi non potuisset, a iudice in][a] pecunia capitali et expensis [... per eandem dominam facto in premisso consumptis iudiciisque convictus extitisset, capitulo autem Albensi datum est in mandatis, ut suum mitterent hominem, quo presente homo palatinalis prefatam dominam Katherinam in dominium omnium possessionum in causam attractorum introducant tamdiu duraturum,][a] donec per ipsos filios Nicolai aut alios, quorum redemptioni competunt, a prefata domina [Katherina redempte fuerint][a]...

ORIG.: Chart. pap. valde lacera et in dimidia parte manca sine vestigio sigilli, in dorso cum brevi, sed praetiosissimo fragmento vocabularii linguae "Jazonicae". Ibidem manu saec. praeteriti scripta Ez csak Copia, nullius iam usus vel valoris adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 103.489. (Sign. ant.: Arch. famil Batthyany de Körmend.) - COMMENT.: Németh Gyula: Egy jász szójegyzék az Országos Levéltárban. Előadás a Nyelv- és Irodalomtudományi Osztály 1957. jun. 24-i felolvasó ülésén. A magyar tudományos Akadémia Nyelv- és Irodalomtudományi Osztályának Közleményei. XXII. 1-4. sz. 234-259. 1. Facs. I-II. J. Németh: Eine Wörterliste der Jassen, der Ungarländischen Alanen. Berlin, 1959. (Abhandlungen der deutschen Akademie der Wissenschaften zu Berlin. Kl. f. Sprachen, Litteratur und Kunst. Jahrg. 1958. Nr. 4.) S. 1-36. Tafel I-II.

[a] Verba in [ ] posita ex aliis locis litterarum eruta.
[b] In his locis litterae lacerae sunt, ideo verba desiderata numerari non possunt.
[1] Elementa chronologica desiderata ex aliis locis litterarum desumi possunt.
[2] 1420. mart. 19.
[3] 1418. jul. 1.
[4] 1418. jun. 16.
[5] 1417. aug. 24.

801 Buda, 1422. jan. 28.

(Bude, f. IV. p. convers. Pauli.) Debite reverentie et honoris incrementum. Prudentes viri, amici nostri honorandi ! Vestris litteris in eo, ut terminus vester ad faciendam rationem cum libris seu registris civitatis vestre hic Bude comparendi, ulterius videlicet ad quadragesimum diem festi epiphaniarum domini dissimularetur, nobis presentatis nos...petitionibus vestris benigne inclinati concedimus et auctoritate officii nostri, qua vice et nomine...domini Petri, sumpmi magistri tavarnicorum, cui videlicet vos in hoc negotio supplicastis, ad presens fungimur, serie presentium admittimus, omne onus vestrum, quod forsitan in hac parte possetis incurrere, ad nos assumentes, quatenus ipse terminus...dissimuletur ita dumtaxat, ut ipso quadragesimo die festi epiphaniarum domini, videlicet in festo beati Valentini martiris nunc venturo[1]...ad premissa cum vestris cautelis, registris etc(etera) hic Bude coram dicto domino nostro debeatis interesse...
Per Franciscum Bernardi de Florentia,
vicemagistrum tavarnicorum, amicum vestrum.

Extus: Prudentibus et circumspectis viris magistro civium ac iudici, iuratis totique communitati civitatis Soproniensis, amicis nostris honorandis.

ORIG.: Chart. pap. cum sig. annulari, quo erat clausa. Arch. Civit. Soproniensis Dl. 585. (Sign. ant.: Lad. XV. et P., fasc. 1., nr. 9.) Arch. Nat. Hung. Filmotheca. - ED.: Házi, Sopron I/2. p. 211-212. - REG.: Házi, Sopron I/2. p. XXVII. et 212.

[1] Febr. 14.

802 Buda, 1422. febr. 16.

(Bude, III. Valentini.) Nos Petrus filius Henrici de Brezewyche tavarnicorum regalium magister comesque Scepusiensis m. comm., quod cum iuxta edictum...domini Sigismundi...Hungarie...regis...magister civium iudexque et iurati cives ac tota communitas civitatis Soproniensis in presenti quadragesimo die festi epiphaniarum domini proxime preteriti, vidl. in festo b. Valentini martiris[1] hic Bude coram nobis comparere, omniaque regestra, cautiones, quittantias, libros et annales eorum super collectis eiusdem civitatis perceptis et dispensatis factas, confectas et emanata ad reddendam rationem duodecim annorum retroactorum nostro conspectui et examini presentare debuissent, tandem ipso termino occurrente Petrus Czeclus magister civium, Paulus Chekan et Conradus Arnesti iurati cives...civitatis Soproniensis pro se ipsis personaliter et pro tota communitate eiusdem civitatis nostram venientes in presentiam quindecim quaternos in vulgo scriptos totam rationem eiusdem civitatis a duodecim annis elapsis regestris et quaternis in eisdem contineri referentes nostro conspectui presentarunt. Quibus nos... examinatis eosdem super ratione et memoria collectarum eiusdem civitatis scriptos et effectos agnoscentes eosdem quaternos seu libros erga manus nostras retinentes dictos magistrum civium, iudicemque et communitatem civitatis Soproniensis super eorum comparentiis et presentatione dictorum librorum reddidimus...expeditos...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. annularis subimpressi virid. coloris. In dorso manu saec. medii XV. scriptae haec adnot. inveniuntur: a) Quittatio duodecim annorum; b) Quittatio racionum per annos XII[c] per magistrum vicethavarnicorum. Arch. Civit. Soproniensis Dl. 587. (Sign. ant.: Lad. XIX., fasc. 1., nr. 11.) Arch. Nat. Hung. Filmotheca. - ED.: Házi: Sopron I/2. p. 213-214. - REG.: Házi: Sopron I/2. p. XXVII-XXVIII. et 213.

[1] Febr. 14.

803 Roma, 1422. mart. 1.

(Rome ap. s. Petrum, Kal. Mart., a. V.) Martinus (papa V.)... abbati s. Georgii de Monaroyt Vac. dioc.... Exhibita nobis... pro parte... Johannis Nicolai presb. Strig. dioc. petitio continebat, quod olim parochialis eccl. de Pest dicte dioc. tunc ex eo, quod quondam Gregorius Stephani ipsius eccl. rector eandem eccl. tunc obtinens domum fratrum s. Laurentii alias s. Pauli primi heremite nuncupatum ord. s. Augustini Vespr. dioc. ingressus in ea professionem... emisit regularem - vacante..., Johannes aep. Strig. eandem ecclesiam... prefato Johanni Nicolai... contulit... Cum autem... prefatus Johannes Nicolai dubitet collationem et provisionem predictas... viribus non subsistere..., nos volentes eundem Johannem... favore prosequi gratioso..., discretioni tue... mandamus, quatenus... ecclesiam predictam, cuius... proventus octo marcarum argenti valorem annuum... non excedunt, ... cum omnibus iuribus eidem Johanni conferas... inducens... eundem in corporalem possessionem ecclesie iuriumque et pertinentiarum predictorum...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Liber 227., fol. 37^{v}-38. PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. nr. 10.656., p. 1255-1258. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 122-123., nr. 459.

804 Roma, 1422. apr. 16.

(Rome ap. s. Petrum, XVI. Kal. Mai, a. V.) Sanctissime pater (Martinus V.) ! Prepositura monasterii b. Johannis bapt. de Jazow Premonstratensis ord. Strig. dioc., que de iure patronatus... regis Romanorum et Ungarie existit, per obitum quondam Nicolai de Pesth... vacante, conventus ipsius monasterii devotum virum Petrum Andree de Fyred, canonicum professum eiusdem monasterii, ad presentationem sive nominationem prefati regis unanimiter et concorditer in ipsius monasterii prepositum elegerunt; qui quidem Petrus electioni huiusmodi, illius sibi presentato decreto, consensit. Cum autem... idem P(etrus) dubitat presentationem et electionem huiusmodi viribus non subsistere, supplicat vestre sanctitati, quatenus sibi de dicta prepositura, que dignitas conventualis existit et curatis ac electis, cuiusque fructus... viginti marcas argenti communis estimationis valorem annuum non excedunt, ... eidem Petro... dignemini... providere...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 162., fol. 139^{v}. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. nr. 10.656. I. p. 1358-1359. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 129., nr. 503.

805 1422. apr. 27.

Litterae relatoriae Capituli eccl. Albensis de statutione poss. Dyod (in comit. Pest.) per Petrum de Belyd hominem regium presente testimonio eiusdem capit. pro consorte Andreae Chapy facta et Nicolao de Gara regni Hung. palatino directae, in qua inter alia huius possessionis partes sic describuntur: "... quinque sessiones: quatuor populosas et unam desertam in contrata meridionali eiusdem poss. circa finem versus occidentem iuxta sese adiacentes, quibus sessionibus Paulus de eadem Dyod a plaga orientis metaliter vicinaretur, item castellum desertum et ortum lapideos cum patronatibus ecclesiarum in honorem s. Sabine in eadem Dyod ac b. Bartholomei prope dictum castellum constructarum..."

ORIG.: Desideratur. - REG. (cum parte lit.): Bártfai Szabó: Pest m. p. 147., nr. 594.

806 Nagyvárad, 1422. jun. 6.

(Waradini, sab. a. Barnabe.) Nos Sigismundus... Hungarie... rex signif. t. pr. quibus exp. univ., quod quia nos de summa pecunie per nostram maiestatem fideli nostro dilecto, viro magnifico Nicolao de Gara... regni nostri Hungarie palatino pro salario et expensis personalis et continue residentie sue per eum in curia nostra faciende, necnon conservatione et custodia castri nostri Budensis ex collectis civitatum nostrarum Budensis et Pestyensis ac iudeorum nostrorum, aliundeque annuatim provenire deputata sex milia octingentos et quadraginta fl. auri puri, boni et iusti ponderis... de ipsius... annuentia ad nostram... requisitionem per eum... adhibita per modum et formam... mutui... accomodavimus..., ideo... castrum nostrum Komaron vocatum simulcum oppidis similiter Komaron et Nezmel appellatis, necnon villis seu possessionibus Almas, Fysegthw, Zwn, Rewkomaron, Wyfalu, Bink, Wrkee, Tan, Chicho, Megyer, alia Chicho, Isop, Bogya, Zakalus, Ekech, Megyerch, Kezew, Toldwar, Warkezy et Halas nominatis in comitatu Komaroniensi existentibus, item tributis seu teoloneis[a] tam super terram quam super aquas in opidis et possessionibus Nezmel, Zwn, Komaron, Tan et Ekech prescriptis, necnon in possessionibus Bana et Aswanthw in dicto comitatu Komaroniensi existentibus exigi consuetis, preterea proventibus portuum seu vadorum, tributis quoque super fluminibus Danuby et Wag in... possessionibus Almas et Komaron ac alias ubilibet in ipsorum castri et oppidorum pertinentiis habitorum, item piscaturis usonum et aliorum quorumlibet piscium tam in fluminibus Wag et Danuby..., ac Sythwa, quam aliis quibusvis locis, piscinis, stagnis et aquis fluentibus et stantibus similiter in... castri et oppidorum ac villarum prescriptarum territoriis et pertinentiis ubivis existentibus habitis, ceterisque universis eorundem castri et oppidorum pertinentiis..., signanter nonis vinorum et bladorum in ipsius castri pertinentiis ac in dictis Nezmel et Almas et eorum territorio provenientibus et generaliter cum omnibus aliis villis, possessionibus, molendinis et ceteris ad ipsum castrum hactenus et nunc pertinentibus cum quibus usque in presentem diem idem Nicolaus palat. ipsum castrum et dicta oppida a nobis pro honore tenuit et habuit, earumque et eorum quibuslibet utilitatibus (et) pertinentiis (cum exp. caut.) memorato Nicolao palatino pro premissis sex milia octingentis et quadraginta fl. auri puri, boni et iusti ponderis duximus pignori obligandum, ac obligamus presentium per vigorem hiis conditionibus interiectis, quod proles utriusque sexus eiusdem Nicolai palatini, seu quivis alii in dictis castro, oppidis et eorum pertinentiis quibusvis et per consequens in premissa summa pecunie per nos... ipsi Nicolao palatino in expensas proprie sue persone ad residendum in curia nostra regia, necnon conservationis et custodie castri nostri Budensis deputata ullo unquam tempore nullam penitus petere et habere valeant portionem, sed idem Nicolaus palat., prout voluerit, in vita vel in morte de ipsa pecunia dispositionem, legationem seu donationem et quamlibet ordinationem faciendi liberam habeat facultatem ita, ut si interim nos et nostri successores dicta castrum et oppida ac eorum pertinentias non redimeremus, extunc eadem apud manus illius vel illorum, cui vel quibus de dicta summa pecunie, simul vel divisim, idem Nicolaus palat. quamcunque fecerit dispositionem, usque tempus redemptionis eorundem (cuius modus ac conditiones praesentibus in litteris fusius enarrantur) eodem titulo pignoris integraliter debeant remanere...

ORIG.: Membr. cum plica et filo sericeo viridis et albi coloris sig. duppl. pend. iam deperditi. In superiore margine Propria commissio domini regis, in dextera parte plicaturae vero Lecta et correcta not. canc. leguntur. Arch. Nat. Hung. Dl. 87.960. (Sign. ant.: Esterházy, Budapest Rep. 47. Fasc. G. Nr. 5.)

[1] recte: teloneis

807 Debrecen, 1422. jun. 13.

(In Debrechen, f. VI. p.f. Corp. Chr.) Nos Sigismundus... Hungarie rex... d. pro mem., quod nobis f. VI. p. Corp. Chr.[1] unacum prelatis, baronibus et proceribus regni nostri pro tribunali sedentibus... Johannes fil. Ladislai dictus Thytheus de Bathmonostra ...contra... fr. Paulum abbatem de Batha proposuit..., quomodo... ipse... in dom. Palm.[1] ...a... iobagionibus in possessionibus suis Thoty, Vayas et Geth... commorantibus tres magnas naves cum quindecim vasis vini, ducentos fl. nove... monete, quinquaginta cubulos avene, quinque equos, unum currum, vestes, arma et alias res ipsorum... abstulisset;

eo non contentus prefatos iobagiones suos... captivasset... potentia mediante... Paulus abbas... respondit ex adverso, quod ipse in... premissa actione et aquisitione dicti Johannis innocens esset... et in eo signum duelli de pugile suo pugili memorati Johannis fil. Ladislai dimicandi porrigebat. Et quia prefatus Johannes ipsum duellum acceptabat, pro eo iudicantes commisimus, ut idem Johannes... et... dominus abbas (pugiles)... in equis et armis militaribus indutos... f. V. a. f. Assumpt. B. M.[2]... Bude, in area certaminis duelli in loco ad id apto et consueto contra sese dimicaturos coram nobis statuere teneantur. Et ne dimicatio ipsius duelli ad noctis crepusculum diferatur, ideo... committimus, ut quemcunque partium usque pulsum vesperarum pugilem suum equum ascendi et ipsum duellum dimicari non fecerit, talis pars pro convicta habeatur...[3]

ORIG.: Chart. pap. cum sig. secr. sub textu appresso. Arch. Nat. Hung. Dl. 79.740. (Sign. ant.: Arch. famil. Zichy. Kp. 513. Fasc. 213. N. 1272.)

[1] 1422. apr. 5.
[2] 1422. aug. 13.
[3] De area certaminis duelli et loco ad id apto et consueto Budensi Sigismundus rex etiam in aliis litteris suis iudicialibus, verbi gratia 1422. jul. 10. (Dl. 79.749.); 1422. sept. 11. (Dl. 79.758.); 1422. oct. 28. (Dl. 79.763.); 1423. jan. 24. (Dl. 79.784.) et 1423. jan. 24. (Dl. 79.785.) emanatis loquitur.

808 Buda, 1422. jun. 23.

(Indict. XV., die Martis, XXIII. jun., pontific. Martini p. a. V.) Fernandus... ep. Lucensis in Hung. et Boh. regnis... ap. sed. nuntius... Cupientes, ut capella, que in monasterio... s. Pauli primi her. dioc. Wespr. sita est, in qua... s. Pauli corpus... servatur... reconditum congruis honoribus (augeatur) et ut Christi fideles ad ipsius capelle et monasterii conservationem... manus porrigant adiutrices..., omnibus Christi fidelibus vere penitentibus, qui in nativitatis domini, resurrectionis, ascensionis et Corporis domini nostri Jesu Christi, ac penthecostes, necnon nativitatis, annuntiationis, (assumptionis), Conceptionis b. Marie virg., ac nat. Joh. bapt., ac Petri et Pauli apostolorum, ac b. Pauli primi her. et s. Laurentii martiris, sub cuius titulo ipsum monasterium fundatum et consecratum est, ac dedicationis ipsius monasterii et capelle - festivitatibus, ac in festivitate Omnium sanctorum, necnon per predictarum festivitatum octavas predictarum capella et monasterium... visitaverint et (ad) conservationem huiusmodi manus promptius porrexerint adiutrices... totiens quotiens hec fecerint, quadraginta dies de impositis penitentiis... relaxamus...

ORIG.: Membr. cum filo ser. albi et cerulei col. sig. pend. iam deperditi. Arch. Nat. Hung. Dl. 11.223.

809 Buda, 1422. jul. 8.

(Bude, f. IV. a. Margarethe.) Nos Sigismundus... Hungarie... rex m. comm., quod provida domina Katherina... relicta Petri dicti Kythhel, nunc vero consors... Egidii specialis lapicide nostre maiestatis Budensis personaliter coram nobis constituta in omnibus causis suis et earum articulis tam per ipsam contra alios quoslibet, quam per alios quospiam contra ipsam a data presentium per anni circulum coram quovis iudice et iustitiario regni nostri ecclesiastico vidl. et seculari, in quibuslibet terminis motis vel movendis prefatum Egidium dominum et maritum eiusdem ac magistrum Venceslaum notarium, inhabitatorem... civitatis nostre Budensis... constituit... suos... legitimos procuratores...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. mediocris tergo impressi. Arch. Civit. Soproniensis Dl. 596. (Sign. ant.: Lad. L., fasc. 5., nr. 152.) Arch. Nat. Hung. Filmotheca. - ED.: Házi, Sopron I/2. p. 221-222. - REG.: Házi: Sopron I/2. p. XXVIII. et 222.

810 Buda, 1422. jul. 21.

(Bude, f. III. a. Marie Magd.) Johannes de Maroth alias banus Machouiensis... tributariis nostris in Kormus per nos constitutis... Quia sanctimoniales de Veteri Buda nobis patefecerant, ut de earum possessionibus, vidl. Zond, pro sustentatione claustri earum ... victualia portarentur, super quibus... in dicto tributo nostro tributa exhygerentur. Vestris igitur dilectionibus... committimus..., quatenus a modo et deinceps, dum et quando cum victualibus predictarum sanctimonialium ad locum dicti tributi cum presentibus pervenerint, super eisdem et hominibus portitoribus nullum tributum... recipi facere... debeatis...

ORIG.: Chart. pap. cum sig. viridi appresso. Arch. Nat. Hung. Dl. 11.237. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 60. No. 15.)

811 1422. jul. 26.

Magistratus civitatis Budensis amicabilem compositonem inter Petrum de Senis Gallicum et dominam Barbaram relictam Michaelis monetari ratione quorundam bonorum et duarum vinearum mediantibus fidedignis civibus factam confirmat.

ORIG.: Membr. in inferiori parte litteris ABC intercisa cum vestigio sig. minoris rubri col. tergo appressi. In dorso manu coaeva scripta... vinea de piero di siena adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 11.239. (Sign. ant.: Fasc. 1548. No. 93.) - REG.: Fejér: CD. X/8. p. 603.

Relatio Hiconis.

Nos Petrus Paldoff iudex castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem harum serie publice profitemur, quod licet inter providum virum Petrum de Senis Gallicum parte ab una et honestam dominam Barbaram, relictam Michaelis monetarii parte ab altera ratione quorundam bonorum et presertim duarum vinearum litis materia fuerit suscitata, tamen eedem partes pace gaudere volentes iuxta virorum fidedignorum, videlicet Nicolai Croner et alterius Nicolai Czauczach dictorum, nostrorum concivium, arbitrariam compositionem inter se amicabiliter concordarunt eo modo, quod pretactarum duarum vinearum unam predictus Petrus, videlicet in territorio Lernenpühel, in vicinitate suimet et Martini Armeni caldeatoris sitam, aliam vero annotata domina Barbara videlicet in territorio montis Pestiensis, in vicinitate Wolfhardi Tyrnary et Nicolai Hiconis existentem iure perpetuo possidere debeant, cetera autem omnia et singula inter predictas partes hucusque mota cassa sint et omnino derelicta. Promiserunt nichilominus hincinde memorate parte huiusmodi compositioni stare, obedire et in nullo contravenire, sed omnia rata, grata amicabiliter servare. In quorum testimonium presentes litteras alphabeto intercisas sigillique nostri munimine roboratas ad petitionem partium duximus concedendas. Datum in crastino festi beati Iacobi apostoli, anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo secundo.

812 Tivoli, 1422. jul. 30.

(Tibure, III. Kal. Aug., a. V.) Martinus (papa V.)... Nicolao Vgrun fratri domus s. Laurentii supra Budam fratrum s. Pauli primi heremite ord. s. Augustini Vespr. dioc. Dudum... pro parte tua nobis exposito, quod olim quidam ex familiaribus tuis cum certum furem, qui unum bovem tuum furto subtraxerat, in quadam tui curia in seculo tunc degentis repertum cepisset et quid de eodem fure facturum esset te interrogasset, a teque responsum accepisset, quod illum suspendio iugularet; idem familiaris responso huiusmodi accepto, furem predictum suspenderat; quodque tu de premissis... dolens, domum s. Laurentii supra Budam... ingressus fueras, in qua professionem emiseras et unacum aliis fratribus eiusdem domus... domino famulabaris. Nos per alias nostras litteras omnem infamie maculam... per te... contractam... abolevimus, tecumque super irregularitate per te dicta occasione

contracta et quod ad omnes sacros ordines promoveri et in illis circa tamen altaris ministerium ministrare posses, duximus dispensandum... Cum autem... tu in domo ipsa offerre satagas altissimo famulatum... etiam altaris sortiendo ministerium in illo omnium conditori domino dirigere... vota tua; nos... tuis... supplicationibus inclinati, tecum ut extra diocesim predictam, in qua... huiusmodi suspendium commissum fuit, ac civitatem Vesprimiensem etiam in dicto altari ministrare... licite valeas..., dispensamus...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Liber 224., fol. 196v-197. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestiensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. nr. 10.656., p. 1408-1410. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 131. nr. 515.

813 Buda, 1422. aug. 10.

(Bude, in Laurentii.) Nos Sigismundus... Romanorum... et Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc(etera) rex m. comm.... quibus expedit universis, quod Joseph iudeus, inhabitator civitatis nostre Budensis in sua ac universorum iudeorum personis... exhibuit nobis quasdam litteras capituli ecclesie Albensis privilegiales... supplicans nostre maiestati, ut series earundem... transcribi (et) sub appensione sigilli nostri mediocris dari facere dignaremur, quarum series hec est: (Vide nr. 464, Capit. eccl. Albensis 1406. sept. 7.) Nos itaque... supplicationibus prefati Joseph iudei per ipsum in sua ac ceterorum iudeorum in personis nobis porrectis exauditis, tenorem predictarum litterarum... Capituli Albensis privilegialium... transcribi et transsumptum sibi sub appensione... sigilli nostri mediocris dari fecimus uberiorem ad cautelam, communi iustitia requirente...

ORIG.: Membr. cum plica et filo sericeo sig. pend. Arch. civitatis Posoniensis (Bratislava.) Listiny nr. 817. (Sign. ant.: Lad. XX. nr. 19.) - ED.: Fejér: CD. X/4. p. 562.; Magyar-zsidó oklt. I. p. 165. - REG.: Inventar. p. 139., nr. 955. - COMM.: Zsigmondkori oklt. II/1. p. 621., nr. 4972.

814 Buda, 1422. aug. 24.

(Bude, in f. Bartholom.) Sigismundus... Romanorum... ac Hungarie... rex Capitulo Budensi... Dicitur nobis in persona Sebastiani dicti Olaz de Echer, quomodo ipso in dominium totalis portionis possessionarie Thome dicti Saphar de Chaba in eadem Echer, necnon quarundam particule terre et feneti penes locum Fornad adiacentium ad poss. Felmaglod spectantium, in comit. Pestien.... habitarum, ipsum titulo pignoris concernentium... vellet introire; super quo fidelitati vestre... mandamus, quatenus mittatis hominem fidedignum, quo presente David vel Sebastianus de Maglod, sin Ladislaus de... Echer, seu Abraham sive Johannes de Halmy, ceu Benedictus de Ewsy... vicinis et commetaneis inibi convocatis et presentibus... introducat... Sebastianum Olaz in dominium earundem... premisso iure sibi incumbenti possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, evocet eos contra Sebastianum nostram in presentiam ad terminum competentem...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. eccl. Buden. 1422. dec. 2. Arch. Nat. Hung. Arch. famil. Zay. Lit. D., fasc. 1., nr. 23/f. Arch. Nat. Hung. Phototheca DF. 265.849. - REG.: Bakács: Iratok p. 378., nr. 1404.

815 1422. sept. 19.

(Sab. a. Mathei.) Nos capitulum ecclesie Budensis m. comm., quod Laurentius dictus Cheh, civis de Calidis aquis inferioribus, in personis... canonicorum eccl. prepositalis b. Stephani prothomartiris de castro Strigoniensi... per modum protestationis et inhibitionis significare curavit, quomodo Corrardus civis castri Budensis, pridem eiusdem civitatis iudex, quandam domum dominorum predictorum... in... castro Budensi, in vicinitatibus ab una Petri dicti Panchel, pro nunc iudicis, scilicet superiori, parte vero ex altera, scilicet inferiori Martini dicti Ermen hospitis de eodem castro Budensi habitam...

sibi ipsi occupasset et nunc occupatam apud manus suas tenet potentia sua mediante..., factaque huiusmodi protestatione et inhibitione ipsum Corrardum civem predictum ab huiusmodi occupatione et retentione domus predicte, ac quovis quesito colore se in dominium eiusdem intromissione, usuum, fructuum et quorumlibet eiusdem utilitatum perceptione vel percipi factione... prohibuit inhibendo coram nobis...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. tergo appressi. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 53., fasc. 3., nr. 6. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

816 Buda, 1422. nov. 9.

(Bude, III. inquisit./sab. p. f. Emerici) Nos Sigismundus... rex... Hungarie... comm., quod cum nos ad... instantiam Sebastiani de Echer... Martinum litteratum de Mathyoch... cum Johanne de Zenthiwan palatinali et Benedictum de Kezy similiter litteratum iud. cur. nostre hominibus ad... inquisit.... faciendam... duximus transmittendos, tandem iidem nobis retulerunt, quod ipsi sab.... p. f. b. Emerici[1]... in comit. Pestien.... procedendo... et... inquirendo talem... scivissent veritatem: Quomodo Laurentius de Bylye in quarto et tertio[2] annis iam preteritis nonas frugum in territorio medietatis cuiusdam predii Fenyr, alio nomine Kenyerhaz vocati (in comit. Pestien.) ipsum Sebastianum titulo pignoris concernentes... pro seipso asportari..., preterea nonulla fena ipsius Sebastiani in pratis dicti predii falcari... anno in presenti fecisset... (ideo)... die memorata Laurentium in poss. sua Bilye contra Sebastianum ad oct. b. Andree ap.[3]... nostram evocassent in presentiam...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. mediocris tergo appressi. - PHOTOCOPIA: Arch. Nat. Hung. Arch. famil. Zay. Lit. D., fasc. 1., nr. 23/g.

[1] 1422. nov. 7.
[2] A. 1419. et 1420.
[3] 1422. dec. 7.

817 1422. dec. 2.

(XVI. statut./f. III. p. Martini.) Nos Capitulum eccl. Budensis m. comm...., quod nos litteras... Sigismundi... regis statutorias recepimus in hec verba: (Vide nr. 814. Sigismundus rex Hung. 1422. aug. 24.) Nos enim unacum... Sebastiano de Maglod... Paulum chori eccl. nostre clericum... duximus destinandum, qui... nobis retulerunt, quod ipsi f. III. p. f. b. Martini ep.[1]... Sebastianum dictum Olaz de Echer in dominium poss. Thome dicti Saphar de Chaba ipsum titulo pignoris concernentem... introduxissent... possidendam... ...nullo contradictore apprente...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Arch. famil. Zay. Lit. D., fasc. 1., nr. 23/f.

[1] 1422. nov. 7.

818 Buda, 1423. jan. 25.

(Bude, V. die inquisit./f. Agnetis) Nos Sigismundus... Hungarie rex memorie commendamus, quod... nos ad... instantiam Benedicti apotecary civitatis nostre Budensis nobis in sua, necnon Georgii et Laurentii filiorum, Ladislai ac Michaelis fil. Georgii de Paztor nepotum suorum in personis factam... nostrum hominem... Nicolaum litteratum de Denyeberky unacum Thoma de Kyrali palatinali et Benedicto de Kezy similiter litteratis iudicis curie nostre hominibus... de curia nostra regia duxissemus destinandos, qui... ad nos reversi nobis... retulerunt..., quod ipsi in festo b. Agnetis virg.... in Pesthiensi et Pilisiensi comitatibus... ab omnibus nobilibus et ignobilibus ac alterius cuiusvis status et

conditionis eorundem comitatuum hominibus... talem... scivissent veritatem: Quod Andreas de Chapi ex inductione... nobilis domine Katherina vocate consortis sue feria quinta... post f. b. Anthony... unacum Andrea litterato, Petro et Nicolao dictis Porkolab ac Georgio familiaribus suis ad portionem possessionariam dicti Benedicti apotecary et nepotum suorum ... in possessione Eben vocata... manibus armatis veniendo... tribus diebus et duabus noctibus in ipsa permanendo victualia super iobagiones in dicta portione possessionaria prefati Benedicti apotecary et nepotum suorum residentes... recepissent et insuper proventus et dacia ipsi Benedicto apotecario et aliis predictis de medio eorundem iobagionum de iure provenire debentia erga eosdem iobagiones arestassent et ipsos pro se reservare iussissent ... potentia mediante... Et quod deterius est, prefatus Georgius familiaris ipsius Andree in domum Michaelis dicti Nemeth iobagionis... Benedicti apotecary et aliorum supradictorum circa tardam horam noctis cum tuba repente tubare incepisset, et ubi infans ipsius Michaelis in cunabulo iacens, necnon domina consors eiusdem adeo perterriti extitissent, quod de vita eiusdem domine dubium haberetur, ipsumque infantem tardius morbus invasisset, per quem mortuus extitisset. Habitaque huiusmodi inquisitione prefatus homo noster presentibus dictis palatinali et iudicis curie hominibus prefatum Andream de Chapi et dominam Katherinam consortem eiusdem ab occupatione dicte portionis possessionarie, usuum, fructuum ac quarumlibet utilitatum eiusdem perceptione... et seipsos quovis quesito colore in dominium ipsius intromissione factis vel fiendis prohibuissent; nichilominus eosdem Andream et dominam Katherinam in facie portionis eorum possessionarie in possessionis Dyod vocata habite contra memoratum Benedictum apotecarium, Georgium, Laurentium et Michaelem ad oct. f. purific. virg. glor.... nostram evocassent in presentiam rationem premissorum reddituros...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. mediocris flav. col. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 106.820. (Sign. ant.: Arch. famil. Batthyan de Körmend. Miscell. Németujvár Alm. 2., Lad. 40., nr. 19/a.)

819 Esztergom, 1423, mart. 23.

(Strigonii, f. III. a. annunt.)... Capit. ecclesie Strigoniensis... ad univ. not. h. s. v. pervenire, quod... mag. Petrus... concanonicus noster ac rector capelle b. Marie virg. in latere... ecclesie nostre fundate... confessus est in hunc modum: Quod ipse domum suam minorem contiguam domui sue maiori in castro Budensi, in vico et platea eccl. s. Georgii habitam et... versus superiorem partem adiacentem ad dictam capellam suam pertinentem cum... suis utilitatibus et pertinentiis... Andree sutori dicto Grais in heredes heredum pro utiliori conservatione in perpetuum feudum et in emfitosin[a] pro certo annuo censu... de speciali consensu et voluntate nostra... dedit et locavit. Et idem Andreas conduxit coram nobis taliter: ut ipse et sui heredes dictam domum edificare et reformare, edificatam et reformatam illesam cum suis edificiis et tecto semper propriis suis expensis conservare, singulisque annis pro... annuo censu sedecim fl. puri auri in duobus terminis, vidl. octo fl. octavo die festi s. Georgii[1] et residuos octo octavo die festi b. Michaelis archangeli[2] semper successivis temporibus post... se se sequentibus sub pena dupli, si neglexerint, prefato magistro, ipsius capelle rectori suisque successoribus perpetuis temporibus... solvere... sint obligati; hoc etiam declarato, quod dum et quandocunque ipse Andreas aut sui heredes ipsam domum vendere, donare, aut alio quovismodo a se alienare voluerint, eandem cum predictis onere et censu annuo vendendi, donandi et alienandi cui voluerint, liberam habeant facultatem...

ORIG.: Membr. cum plica et filo sericeo coerulei coloris fragm. sigilli pend. In dorso manu saec. XVI. scripta haec adnot. legitur: 1423. Littere super domo Budensi minore, quam inhabitant sutores. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 46., fasc. 2., nr. 5. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - COPIA SIMPLEX: Mag. Albertus Bellyeny, personalis praesentiae regiae prothonotarius, ineunte saec. XVI. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 64., fasc. 1., nr. 7. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - REG.: Pataki: Bud. Rég. XV (1950) p. 284., not. nr. 10.

[a] recte: emphyteusin
[1] Maj. 1.
[2] Oct. 6.

820 1423. apr. 18.

(Dom. a. Georgii.) Nos capitulum ecclesie Budensis m. comm. t. pr. signif. quibus exp. univ., quod Iacobus dictus de Bwd civis de Calidis aquis superioribus... confessus extitit..., quomodo ipse quandam domum suam in civitate nostra Veterisbudensi habitam, in vicinitate domus magistri Iohannis de Themeskez canonicalis existentem cum omnibus edificiis in superficie dicte domus constructis Gregorio litterato, iobagioni nostro et domine Katherine consorti sue (cum exp. caut.) pro septuaginta fl. novis vendidisset..., ymmo... perpetuavit nostri in presentia...

ORIG.: Membr. cum plica et sig. de filo sericeo viridis coloris pend. Arch. Nat. Hung. Dl. 11. 338. (Sign. ant. :V. Buden. Monial. Fasc. 19. No. 15.)

821 1423. maj. 21.

(F. VI. a. penthec.) Nos capitulum ecclesie Budensis m. comm., quod...Dominicus decr. dr., prep. collegiate eccl. s. Stephani de castro Strig., item Thomas custos, Gregorius, Nicolaus, Michael et Andreas canonici eiusdem eccl....nobis protestando detexerunt in hunc modum: Quod licet...ipsi mediantibus litteris...capit. eccl. Strig....mag. Valentinum Nigrum...concan. eorum ...procuratorem constituissent...in causa, vidl. in facto domus ipsorum eccl. ipsorum in civitate Budensi, in contigua vicinitate domus Petri Panchel adiacentis, quam alias condam Iohannes similiter Panchel dictus a canonicis dicte collegiate eccl. s. Stephani pro viginti fl. puri auri in censum Pokrech vocato[a] litteris mediantibus... capit. eccl. Strig. superinde emanatis conservasset..., quas litteras tandem tempore, quo Gaspar Bernaldi iudex civitatis fuisset, tunc in questione mota per predictos prepositum et canonicos suos contra Conrardum civem iuratum et viceiudicem civitatis eiusdem et coniugem suam ratione indebite detentionis dicte domus, ipsi Gaspar iudici et iuratis suis pro parte eorundem exhibuissent et presentassent, post quarum...litterarum...exhibitionem sentiens idem Conrardus sibi et...uxori sue nullum ius posse competere, dictam domum a prenominatis preposito et canonicis pro annuo censu Pokrech vocato in sedecim fl. puri auri conducere voluisset, sed ipsis pro dicta sumpma locare seu arendare recusantibus, factum indecise... remansisset. Et tandem dicti prep. et can. sui pro tempore existentes...Valentino Nigro... plenam potestatem...dedissent ad locandum dictam domum pro censu annuo Pokrech vocato pro maiori sumpma sicut posset et cum vigore predicti mandati...Iacobo Panchel et Laurentio fratri eiusdem inhabitatoribus...civit. Bud. pro viginti fl. puri auri locasset..., tunc idem Conrardus existens pro tunc viceiudex et civis iuratus...civitatis Budensis, ut prefertur, quandam fassionem sine consensu et voluntate...prepositi et canonicorum...ab eodem Valentino procuratore ipsorum in preiudicium...eccl. s. Stephani extorsisset..., quam fassionem ad tabulam seu librum civitatis conscribere fecisset, vigore cuius fassionis ipse Conrardus dictam domum nomine sue uxoris usque in hodiernum diem...conservaret et haberet; quam fassionem idem procurator asserit, suo modo non fecisse, prout in libro civitatis conscripta existat, insuper dictas litteras procuratorias ipse Conrardus ab eodem procuratore...abstulisset...potentia sua mediante...occasione cuius, uti dicitur, causam procuratoris ipsorum in presentiam mag. tavarn. provocasset. Et quia...constat..., quod ...fassio seu responsio...Valentini Nigri et totius cause processus per ipsum habitus suo modo, ut premissum est, in...detrimentum...eccl. s. Stephani et...prepositi et canonicorum vergere et processisse videntur et in effectum convertitur, ideo nolentes iuri dicte eccl.... in hac parte derogari, dictam responsionem, seu fassionem...Valentini Nigri, si et in quantum suo modo, sicuti in libro civitatis predicte asseritur esse facta et conscripta, totiusque facti processum exinde secutum eo gravamine, quo de regni consuetudine conveniret,... revocaverunt coram nobis...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. tergo appressi. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 53., fasc. 3., nr. 7. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

[1] recte: vocatum

822 1423. jun. 8.

(Rome ap. s. Petrum, III. Id. Jun., a. VI.) Martinus (papa V.) et(cetera) dilecto filio Nicolao de Germad opidano opidi in Pest et dilecte in Christo filie Helene eius uxori Strigoniensis dioc. salutem et(cetera). Provenit et(cetera). Et insuper et(cetera)....[1]

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Liber 237., fol. 43^{v}. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPLEX: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. nr. 10.656. I. p. 957. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 143., nr. 607.

[1] Scil. remissio peccatorum plenaria indulgetur.

823 Buda, 1423. jun. 9.

(Bude, f. IV. p. Corp. Chr.) Sigismundi regis litterae... continentes, quod... Dauid filius Lachk de Zantho, pridem regni Sclauonie bano pro se personaliter, ac pro Georgio filio, item... Jacobo alias wayuoda Transsiluano, Ladislao filio dicti Jacobi wayuode, dominoque episcopo eccl. Boznensis fratribus suis... (cum onere) ab una, parte siquidem ab alia... magistro Ladislao de Maglod, similiter personali in conspectu... domini ... regis constitutis, per eundem... Dauid banum in sua ac dictorum filii et fratrum suorum personis confessum extitisset, quod... magister Ladislaus super facto... possessionis Sykator, alio nomine Felharkyan vocate, in comit. Pestiensi existentis, per ipsum scil.... Dauid banum a regia maiestate nomine iuris regii impetrate plurimas litteras, quibus mediantibus eandem iuri suo proprio potuisset pertinere debere declarare, ad manus suas dedisset, ideo ipsam possessionem Sykator, alio nomine Felharkyan, vel aliquam partem eiusdem, quam scil. a manibus alienis... nove regie donationis titulo posset optinere, cum prefato magistro Ladislao participare spopondisset eo modo, ut dicta possessio vel aliqua pars eiusdem... reoptinenda inter... Dauid ac filium et fratres suos... ac... Ladislaum de Maglod in duas... equales partes divideretur et una earum... domino Dauid ac filio et fratribus suis, alia vero pars... magistro Ladislao partiumque heredibus... cedere debere pleno iure in perpetuum possidenda, hoc declarato, quod eundem magistrum Ladislaum prefati domini Dauid et Jacobus ac filii eorundem, necnon... Benedictus episcopus in dominium eiusdem absque strepitu cuiuslibet iudicii intromitterent.

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Nicolaus de Gara regni Hung. palatinus 1424. apr. 9. Arch. Comitatus Komárom. Vegyes perek 65. II. 8. - ED.: Alapi p. 39-59.

824 (1423. jul. 3.)[1]

Magistratus civitatis Budensis concambialem permutationem domorum Budensium Hermanni comitis Ciliae... et fratrum eremitarum claustri b. Laurentii mart. supra Budam fundati confirmat.

ORIG.: Non extat. - COPIA SIMPL.: Magistratus civitatis Budensis 1489. dec. 1. (summarie) > Ladislaus de Egervara magister tavarnicorum regal. 1494. febr. 19. Arch. Nat. Hung. Dl. 8840. - MENT.: Documenta artis Paulinorum I. p. 52.

...littere civitatis tempore iudicatus condam sapientis viri Petri Paldauff dicti, anno et die ...in litteris... comitis (Cilie)... emanate (Vide nr. 825. 1423. jul. 3.) ... concambialem permutationem cum conditionibus... manifeste, absque omni contradictione inter... dominum comitem Cilie et fratres heremitas factam (in se continent...)

[1] Vide nr. 825.

825 Buda, 1423. jul. 3.

Hermannus Ciliae Zagoriaeque comes domum suam in civitate Budensi, in vico media platea vocato habitam, pro cambio cuiusdam magnae curiae seu domus fratrum eremitarum claustri beati Laurentii martiris prope Budam fundati, similiter in civitate Budensi, iuxta portam Zombatkapu existentis, in vulgari Teutonico Camerhoff nuncupatae, perpetuo possidendam confert.

ORIG.: Non extat. - COPIA SIMPL.: Chart. pap. saec. XV. exeunte scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 11.384. (Sign. ant.: Fasc. 8. No. 3.) - TRANSCR.: a) (sensualiter) Magistratus civitatis Budensis 1489. dec. 1. Arch. Nat. Hung. Dl. 8842; b) Magistratus civitatis Budensis 1489. dec. 1. > Ladislaus de Egervara, magister tavarnicorum regalium 1494. febr. 19. Arch. Nat. Hung. Dl. 8840. - REG.: Zákonyi: Századok 42(1911) p. 696.; Pataki: Bud. Rég. XV(1950) p. 289., not. 43. et 45., Zolnay: Müvészettört. Tanulm. (1959-1960) p. 34-35. - COMM.: Rupp: Buda-Pest p. 7., 118-119., 162., 201.; Salamon: Budapest tört. II. p. 327., 412., III. p. 235., 286.

Nos Hermannus Cilie Zagorieque comes etcetera, regni Sclauonie banus memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod quia religiosi viri frater Georgius vicarius generalis et alii fratres heremite claustri beati Laurentii martiris prope Budam fundati quandam magnam curiam seu domum ipsorum et eiusdem claustri, que olim condam domini Karoli regis Hungarie prefuisset, in civitate Budensi prope portam Zombatkapu existentem, in wlgari Tewtonicali Chamerhoff nuncupatam, per condam dominum Lodouicum felicem regem Hungarie, filium ipsius Karoli regis corpori sancti Pauli primi heremite in dicto claustro feliciter quiescenti et per consequens eidem claustro sancti Laurentii martiris et universis fratribus heremitis ordinis ipsius sancti Pauli pro remedio animarum dicti domini Karoli regis, patrisque sui ac sue, dominarumque reginarum, genitricis videlicet et consortis suarum et liberorum suorum mediantibus suis litteris exinde confectis in perpetuam elemosinam datam et collatam, simulcum capella in eadem curia in honore sancti Martini confessoris constructa, necnon omnibus edificiis in se habentibus et aliis quibuslibet suis utilitatibus ad eandem curiam pertinentibus, necnon cum quadam particula sew spatio terre, in quo fundamentum de lapidibus per condam dominam reginam genitricem ipsius domini Lodouici regis positum haberetur, simulcum eodem fundamento nobis et nostris successoribus pro concambio domus nostre in dicta civitate Budensi, in vico media platea vocata[a] existente,[b] cui a parte aquillonis domus venerabilis patris domini Andree episcopi Waradiensis, a parte vero meridiei vicus strictus, a plaga autem occidentali domus Pipponis de Ozora, comitis Themesiensis vicinarentur, mediantibus litteris civitatis Novi Montis Pesthiensis exinde confectis dedissent et contulissent, ideo nos eandem domum nostram simulcum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet eidem corpori sancti Pauli ac dictis claustro sancti Laurentii fratribusque heremitis in eodem deo famulantibus pro concambio dicte domus eorum dedimus et contulimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendam et possidendam, assumentes et obligantes nos et nostros successores eosdem claustrum et fratres heremitas in pacifico dominio dicte domus nostre per nos eisdem tradite contra quoslibet impetitores iuris ordine mediante tam ecclesiasticorum, quam iudicum secularium in presentiis conservare propriis nostris et nostrorum successorum nostrorum[c] laboribus et expensis secundum usum et consuetudinem dicte civitatis ab antiquo observatam; ubi autem nos vel nostri successores ipsos fratres heremitas ac dictum claustrum in pacifico dominio dicte domus, ut premissum est, conservare non possemus vel non possent, extunc dictam domum eorum absque omni litigionali processu eisdem reddere et restituere teneamur et teneantur; e converso autem, si ipsi fratres heremite nos vel nostros successores in ipsa domo per nos, modo quo supra, pro concambio dicte domus nostre tradite conservare non valerent, extunc ipsi fratres heremite consimiliter dictam domum nostram sine requisitione alicuius iudicis nobis vel nostris successoribus reddere et restituere essent astricti. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras privilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas eisdem fratri-

bus heremitis duximus concedendas. Datum Bude, secundo die festi visitationis virginis gloriose anno domini millesimo quadringentesimo vigesimotertio.

[a] recte: vocato
[b] recte: existentis
[c] vocabulum superfluum.

826 Buda, 1423. aug. 25.

(Bude, f. IV. p. Bartholomei.) Nos Sigismundus... Hungarie... rex m. comm., quod Iohannes filius Dionisii de Lazthoch... nominibus et in personis nob. domine rel. condam Ladislai... bani de Losonch et Dionisii filii eiusdem Ladislai bani per modum protestationis et prohibitionis nobis significare curavit in hunc modum: Quod licet nonnulla iura... possessionaria et portiones possessionarie in possessionibus Kozaron et Kelenfwlde vocatis, in comitatu Pestiensi existentibus, habita et existentes, necnon quedam fundi curie in civitate nostra Budensi, ac in... Kelenfwlde site, ac nonnulle vinee in territorio... Budensis et Waradiensis civitatum existentes, ipsos de iure concernerent, tamen quidam huiusmodi iura eorum... pro seipsis usurpare et appropriare niterentur... cum tamen premissa bona simulcum aliis pluribus iuribus possessionariis in diversis regni nostri comitatibus habitis a condam Thoma de Thelekd, patre scilicet antelate domine in ipsos iure successionario forent redacta. Unde facta huiusmodi protestatione ipse... Iohannes nominibus antedictorum... prefatum condam Thomam de ipsa Thelekd a dissipatione et alienatione premissorum bonorum et iurium possessionariorum et quoslibet ab intromissione eorundem,... ac eadem sibiipsis apropriatione... quandocunque et quomodocunque factis vel fiendis prohibuit... coram nobis...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. mediocris tergo appressi. Bibl. Musei Nat. Transilv. Arch. famil. Bánffy nr. 199. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Bánffy I. p. 566.

827 Buda, 1423. sept. 29.

(Bude, LX. die oct. Iacobi.) Nos Nicolaus de Gara regni Hungarie palat. ac iudex Comanorum d. pro m., quod cum nos ob contradictoriam inhibitionem statutionis... possessionis Pardyw vocate, in comitatu Pestiensi existentis domini Dauid et Iacobus filii Nicolai filii Lachk de Zantho, necnon... Benedictus ep. ecclesie Boznensis... Ladislaum filium Lorandi de Palotha ad certum terminum contra se in causam convenissent et ipsa causa ab eodem certo termino... ad octavas festi epiphaniarum domini in anno M^mo CCCC^mo sedecimo preteritas[1] dilative devenisset, tandem ipsis octavis instantibus Sebastianus litteratus pro... dominis Dauid, Iacobo et Benedicto episcopo... rationem premisse contradictorie inhibitionis per annotatum Ladislaum assignari postularat coram nobis. Quo percepto Petrus filius Iohannis... pro ipso Ladislao... responderat..., quod in persona dicti Ladislai tempore premisse possessionarie recaptivationis pro eo facta fuisset prohibitio prenotata, quia... possessio Pardyw eidem Ladislao vigore instrumentali pertineret, que... in termino ulteriori ... exhibere... esset... paratus. Unde... iudicantes commiseramus..., ut annotatus Ladislaus universa litteralia instrumenta..., que haberet in premissis confecta in octavis festi b. Georgii[2]... exhibere teneatur coram nobis... Tandem ipsis octavis instantibus... Sebastianus litteratus pro... dominis Dauid et Iacobo, Lachk, necnon... Benedicto episcopo... volens dictam possessionem Pardyw nove regie donationis titulo eisdem pertinere debere declarare, litteras domini nostri Sigismundi... regis... patentes donationales... in festo... undecim millia virginum anno domini M^mo CCCC^mo quartodecimo... emanatas (Vide nr. 655, Sigismundus rex Hungariae 1414. oct. 21.) nobis presentarat... Quibus presentatis... procurator dictorum actorum premissa per annotatum Ladislaum exhibere litteralia assumpta instrumenta exhiberi postularat per eundem. Quo percepto Petrus de Zend pro annotato Ladislao ... premissis per ipsum Ladislaum exhibere assumptis instrumentis litteras capituli Budensis privilegiales... sabbato... ante festum b. Simonis et Iude apostolorum anno domini M^oCCC^mo sexagesimo sexto[3] emanatas nobis presentavit exprimentes, quod mag. Marthinus litteratus de Kemeeche ad ipsius capituli accedendo presentiam litteras domini Lodouici regis Hungarie in Themeswar anno domini millesimo CCC^mo sexagesimo sexto feria

sexta post festum b. Michaelis archangeli confectas[4] presentasset hunc tenorem continentes, quod mag. Iohannes dictus Treuthul miles (aule regie) et Franciscus frater eiusdem... factum possessionis ipsorum Pardyw vocate, in comitatu Pestiensi existentis procurare commisisset... magistro Martino litterato de Kemeche... ita..., quod cui et quibuscunque premissam possessionem Pardyw simulcum universis instrumentis super eadem possessione confectis venderet vel alienaret vice eorum persone, liberam vendendi vel alienandi committendo facultatem ratum se promittens habituros, quidquid per ipsum Martinum factum vel ordinatum fuerit in causis et factis possessionis Pardyw prenotate... Quibus perlectis idem mag. Martinus... confessus fuisset, quod... Iohannes et Franciscus ac ipse in personis ... Iohannis Threthewl et Francisci predictam possessionem Pardyw... cum suis utilitatibus universis... iure perpetuo... comiti Lorando civi Budensi et per eum suis heredibus (cum exp. caut.) ... pro quingentis fl. aureis... vendidisset... possidendam... Quibus presentatis ... procurator... Ladislai in causam attracti subiunxerat..., quomodo idem Ladislaus filius Lorandi per ipsum magistrum Nicolaum filium prefati Iohannis Threthel in suam expeditionem contra se... vellet evocari..., pro eo cum nos memoratum Nicolaum Trethel prefatum Ldislaum filium Lorandi expediturum contra eundem tribus vicibus evocari, quartoque et ultimo in tribus foris conprovincialibus... ad octavas festi b. Georgii... in anno domini M^mo CCCC^mo decimo nono[5]... nostram in presentiam publice fecissemus proclamari, ab eisdem octavis ipsa causa inter predictas tres partes... ad octavas festi b. Iacobi[6]... dilative devenisset, tandem ipsis octavis instantibus... Ladislaus filius Lorandi personaliter presente Sebastiano litterato, qui pro prescriptis actoribus... in nostri adherebat presentia ... ex parte nobilis domine Katherina vocate, filie prefati Nicolai Trethwl, in quam presens causa decesso ipso Nicolao Trethwl extitisset redacta, per nos in premissis iuris equitatem petierat impertiri. Quo audito Petrus Litteratus pro ipsa nobili domina Katherina... responderat..., quod ipsa... prefatum Ladislaum filium Lorandi in... possessione Pardyw expedire prompta esset..., nam... super eadem possessione Pardyw litteras haberet efficaces...; unde nos... causam ipsam inter annotatos actores ab una ac... Ladislaum filium Lorandi ab altera ad octavas festi b. Michaelis archangeli[7]... prorogantes commiseramus..., ut... domina Katherina filia prefati Nicolai Trethwl universas suas litteras... quas super facto... possessionis Pardyw haberet confectas in eisdem octavis coram nobis exhibere teneretur... A quibus... octavis... prefata causa... ultimatim ad... octavas festi b. Iacobi apostoli[8]... fuisset deducta, denique eisdem octavis advenientibus... Dauid banus personaliter, pro... Iacobo vayuoda et Benedicto episcopo Sebastianus litteratus... ab una, item prefatus Ladislaus personaliter a secunda, a tertia autem partibus... Petrus Cheh pro ... domina Katherina consorte sua... in figura nostri iudicii adherentes... ubi ipse Petrus Cheh in persona... sue consortis... litteras... capituli Budensis privilegiales... tertia feria ... ante purificationem virginis... anno domini M^mo CCC^mo quinquagesimo octavo emanatas[9] demonstravit explicantes, quod Nicolaus filius Myko de Bucri famulus et procurator magistrorum Iohannis, Ladislai, Nicolai et Francisci filiorum condam Nicolai dicti Treuthel... et comes Lorandus civis Budensis... coram ipso capitulo constituti idem Nicolaus de Bucri... fuisset confessus..., quod... domini sui... possessionem ipsorum Pardyw vocatam, in comitatu Pestiensi existentem, cum... suis... pertinentiis..., salvis iuribus alienis prefate ecclesie Budensis, servandam... usque diem redemptionis eiusdem (cum exp. caut.) predicto comiti Lorando pro quingentis fl. ... titulo impignorationis (dedisset) eo modo, quod iidem domini sui predictum comitem Lorandum vel suos successores in predicta possessione... usque diem redemptionis... ab omnibus inquietare volentibus... defendere... tenerentur; si autem in eadem conservare non possent, extunc similem possessionem in quantitate et qualitate ac utilitate ex eorum possessionibus, quas ad civitatem Budensem viciniores haberent, eidem Lorando vel suis successoribus utendam... dare... tenerentur. Quarum... litterarum exhibitionibus factis... cum nos... Dauid banum, item procuratorem... Iacobi vayuode et Benedictum episcopum super eo, si... ipsi aliquo litterali documento ac alia ratione probabili prefatam possessionem Pardyw antelati Pauli de eadem, ut assertum extitisset, comprobare possent, aut aliter iuri regio pertinentem esse declarare, valerent iuridice requisivissemus, iidem Dauid et Sebastianus hoc conprobare et declarare non valuerunt. Quibus sic habitis... licet... dominus noster rex Sigismundus... possessionem Pardyw nomine possessionis prefati Pauli de eadem et aliter antelatis Dauid bano, Iacobo vayuode et Benedicto episcopo nove sue donationis titulo... in perpetuum contulerat, tamen quia eandem possessionem Pardyw prefati filii Nicolai Trewthel nomine possessionis eorum primitus... comiti Lorando, patri ipsius Ladislai in pignus posuisse et tandem vendidisse,

eundemque Lorandum et suos heredes in dominio eiusdem conservare assumpsisse reperiebatur, propter quod... domine consorti... Petri Cheh, in huius verificationem, ut dicta possessio Pardyw prefati Iohannis filii Nicolai Trewthel, avi sui et fratrum ipsius Iohannis extitisset et eandem ipsi dicto Lorando de iure et de facto vendere valuisset iuramentum... deponendum imponi et adiudicari debebat et hoc... Dauid banus dictusque procurator memoratorum Iacobi vayuode et domini episcopi acceptaverunt, pro eo iudicantes commisimus..., ut... domina Katherina consors... Petri Cheh vigesimo quinto die festi b. Georgii[10]... coram capitulo ecclesie Quinqueecclesiensis quinquagesimo se nobilibus viris vel dominabus super eo, quod... possessio Pardyw contentiosa... Iohannem filium Nicolai Trewthel annotatosque fratres ipsius avi sui mero et sincero titulo perpetuitatis contigisset et ideo ipsi filii Nicolai Trewthel eandem possessionem... prefato Lorando de iure et de facto vendere valuissent, nec eadem aliquo modo iuri regio pertineat sacramentum prestare et dehinc ipsius iuramentalis depositionis seriem... eedem partes in litteris dicti capituli ad octavas dicti festi b. Jacobi[11]... nobis reportare teneantur, ut tunc inter ipsas tres partes id facere valeamus, quid dictaverit ordo iuris...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. minoris, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 58.974. (Arch. Mus. Nat. Hung. famil. Forgach.)

1 1416. jan. 13.
2 1416. maj. 1.
3 1366. oct. 24.
4 1366. oct. 2.
5 1419. maj. 1.
6 1419. aug. 1.
7 1419. oct. 6.
8 1423. aug. 1.
9 1358. jan. 30.
10 1423. maj. 18.
11 1423. aug. 1.

828 Buda, 1423. oct. 10.

(Bude, dom. p. Dionisii.) Nos Emericus filius vayuode de Marcel... universis... tributariis in... possessionibus et portionibus nostris possessionariis ubique in regno Hungarie existentibus... constitutis... Noveritis, quod nobis in personis religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. Marie virginis de Veteribuda conquestum extitit..., quomodo vos super omnibus rebus et ipsarum ad dictum claustrum pro usu earum deferendis ... et homines earum... tributum exigissetis et exigeretis de presenti; quare vestris dilectionibus... committimus, quatenus amodo deinceps nullum tributum, nullamque tributariam exactionem super prefatas dominas et homines sew familiares ipsarum recipere et exigi facere presumpmatis modo aliquali...

ORIG.: Chart. pap. cum sig. viridi impresso. Arch. Nat. Hung. Dl. 11.417. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 51. No. 29.)

829 Roma, 1423. oct. 20.

(Rome ap. s. Petrum, XIII. Kal. Nov., a. VI.) Valentinus Pauli, can. eccl. Waradien. ... custodiam, que... in eadem eccl.... existit, per obitum quondam Johannis de Buda... vacantem... extitit assecutus; dubitat... assecutionem huiusmodi... viribus non subsistere. Supplicat igitur (Martino pape V.), quatenus sibi de predicta custodia..., cuius fructus... centum fl. auri... valorem annuum non excedunt,... eidem (dignetur) providere...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 171., fol. 176^{v}-177. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. 10.656., p. 1647-1651. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 147., nr. 654.

830 Buda, 1423. oct. 28.

(Bude, in Simonis et Iude.) Sigismundus... Hungarie... rex... capitulo ecclesie Budensis... Dicitur nobis in personis Iacobi Gallici inhabitatoris civitatis nostre Budensis, ac Bartholomei, Nicolai et Sigismundi filiorum eiusdem, quod ipsi in dominium... duorum fundorum curiarum Michaelis filii Pauli, Andree filii Elie et Iohannis filii eiusdem de Felkezy in eadem habitarum, in comitatu Pilisyensi existentium, ipsis... impignoratarum... vellent introire. Super quo fidelitati vestre... mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Iohannes filius Mathie, vel Marcus filius Petri, sin Petrus Magnus, neve Mathias filius Ladislai de dicta Felkezy, aliis absentibus homo noster ad facies predictorum fundorum vicinis et commetaneis eorundem... inibi... convocatis et presentibus accedendo introducat prefatum Iacobum Gallicum et filios eiusdem... in dominium ipsorum, statuatque eosdem eisdem cum cunctis utilitatibus et pertinentiis... iure ipsis incumbenti possidendos, si non fuerit contradictum; contradictores vero, si qui fuerint, evocet ipsos contra eosdem nostram in presentiam... rationem contradictionis eorum reddituros...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. ecclesiae Budensis 1423. dec. 17. Arch. Nat. Hung. Dl. 11424. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 1727. No. 2.)

831 1423. nov. 4.

(III. die recaptiv./II. die Omn. sanct.)... Nicolao de Gara regni Hungarie palatino et iudici Comanorum... Capitulum ecclesie Budensis... Vestra noverit magnificentia, quod cum... receptis litteris vestris adiudicatoriis et iuxta earundem continentiam... unacum magistro Clemente Thaplan de Harazth... notario vestro de curia regia specialiter destinato ... magistros Andream de Buda pro parte rel. dominarum sanctimonialium de Insula leporum actricum, ac Michaelem de Galambok, socios et concanonicos nostros pro parte Michaelis filii Barnabe, Georgii dicti Thorkos et Michaelis Kun de Kwldo, item Georgii dicti Kwn, Johannis et Benedicti filiorum Blasii, Petri et Alberti filiorum Johannis, Sebastiani dicti Beke, Emerici filii Johannis, Gregorii filii eiusdem, Sebastiani dicti Barson, Benedicti Kun et Petri filii Nicolai de Gyuro alias de eadem Kwldo in causam attractorum ad ea, que in dictis litteris adiudicatoriis continentur peragenda pro testimonio transmisissemus, qui... nobis... retulerunt, quod ipsi secunda die festi omnium sanctorum[1] ad facies possesionum utriusque Kwldo vocatarum partium prescriptarum... commetaneis et vicinis... presentibus accessissent, et... metas earundem possessionum... iuxta demonstrationem... procuratoris... dictarum dominarum... reambularunt.... Quibus omnibus... in causam attracti in ipsorum ac Johannis filii dicti Sebastiani Barson personis contradixissent, eoque ... eundem Johannem filium dicti Sebastiani ad octavas f. Epiph.[2]... vestram in presentiam citavissent...

ORIG.: Chart pap. cum fragm. sig., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 11.429.

[1] 1423. nov. 2.
[2] 1424. jan. 13.

832 Csepreg, 1423. nov. 8.

(in Chepreg, VIII. omn. sanct.) Sigismundus... Hungarie... rex. Circumspecti et providi viri, fideles nostri dilecti ! Cum nos... taxam pecuniariam more et ad instar taxe anni preteriti a vobis tamquam ceteris civitatibus nostris... habere intendamus, ideo fidelitati vestre... mandamus, quatenus... convocata in unum tota communitate civium... ipsis... nostram intentionem... declarantes et ipsis verbo nostro... referentes, quod ipsi certos eorum concives de medio ipsorum eligendo deputare debeant, qui ad nostram serenitatem ex parte eorum cum plena potestate... veniendo super sumpma huiusmodi taxe ac termino solutionis eiusdem finaliter valeant nomine ipsorum concordare... Presentes... propter sigillorum nostrorum absentiam sigillo... domine Barbare regine consortis nostre ... fecimus consignari...

Extus: Circumspectis et providis viris iudici et iuratis civibus civitatis nostre Soproniensis, fidelibus nostris dilectis.

ORIG.: Chart. pap. cum sigillo secreto reginali subimpresso. In superiore margine Commissio propria domini regis not. canc. legitur. Arch. Civit. Soproniensis Dl. 635. (Sign. ant.: Lad. L., fasc. 6., nr. 194.) Arch. Nat. Hung. Filmotheca. - ED.: Házi: Sopron I/2. p. 253-254. - REG.: Házi: Sopron I/2. p. XXXI. et 253.

833 1423. dec. 17.

(XVI. die II. diei Andree.)... Capitulum ecclesie Budensis... Ad univ. not. h. s. v. pervenire, quod nos litteras... domini Sigismundi... Hungarie... regis statutorias... recepimus in hec verba: (Vide nr. 830. Sigismundus rex Hungariae 1423. oct. 28.) Nos enim mandatis... domini nostri regis... obedire cupientes... unacum... Mathia filio Ladislai de Felkezy... magistrum Georgium... concanonicum nostrum... pro testimonio transmisimus..., tandem iidem... nobis... retulerunt, quod ipsi tertio die festi b. Andree apostoli[1]... ad facies (quorundam duorum fundorum in dicta Felkezy habitorum[2])... accedendo... Iacobum Gallicum et filios eiusdem in dominium eorundem introduxissent et ipsis... titulo pignoris possidendos statuissent nullo penitus contradictore apparente...

ORIG.: Membr. cum plica et sig. de filo sericeo rubri coloris pend. Arch. Nat. Hung. Dl. 11424. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 1727. No. 2.)

[1] 1423. dec. 2.
[2] Vide in nr. 830. (Sigismundus rex Hungariae 1423. oct. 28.)

834 1423.

Frater Gregorius generalis locavit seu in feudum dedit domum de Chatka Budae existentem, ut patet in litteris Pauli Paldolff, iudicis Budensis[1] in Conservatorio de Chatka.

ORIG.: Desideratur. - REG.: Documenta artis Paulinorum I. p. 52.

[1] Vide nr. 824. Magistratus civitatis Budensis (1423.) jul. 3.

835 Buda, 1424. jan. 5.

(Bude, in vig. epiph.) Nos Sigismundus... Hungarie... rex m. c. per presentes, quod fidelis noster providus Georgius iudex nostre civitatis Veterisbudensis... in personis religiosarum dominarum sanctimonialium de Veteribuda... exhibuit nobis quasdam litteras nostras ... patenter emanatas... supplicans nostro culmini, ut... tenorem earundem in transscripto... ipsis dominabus dare dignaremur, quarum tenor talis est: (Sigismundus rex Hungariae 1412. jan. 7.) Nos igitur... supplicationibus prefati Georgii iudicis... nostre porrectis maiestati... exauditis... tenores earundem in transscripto... litterarum nostrarum eisdem duximus concedendos...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. impresso. Arch. Nat. Hung. Dl. 9856. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 26 No. 17.)

836 Buda, 1424. jan. 6.

(Bude, in f. epiph.) Nos... Sigismundus... rex Hung. m. comm...., quod fidelis noster providus Georgius iudex nostre civitatis Veterisbudensis... in personis rel. dom. sanctim. de Veteribuda..., exhibuit nobis... litteras nostras sub maiori sig.... patenter

emanatas..., supplicans..., ut easdem...nostris lit. similiter patentibus inseri...faciendo tenorem earundem in transscripto...ipsis dominabus dare dignaremur, quarum tenor talis est: (Sequuntur lit. Sigismundi regis Hung., Budae, 1410. mart. 22. in facto liberi fori rel. dom. de Veteribuda in possessione ipsarum Wyfalu vocatae, in diebus dominicis celebrari soliti emanatae.) Nos igitur supplicationibus prefati Georgii iudicis nominibus quibus supra nostre porrectis maiestati...exauditis, prefatas lit. presentibus lit. nostris...transsumpmi faciendo tenores earundem in transsumpto...eisdem duximus concedendas...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. sub textu impresso. Arch. Nat Hung. Dl. 9636. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 26. No. 16.)

837 Buda, 1424.mart.2.

(Bude, L. die oct. epiph.) Nos Nicolaus de Gara regni Hungarie palat. et iudex Comanorum d. pro m., quod causam, quam religiose domine sanctimoniales de Insula leporum ac Onofrius camerarius Budensis domini nostri regis, pro quibus Petrus Iaco ...comparuit contra Michaelem et Georgium dictos Kwn, Iohannem et Benedictum filios Blasii, Petrum, Albertum, Georgium et Iohannem dictos Nagzakalo, ac Sebastianum filium Beke nobiles de Koldo, ex quibus idem Iohannes filius Blasii pro se ...et pro aliis predictis ...comparuit, iuxta continentiam litterarum regalium inquisitoriarum et evocatoriarum super factis in eisdem contentis in octavis festi epiphaniarum domini[1] movere habebant coram nobis, de partium procuratorum voluntate ad octavas festi b. Georgii[2]...duximus prorogandam...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. minoris, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 11.490. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 56. No. 51.)

[1] 1424. jan. 13.

[2] 1424. maj. 1.

838 Buda, 1424. mart.8.

(Bude, XXIX. die oct. purif. virg.) Nos Nicolaus de Gara, regni Hungarie palat. et iudex Comanorum d. pro. m., quod causam, quam religiose domine sanctimoniales de Insula leporum et Onofrius de Bardy camerarius domini nostri regis, civis Budensis ac domina Magdalena...consors, necnon Iohannes et Leonardus filii eiusdem Onofry, pro quibus Petrus Iaco...astitit contra Michaelem et Georgium dictos Kwn, Iohannem et Benedictum filios Blasii, Petrum, Albertum, Georgium et Iohannem dictos Nagzakalo, ac Sebastianum filium Beke nobiles de Koldo, ex quibus idem Iohannes pro se...et pro aliis predictis ...comparuit, iuxta continentiam litterarum domini nostri regis inquisitoriarum et evocatoriarum super factis in eisdem contentis in octavis festi purific. virg.[1]...movere habebant coram nobis, de partium procuratorum voluntate ad octava festi b. Georgii[2]...duximus prorogandam...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. minoris, quo erat clausa. Arch.Nat. Hung. Dl. 11.491. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 43. No. 44.)

[1] 1424. febr. 9.

[2] 1424. maj. 1.

839 1424. mart. 27.

(XVI. die statut. / dom. Invocavit.) Nos Capitulum eccl. Budensis m. comm., quod cum nos receptis viri magnifici domini de Gara regni Hung. palatini et iudicis Comanorum adiudicatoriam formam sue iudiciarie deliberationis ac possessionarie divisionis in se

exprimentibus, iuxta earundem continentiam unacum Anthonio de Hernadfalwa notario et homine suo de curia regia ad hoc specialiter transmisso, nostrum hominem, vidl. magistrum Stephanum socium et concanonicum nostrum ad premissam iudiciariam commissionem eiusdem domini palatini perficiendam nostro pro testimonio transmisimus ..., qui... nobis retulerunt..., quomodo ipsi in dominica Invocavit[1] ad faciem possessionis Sykator, sive Harkyan nominate, in comit. Pestyensi existentis, convocatis commetaneis et vicinis, ipsisque David bano ac magistro Ladislao de Maglod, necnon altero Ladislao filio Lorandi de Palota presentibus accedendo, eandem possessionem...cum suis utilitatibus...in locis sessionalibus in tres partes rectas et equales hoc ordine divisissent: quod primo incepissent in ordine seu linea eiusdem possessionis a parte meridionali existente, in fine eiusdem linee a parte occidentali site una sessio iobagionalis, in qua Nicolaus Lannas annotato domino David bano, item penes eandem alia sessio iobagionalis, in qua Benedictus Kunchol, Ladislao de Maglod, tertia vero sessio similiter penes eandem, in qua Johannes filius Johannis dicti Cheh, prefato...David bano, due autem sessiones iobagionales, in quibus Blasius Vayda et Johannes Geheri simulcum alia deserta in medio ipsarum duarum sessionum site antelato Ladislao de Palota, preterea una sessio iobagionalis, in qua Andreas Farkas ipsi...bano, alia denique sessio iobagionalis, in qua Benedictus Elek...Ladislao de Maglod, adhuc una sessio populosa, in qua Valentinus dictus de Baranya resideret, semper penes sese simulcum duabus sessionibus desertis pro...Ladislao de Palota cessissent; demum autem in alia parte seu linea eiusdem sessionis a parte septemtrionali existenti incipiendo in fine eiusdem a parte orientali una sessio deserta simul cum alia sessione iobagionali penes eandem, in qua Johannes Zubor (resideret)...Ladislao de Maglod, preterea duas sessiones desertas penes eandem fune mensurando in tres partes sequestrassent, quarum duarum sessionum unam partem penes dictam sessionem Ladislao de Maglod, in qua dictus Johannes Zubor resideret, existentem...Ladislao de Maglod, aliam vero partem...David bano, necnon tertiam... Ladislao de Palota reliquissent; adhuc in eadem linea una sessio iobagionalis, in qua domina relicta Pauli parvi habitaret, ...Ladislao de Palota, aliaque sessio, in qua Laurentius villicus resideret, simulcum duabus sessionibus desertis penes eandem post sese existentibus...Ladislao de Maglod, item una sessio penes easdem sessiones desertas, in qua Paulus filius Galli habitaret, simul cum tribus sessionibus desertis penes eadem post se se omnino in dicto ordine seu linea existentibus...David bano cessissent in portiones perpetuo possidendas; terras arabiles, sylvas, prata trifarie inter ipsos dividendas; denique hiis peractis dictas duas sessiones iobagionales in dicto ordine seu linea meridionali eiusdem possessionis Harkyan seu Sykator antea in divisione predictis...David bano et magistro Ladislao de Maglod in...litteris...domini palatini conscriptas (!)...Ladislao filio Lorandi de Palota dedissent similiter perpetuo possidendas; postremum vero ex voluntate ipsarum partium terras vacuas a parte occidentali in fine linee seu ordinis eiusdem possessionis...a parte meridionali site pro collocandis iobagionibus...David bano, in alio vero fine eiusdem linee seu ordinis a parte orientali adiacentes...Ladislao de Palota, et in dicta alia linea seu ordine eiusdem possessionis a parte septemtrionali modo simili ipsas terras vacuas in fine eiusdem linee seu ordinis a parte orientali similiter pro collocandis iobagionibus pro...Ladislao de Maglod reliquissent ...perpetuo possidendas contradictione...partium sibi invicem et aliorum quorumlibet non obstante...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Nicolaus de Gara regni Hung. palatinus 1424. apr. 9. Arch. Comit. Komáromiesis (Komarno.) Vegyes perek 65. II. 8. - ED.: Alapi p. 37-39., nr. 34.

[1] 1424. mart. 12.

840 1424. mart. 29.

(XVI. die statut./F. III. p. Georgii) Capitulum Budensis eccl. Johannem filium Georgii Jakch de Kwsal et filios eius: Ladislaum et Georgium mandato Sigismundi regis Bude, 1424. mart. 12. emanato per Fabianum de Kowachy, hominem regium[1] presente Paulo chori prebendario, testimonio eiusdem capituli, in dominium medietatis possessionis Kyszantho in comit. Pilisiensi habitae, titulo pignoris introductos esse testatur.

ORIG.: Membr. cum plica sine sig. (iam deperdito). Arch. Mus. Nat. Transsilv. Arch. famil. Wesselényi nr. 62. -PHOTOCOPIA: Arch. Nat. Hung. Phototheca. - REG.: Tört. Tár XII. p. 279., 284.; Bártfai Szabó: Pest m. p. 148., nr. 600.

[1] Homines in mandato regio conditionaliter designati erant: Mathias filius Ladislai, Paulus Fodor, Andreas dictus Ormos de Kezy, Anthonius de eadem et Fabianus de Kowachy.

841 1424. apr. 4.

(F. III. p. Letare.) Nos Capitulum ecclesie Budensis m.comm., quod Andreas litteratus procurator religiosarum dominarum sanctimonialium de Veteri Buda...exhibuit nobis quasdam...litteras viri magnifici...Nicolai de Gara regni Hungarie palatini et iudicis Comanorum...petens nos, ut easdem...nostris litteris...patentibus transscribi...dignaremur ..., cuius...tenor talis est: (Vide nr. 420. Nicolaus de Gara palat. regni Hungariae 1405. maj. 6.) Nos petitiones...Andree litterati...iuri consonas agnoscentes pretactas...litteras ...nostris litteris...patentibus...transscribi (faciendo)...eisdem dominabus sanctimonialibus duximus concedendas...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. impressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 9037. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 9. No. 9.)

842 Diósgyőr, 1424. apr. 8.

(Dyosgywr, sab. a. Iudica.) Sigismundus...Hungarie...rex...iudici, iuratis et universis civibus civitatis nostre Cassoviensis...Licet nos nuper collectam seu census annuales utputa noningentos fl. auri, quibus circa festum b. Georgii martyris...venturum[1] maiestati nostre solvere estis obligati, magnifico Nicolao de Peren agazonum nostrorum regalium magistro et post hoc...eandem summam...Albrecht mercatori de Thoran solvi et extradari commiseramus, tamen...volumus et sicuti oretenus verbo nostro regio mandavimus, sic presentium serie...iniungimus, quatenus promissis nec obstante de predictis noningentis fl. auri quadraginta florenis, quos magistro Petro aqueductori nostro in Buda et sedecim florenos auri, quos pro conductura seu vectura rerum nostrarum versus curiam nostram Vissegradiensem persolvistis, defalcatis, sexingentos fl. auri strenuo militi Zavissio Nigro de Corbow, capitaneo de Liblyo et residuos ducentos quadragintaquatuor fl. memorato Albrecht...solvere...debeatur,...presentes autem ipsorum litteras...facta solutione premissa pro vestri expeditione pro vobis obtinendo...

ORIG.: Chart. pap. cum sig. secr. impresso. In superiore margine et sub sig. Commissio domini Benedicti prepositi Albensis not. canc. est scripta. Arch. civit. Cassoviensis (Kosice.) Coll. Schwartzenbachiana.) Lit. nr. 150. - ED.: Kemény: Tört. Tár 1895. p. 205-206.

[1] 1424. apr. 24.

843 Buda, 1424. apr. 9.

(Bude, XXVI. die oct. Cinerum. Litterae adiudicatoriae Nicolai de Gara regni Hung. palatini super possessione Sykator, alio nomine Harkyan vocatae.

In iudiciario processu per David filium Lachk de Zantho, pridem regni Sclavoniae banum contra Ladislaum filium Lorandi de Palota et alterum Ladislaum de Maglod moto, postremoque ad finem adducto...partes se ad pacis reformationem fiendam (per iudicem) transmitti postularunt, ...pro eo (dominus palatinus) amititiam Capituli Budensis litteratorie petierat, quatenus ipsorum mitterent hominem pro testimonio..., quo presente homo (eius) ad faciem...possessionis Sykator convocatis commetaneis et vicinis, ipsisque partibus... presentibus...accedendo, eandem cum suis utilitatibus partes inter easdem...divideret et cuilibet partium suam portionem metaliter distinctam statueret perempniter possidere...

Tandem in octavis diei Cinerum[1]...David banus..., item Ladislaus filius Lorandi de Palota et...Ladislaus de Maglod...litteras memorati capituli Budensis patentes memorabiliter confectas (coram iudice) demonstrarunt hunc tenorem continentes: (Vide nr. 840. Capitulum eccl. Budensis 1424. mart. 27.[2]) Quibus quidem litteris ipsius capituli memorabilibus presentatis...(dominus palatinus) ...prescriptam divisionem ipsius possessionis Sykator sive Harkyan...perfectam ratificans... reliquit prescriptis tribus partibus...iure eis ex premissis attinenti perpetuo possidere...auctoritate (sua) iudiciaria mediante...

ORIG.: Membr. cum plica et sig. de filo sericeo rubri et virid. col. pend. Arch. comitatus Komáromiensis (Komarno.) Vegyes perek 68. II. 8. - ED.: Alapi p. 39-59., nr. 36.

[1] 1424. mart. 15.

[2] Ceteras vero litteras in hoc processu per partes exhibitas vide sub nr.-is: 154. (Johannes de Kapla iudex curiae regiae 1393. jun. 4.); 670. (Petrus de Peren iudex curiae regiae 1416. mart. 6.); 676. (Nicolaus de Gara regni Hung. palatinus 1416. jun. 10.) et 823. (Sigismundus rex Hung. 1423. jun. 9.)

844 1424. apr. 12.

Magistratus civitatis Budensis - accepto regio mandato oretenus facto - piscatorum et piscium venditorum, necnon carnificum concivium suorum emptionem et mactationem piscium maiorum et venditionem eorundem in scamnis et mensis fori eiusdem civitatis fiendis, praesentibus Johanne praeposito Capituli eccl. Veterisbudensis, vicecancellario maioris cancellariae regiae maiestatis ac quampluribus aliis honorabilibus et egregiis viris, de consensu dictarum partium ordinat.

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Wladislaus II. rex Hung. 1514. aug. 5. Arch. civitatis. Mohács előtti gyüjt. (Coll. ante-Mohácsiana) nr. 9. - VERSIO: (Hung.) Bevilaqua Borsody: Budai és pesti mészáros céhek I. p. 37-40. - REG.: Id., ibid. p. 37. - COMM.: Id., ibid. p. 42-43.

Nos Petrus dictus Paldawff iudex Castri Nouimontis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis pro presentium et futurorum memoria sempiterna: Quod licet inter piscatores et piscium venditores, necnon carnifices concives nostros ratione emptionis et mactatione piscium maiorum et venditionis eorundem in scampnis et mensis fori in nostri medio fiendis hincinde litis materia suscitata fuerit, et iam pluribus elapsis annis et temporibus coram nobis diutius ventillata, et tandem in presentia serenissimi principis ac domini nostri gratiosi domini Sigismundi Romanorum ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc(etera) regis deducta extitit audienda; tamen nos, iudex et iurati prescripti, per commissionem propriam et firmum mandatum eiusdem regie serenitatis oretenus nobis exinde super eo factum, convocatis partibus predictis, visisque eorundem partium litteris regalibus, tenoribus etiam earum sane intellectis, in facto premisso emanatis, signanter tribus: una Lodouici regis, duabus vero prefati gratiosissimi domini nostri domini Sigismundi regis, in quibus siquidem litteris inter cetera eorundem regum decreta clare videbatur contineri, quod tam carnifices, quam piscium venditores usones et alios pisces magnos emendi et in scampnis aut mensis fori in nostri medio mactandi venditionique exponendi plenam et omnimodam habere deberent potestatem. Quapropter pro bono pacis et augmento communis boni, necnon utilitate Reipublice, etiam de mandato nostri domini regis nobis iniuncto, partes nostras summa cum diligentia interponendo, presentibus ibidem venerande dignitatis domino Johanne preposito ecclesie Veteris Budensis, vicecancellario maioris cancellarie iam dicte regie maiestatis Hungarie, ac quampluribus aliis honorabilibus et egregiis viris, de consensu dictarum partium, ymmo totius communitatis nostre, nullo contradictore apparente, talem inter partes predictas disposuimus, ordinavimus ac perpetuavimus pacis et concordie unionem: Quod tam carnifices, quam piscium venditores pisces manos emendi et in scampnis aut mensis fori in nostri medio mactandi venditionique exponendi, per fora in locis ad id aptis et deputatis, plenam et omnimodam habere debeant facultatem, adiectis

hiis moderaminum conditionibus, quod si carnifices et piscium venditores ad loca, ubi huiusmodi pisces magnos ad emendum reperierint simul et coniunctim pervenire contigerit, foro tamen adhuc per nullam partem peracto, finaliter et completo tunc tales pisces ambe partes concorditer emere et amicabiliter inter se dividere debeant et teneantur. Sed si carnifices absentibus piscium venditoribus et e converso piscium venditores absentibus carnificibus tales pisces ubivis in dictis locis comparaverint, eosdem pisces huiusmodi emptores ad propriam venditionem et utilitatem recipere valeant et habere, nec venditores piscium cum carnificibus, neque carnifices et piscium venditores cum extraneis in venditione piscium in una stare valeant societate. Pisces autem tam salitos, quam vivos, tam etiam parvos quam magnos, qui per mercatores forenses adducti fuerint, non prius, nisi elapsis tribus diebus et dictis piscibus per eosdem venditioni expositis predicti piscium venditores aut carnifices nostri concives non debeant, neque presumant ab eisdem mercatoribus sew piscatoribus forensibus comparatis sub pena amissionis eorundem et ultra ad arbitrium iudicis et iuratorum civium pro tempore existentium talibus infligenda, piscatores vero in suburbio Castri predicti commarantes, iuxta litteras regias, servitia sua eidem regie serenitati in amministratione piscium iugiter continuando sine negligentia se debeant conservare, qui etiam pisces magnos et parvos in scampnis et mensis ac capisteriis, pisces per eosdem dumtaxat captos, in nostri medio mactandi et vendendi habeant facultatem. Ubi vero prefati piscatores in emptione et venditione maiorum piscium ultra pisces per eos captos reperti fuerint, tunc huiusmodi pisces empti per iudicem et iuratos cives pro tempore existentes recipiantur ab eisdem, insuper unius marce argenti fini pena puniantur. Hoc etiam incluso, quod nec piscatores, nec venditores piscium neque carnifices aliquos pisces ab hac civitate alias causa venditionis educere presumant, nec sint ausi modo aliquali. Assumpserant nichilominus hincinde memorate partes sub bona fide, sine dolo et fraude pro se ac suis heredibus prescripte nostre ordinationi, pronuntiationi et perpetuationi firmiter stare, obedire et in nullo contravenire, sed omnia rata, grata atque firma inviolabiliter observare sub pena regie serenitati centum marcarum argenti fini, iudici et iuratis civibus pro tempore existentibus quinquaginta marcarum argenti, parti vero premissam ordinationem observanti similiter quinquaginta marcarum argenti irremissibiliter persolvendis. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam, presentes nostras litteras alphabeto intercisas, sigillique nostri munimine roboratas ad petitionem partium predictarum eisdem partibus duximus concedendas, promittentes privilegialibus nostris litteris confirmare, dum eedem in specie fuerint reportate. Datum feria quarta proxima ante dominicam Ramispalmarum, anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo quarto.

845 Roma, 1424. maj. 17.

(Rome ap. s. Apostolos, XVI. Kal. Jun.) Beatissime pater! (Martinus papa V.) Vacante archidiaconatu Zaladiensi in eccl. Vesprimiensi...ac canonicatu et prebenda in eadem..., Sigismundus Romanorum et Vngarie rex ad eosdem archidiaconatum canonicatumque et prebendam...Emericum natum Synka de Sebes ex utraque parte de genere nobili procreatum clericum Agriensis dioc. vicario ecclesie predicte...presentavit.... Dubitat autem dictus Emericus...dictas presentationem...et provisionem...viribus non subsistere; quare supplicat..., quatenus presentationem...et provisionem antedictas omniaque alia inde secuta grata et rata habendo...de eisdem archidiaconatu, canonicatu et prebenda...quorum...fructus...centum septuaginta duorum fl. auri...valorem annuum non excedunt, eidem dignemini...de novo providere, non obstante, quod obtineat canonicatum et prebendam ecclesie Budensis, cuius fructus viginti fl. similium...valorem annuum non excedunt...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 173., fol. 178-178^{v}. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. nr. 10. 656., p. 1858-1859. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 139-160., nr. 742.

846 Visegrád, 1424. maj. 22.

(In Vissegrad, f. II. a. Urbani.) Nos Sigismundus...rex...Hungarie...m. comm...., quod nos...prelatorum et baronum ac procerum nostrorum consilio prehabito castrum nostrum Buyak...cum villis, tributis ac universis pertinentiis..., item castrum nostrum Zonda...pridem per notam infidelitatis Jacobi fil. Johannis filii Dominici de Paztoh ...(ad nostras manus devolutum, in comit. Newgradien. habitum) similiter cum villis..., necnon possessionem Agard (in comit. Neogradien.) per defectum seminis condam Stephani de Galsa ad nos devolutam; item poss. Bodogazzonhathwana...alias Nicolai fil. Stephani de Wayda per nostram maiestatem donatam et tandem...ad nos rursum redactam in Pestien. comit.; - item possessiones nostras Almas, Zambok populosas ac Raby et Zenthegyed desertas in comit. Pestien., necnon possessiones Euch, Taas, Terebes et Roznok (in comit Hevesujv.), ac Samsonhaza cum loco castri Feyerkw...ac portionem possessionariam in Kazar...et possessionem Zewres (in comit. Agrien.)..., quas quondam Andree litterato alias de Tethen ea ratione, ut in casu, quo eidem Andree litterato alias possessiones consimiles assignaremus, easdem nobis resignare tenetur, contuleramus, que tandem per ipsum Andream pro castro Kapi vocato in comit. de Saros existenti, per defectum seminis quondam Osualdi Paharas in nos devoluto eidem Andree assignato nobis existunt restitute; - item universas tricesimas nostras in quibuscunque locis...habitas et exigi solitas... domine Barbare...consorti nostre...ad tempora vite sue, eadem tamen sub nomine nostro viduitatem conservante, prout...etiam prius...vigoreque aliarum litterarum nostrarum exinde confectarum ipsa castra et possessiones ipsorum et earum pertinentias et utilitates, necnon tricesimas...simulcum quibusdam aliis nostris castris ac civitatibus, opidis, possessionibus et villis in regno nostro Sclavonie et ultra fluvium Drave situatis..., necnon ...ipsorum et earum pertinentiis, item universis mardurinis in...regno nostro Sclavonie ac in comit. de Werewcze et de Posega dicari et exigi consuetis sub eadem conditione sibi donatis et nunc per nos certis...de causis pro aliis castris et eorum tenutis...eidem domine regine etiam modo premisso noviter collatis manibus nostris regiis reapplicatis...dedisse dinoscimur...denuo et ex novo...dedimus tenenda...et habenda salvo iure alieno...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Sigismundus rex Hung. 1424. aug. 27. Arch. Nat. Hung. Dl. 39.285. (Sing. ant.: Wien. Staatsach. Hung. ad matrimonialia.) - ED.: Wenzel: Borbála és Erzsébet királynék... M. Tört. Tár XII (1883.) p. 279-280. - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 149-150., nr. 601. (Sub dat. 1424. maj. 20.)

847 Buda, 1424. maj. 25.

(Bude, in f. Urbani.) [N]os Albertus...dux Austrie marhioque Morauie; item prelati, barones, milites et nobiles regni Hungarie[1]...m. comm..., quod nos...non coacti, sed voluntarie...credentes, id ad huius regni Hungarie et omnium aliorum regnorum atque partium ipsius ditioni subiectorum...utilitatem proficuum fieri...donationi...per... dominum...Romanorum...ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc(etera) regem... domine Barbare eorundem regnorum regine, consorti sue..., de castris suis regiis, ad coronam regni Hungarie...spectantibus, ac eorundem tenutis et pertinentiis...; item modo simili collationi ciuitatum ac oppidorum..., scil. civitatis Veteris Budensis, cum suo castro et villis sancti Jacobi ac Kelenfewlde vocatis, et tributo in eadem villa sancti Jacobi habito, item Insule magne Chepel nuncupate iuxta Budam site, simulcum universis villis et possessionibus, intra et extra eandem Insulam existentibus, et signanter Dempsed, Gubach, Zenth Lewryncz, Harazth et Zenth Dyenes in Pestiensi (comitatu)...habitis...; item possessionum Teten et Gardon appellatarum..., necnon possessionum Sary et Kerekeghaz, ac portionum possessionariarum in possessionibus Pechel et Gwmerew habitarum...per defectum seminis condam Sigismundi Hertel ciuis Budensis...ad manus...domini nostri regis...et per ipsum ...domine regine deventarum..., que...omnia...mediantibus...suis prioribus litteris eidem nostre regine donata fuere..., prout et quemadmodum in litteris...domini nostri regis novissime sub secreto sue serenitatis sigillo patenter emanatis...coram nobisque specietenus exhibitis, per singula inscripta sunt et specificate existunt, intefuimus, et omnia prescripta de nostris consilio, scientia et deliberatione processisse et facta fuisse ac esse dicimus, asserimus et profitemur...

ORIG.: membr., de qua 26 sigilla pendebant, ex quibus 18 adhuc habentur. H.H.u. Staatsarch. Wien. Ad matrimonialia. - ED.: Wenzel: Borbála és Erzsébet királynék. M. Tört. Tár XII (1883) p. 281-285., nr. III.

[1] Scil. consiliarii regis.

848 Buda, 1424. jun. 6.

(Bude, XLIV. die Georgii.) Nos comes Stephanus Kompolth de Nana iudex curie domini Sigismundi...Hungarie...regis...d.pro m., quod causam, quam religiose domine sanctimoniales de Insula leporum ac Onofrius de Bardy camerarius Budensis, pro quibus Petrus Iaco...astitit contra Michaelem et Georgium dictos Kwn, Iohannem et Benedictum filios Blasii, Petrum, Albertum, Gregorium et Iohannem dictos Nagzakalus, ac Sebastianum filium Beke nobiles de Koldo, ex quibus idem Iohannes pro se...et pro aliis...comparuit iuxta continentiam litterarum nostrarum prorogatoriarum super factis in litteris domini nostri regis inquisitoriis et evocatoriis contentis in octavis festi b. Georgii[1]...movere habebant coram nobis, de partium voluntate ad octavas festi b. Michaelis archangeli[2]... duximus prorogandam...

In dorso: Pro religiosis dominabus sanctimonialibus de Insula leporum et Onofrio de Bardy, camerario Budensi, contra Michaelem et Georgium dictos Kwn de Koldo et alios intrascriptos ad octavas festi b. Michaelis archangeli[2]. Prorogatoria.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. minoris,quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 11.519. (Sign. ant.: Mon. Posoп. Fasc. 50. No. 16.)

[1] 1424. maj. 1.

[2] 1424. oct. 6.

849 Buda, 1424.jun.12.

(Bude, L. die Georgii.) Nos Nicolaus de Gara regni Hungarie palat. et iudex Comanorum d. pro m., quod causam, quam religiose domine sanctimoniales de Insula leporum et Onofrius Bardy camerarius domini...regis, civis Budensis, pro quibus Petrus Iaco...astitit contra Michaelem et Georgium dictos Kwny, Iohannem et Benedictum filios Blasii, Petrum, Albertum, Gregorium et Iohannem dictos Nagzakalo, ac Sebastianum filium Beke nobiles de Koldo, ex quibus idem Iohannes pro se...et pro aliis predictis...comparuit, iuxta continentiam litterarum nostrarum prorogatoriarum super factis in litteris domini... regis inquisitoriis et evocatoriis contentis in octavis...b. Georgii[1]...movere habebant coram nobis, de partium procuratorum voluntate ad octavas festi b. Michaelis archangeli[2] ...duximus prorogandam...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. minoris,quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 11.518. (Sign. ant.: Mon. Posoп. Fasc. 48. No. 26.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 150., nr. 602.

[1] 1424. maj. 1.

[2] 1424. oct. 6.

850 Buda, 1424. jun. 15.

(In Viti et Modesti.) Stephanus...Rascie despotus...universis et singulis nostris vicecomitibus, castellanis, tributariis et quibusvis officialibus ac familiaribus, necnon vices vestras gerentibus...Cum...fratres...ordinis s. Pauli primi heremite in claustro beati Laurentii martiris supra Budam fundato degentes sales per elemosinariam largitionem...

domini Sigismundi regis Hungarie...assignatos vel assignandos pro usu et victu...fratrum ad generale capitulum ipsorum apud sanctum Laurentium supra Budam singulis annis congregandorum necesse habent singulis annis deduci facere versus Budam aut alias, ubi ipsos sales vendere possint...; igitur vestris fidelitatibus...mandamus..., quatenus... amodo in antea quotiescunque et quandocunque prefati fratres per se vel per suos homines aut alios quosvis ipsos sales portando vel conducendo ad vestra tenuta, tributa, domicilia vel officia pervenerint, extunc...ipsos unacum personis et bonis eorum...sine omni exactione tributi aut alicuius muneris vel doni abire permittatis, imo si necesse fuerit, conducere, protegere et defendere debeatis...

ORIG.: Membr. cum fragmento sig. annularis rubri coloris impressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 11.375. - REG.: Zákonyi: Századok 45(1911) p. 699.

851 Buda, 1424.jun.29.

(Bude, LX. die oct. Georgii.) Nicolaus de Gara regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum...Capitulo ecclesie Budensis...Noveritis, quomodo religiose domine sanctimoniales claustri...b. Virginis de Veteribuda predium, seu possessionem Kerwa vocatam, comit. Strigoniensis, ad cuius dominium se...statui facere voluissent, a Michaele dicto Zwdar, ac Ladislao dicto Angyal, filio Mathei, civibus Strigoniensibus, Jacoboque litterato incola Budensi, in presentibus octavis f. b. Georgii mart.[1] iuxta deliberativam sententiam domini...regis Sigismundi cum suis baronibus exinde factam reoptinuerunt, quam serenitas ...domini...regis dictis sanctimonialibus...decrevit fore statuendam; super quo vestram amititiam...petimus..., quatenus vestrum mittatis hominem..., quo presente magister Georgius de Baronya homo noster de curia regia...destinatus, ad faciem ipsius possessionis seu predii Kerwa convocatis commetaneis et vicinis suis accedendo, statuat ipsam prescriptis sanctimonialibus de Veteribuda...perpetuo possidendam, contradictione prefatorum Michaelis, Ladislai et Jacobi ac aliorum non obstante...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: a) Capitulum ecclesiae Budensis 1424. jul.11. Arch. Nat. Hung. Dl. 11.523. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 3. No. 17.); b) (sensualiter et sine dato): Nicolaus de Gara regni Hung. palatinus 1424. jun.29. Arch. Nat. Hung. Dl. 11.459. In dorso Adiudicatoria super predium Kerwa adnot. est scripta. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 3. No.18.)

[1] Maj. 1.

852 1424. jul. 11.

(III. die statut. /dom. a. Margarethe.) Nicolao de Gara regni Hungarie palatino et iudici Comanorum...Capitulum ecclesie Budensis...Vestra noverit magnificentia, quod nos litteras vestras statutorias nobis...directas recepimus in hec verba: (Vide nr. 851 Nicolaus de Gara regni Hung. palatinus 1424. jun. 29.) Nos igitur...unacum magistro Georgio de Baronya, homine...de curia regia per vos destinato...magistrum Georgium...concanonicum nostrum... duximus destinandum, qui...nobis...retulerunt, quod ipsi die dominica...a. f. b. Margarethe[1]...ad faciem...possessionis seu predii Kerua vocate vicinis et commetaneis eiusdem inibi...presentibus accedendo, premissam possessionem seu predium...sanctimonialibus de Veteribuda iure eis attinenti, contradictione...Michaelis, Ladislai[2] et Jacobi[3] ac aliorum...non obstante, perpetuo possidendam statuissent...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. tergo appressi. Arch.Arch.Nat. Hung. Dl. 11.523. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 3. No. 17.) - TRANSCR.: (sensualiter et sine dato) Nicolaus de Gara regni Hung. palatinus 1424. jun.29. Arch.Nat.Hung. Dl. 11.459. In dorso Adiudicatoria super predium Kerwa adnot. est scripta. (Sign. ant.: V. Buden. Fasc. 3. No.18.

[1] Jul. 9.

[2] Civium Strigoniensium. (Vide nr. 851. Nicolaus de Gara regni Hung. palat. 1424. jun. 29.

[3] litterati, incolae Budensis. (Vide Lit. sub. not. nr. 2. cit.)

853 Buda, 1424. jul. 16.

Cum canonici praepositurae s. Stephani prothomartiris de castro Strigoniensi, item subcustos ac rector officii defunctorum ecclesiae kathedralis Strigoniensis praetextu non solutionis reddituum cuiusdam domus in civitate Budensi existentis, alias per Iohannem archiepiscopum Strigoniensem condam Francisco Bernaldi in perpetuum feudum locate, Paulum filium ipsius Francisci et Anthonium filium eiusdem Pauli, inhabitatores Budenses, in praesentiam iudicis et iuratorum civium Budensium in causam attraxissent, et ipsa causa ex appellatione in causam attractorum in praesentiam Petri filii Henrici de Brezewycz, magistri tavarnicorum regalium deducta extitisset, tunc 1424. jun. 27. Thomas custos et can. dictae ecclesiae s. Stephani prothomartiris pro praefatis actoribus coram dicto iudice comparendo praedictos redditus et census per praedictos in causam attractos reddi postulavit. Quo audito preafati Paulus et Anthonius responderunt: se nullos redditus et proventus ipsius domus dare et solvere velle eo, quod nulla bona ipsius Francisci Bernaldi in ipsos forent devoluta. Quibus sic habitis cum idem mag. tavarn. dictos actores in dominium eiusdem allodii ipsius Francisci inter civitatem Budensem et villam Nyek existentis statui facere voluisset, tunc in persona magistri Iohannis, filii condam Ladislai bani de Galgoch, contradictio facta extitisset, quam ob rem ipsum suam evocasset in praesentiam contra actores praenotatos, qui tandem dicto magistro tavarnicorum regalium et Budensis, Albensis et Pestiensis civitatum regalium iudicibus et iuratis civibus, suis scil. assessoribus respondit se tempore statutionis praescripti allodii pro eo prohibitione usum fuisse, quia ipsum allodium simulcum prato et terris arabilibus ad idem annexis, demptis domo lapidea et orto ibidem habitis, apud ipsum pro pignore haberetur et in horum verborum suorum corroborationem quasdam litteras praefati Francisci Bernaldi 1416. maj. 1. confectas dictis iudicibus praesentavit (vide nr. 675.), in quorum contrarium praefatus procurator dictorum actorum litteras iudicis et iuratorum civium castri novi montis Pestiensis 1396. febr. 24. privilegialiter editas habentes in se confirmative series aliarum litterarum iudicis et iuratorum civium Budensium 1393. sept. 30. patenter confectarum suo iudiciario examini exhibuit (vide nr. 160.). Quibus praesentatis praefatus procurator dictorum actorum ipsis per iudicem in praemissis iudicium fieri postulavit. Quo facto memoratus mag. tavarn. regalium praedictarum partium in dictis litteris contenta iura examinando et suorum assessorum assumpto consilio praedictum allodium cum suis pertinentiis inseparabile et indivisibile adiudicans commiserat, ut homo suus, praesentibus duobus iuratis civibus Budensibus, dictum allodium eatenus, quemadmodum condam Kunchlinus possedisset, cum omnibus utilitatibus ac antelata domo censuali iuxta collocationem et dispositionem condam Iohannis archiepiscopi dictis actoribus per eosdem pro percipiendis dictis censibus collocandum statueret perpetuo possidendum. Praefatus autem Iohannes filius Ladislai bani de huiusmodi iudicio non contentus deliberationem praemissorum discussioni et determinationi domini regis, praelatorumque suorum per dictum magistrum tavarnicorum regalium transmitti postulabat. Hiis itaque habitis praefatus dominus rex unacum praelatis et baronibus, ac magistris et iuris peritis sedis suae iudiciariae praedictam ipsius magistri tavarnicorum regalium iudiciariam commissionem - ipso astante - quoad omnes articulos et clausulas eiusdem rite et legitime factam fore fuisse reperit et cognovit, ideo ex personali mandato sibi oretenus facto praedictum predium simulcum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis ad dictam domum adiungendo, cum eadem domo dictis actoribus adiudicando, per magistrum Demetrium de Zalok vices suas gerentem, Ladislaumque de Erd et Benedictum Bator, cives Budenses, eisdem statuisset actoribus contradictione praefati Iohannis, filii Ladislai bani, non obstante.

ORIG.: Membr. cum plica et filo sericeo coerulei coloris sig. pend. iam deperditi. In dorso manu saec. XVI. Ista littera sonat contra canonicos de Aquis Calidis superioribus Budensibus, hic questiones meliores adnot. est scripta. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 53., fasc. 2., nr. 3. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - TRANSCR.: Capit. ecclesiae Strigoniensis 1694. oct. 15. Arch. Nat. Hung. Dl. 87.002. (Arch. famil. Eszterházy, Budapest) - REG.: Csánki: Századok 40(1906) p. 693-694.; Bártfai Szabó: Pest m., p. 150., nr. 605.

Nos Petrus filius Henrici de Brezewycz, magister tauarnicorum excellentissimi et magnifici principis domini Sigismundi dei gratia Romanorum regis semper augusti, ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie et(cetera) regis, necnon comes Scepusiensis memorie commendantes tenore presentium significamus quibus expedit universis: Quod cum discreti viri canonici ecclesie sancti Stephani prothomartiris de castro Strigoniensi, item subcustos ac altarista, seu rector officii defunctorum ecclesie kathedralis Strigoniensis pretextu plenarie non solutionis reddituum vulgo purgrehth dicti domus in civitate Budensi existentis, alias per reverendissimum in Christo patrem dominum Iohannem archiepiscopum Strigoniensem condam Francisco Bernaldi in perpetuum feudum tradite et locate Paulum filium ipsius Francisci et Anthonium filium eiusdem Pauli habitatores Budenses servata legitimi processus forma litigionarii in presentiam iudicis et iuratorum civium Budensium in causam attraxissent, et ipsa causa partium ex appellatione ipsorum in causam attractorum nostram in presentiam deducta extitisset examinanda et terminanda. Tandem nobis unacum eisdem iudice et iuratis civibus Budensibus, plerisque aliis idoneis viris feria tertia proxima post festum navititatis beati Iohannis baptiste[1] pro tribunali sedentibus, Thomas custos et canonicus dicte ecclesie sancti Stephani prothomartiris pro prefatis actoribus cum procuratoriis litteris capituli ecclesie Strigoniensis nostram veniens in presentiam, predictos redditus et census per prefatos in causam attractos reddi postulavit coram nobis. Quo audito prefati Paulus et Anthonius personaliter exurgentes responderunt tali modo: Quod ipsi nullos redditus et proventus ipsius domus dare et solvere vellent, eo quod nulla bona ipsius Francisci Bernaldi tam hereditaria, quam alia in ipsos forent devoluta, ymmo si que essent, sicuti prius ex ammonitione domini vicarii Strigoniensis litteratorie ipsis facta renuntiassent et renuntiarent de presenti omne ius et perpetuitatem, quod et quam in eisdem haberent, vel habere sperarent, eisdem renuntiando. Quibus sic habitis, cum nos dictos actores in dominium eiusdem allodii ipsius Francisci inter civitatem Budensem et villam Nyek existentis per modum iuridicum statui facere voluissemus, tunc in persona magistri Iohannis filii condam Ladislai bani de Galgoch contradictio facta extitisset, quare ipsum nostram in presentiam evocassent contra actores prenotatos. Tandem nobis sabbato proximo ante festum visitationis virginis gloriose[2] cum dictis Budensis, item Albensis et Pestyensis civitatum regalium iudicibus et iuratis civibus, aliisque circumspectis viris iuris peritis vice iterata pro tribunali sedentibus, prefatus procurator dictorum actorum nostram veniens in presentiam rationem premisse contradictorie inhibitionis statutionis dicti allodii et eiusdem utilitatum assignari postulavit per magistrum Iohannem antedictum. Quo audito ipse magister Iohannes personaliter exurgens respondit ex adverso, quod in sua persona tempore statutionis prescripti allodii suarumque utilitatum pro eo prohibitio facta fuisset prenotata, quia ipsum allodium simulcum prato et terris arabilibus ad idem annexis, demptis domo lapidea et orto ibidem habitis, apud ipsum pro pignore haberetur et ibidem in horum verborum suorum corroborationem quasdam litteras sub una tantum impressione sigilli viridei[a] cere aliis duobus sigillis apponendis hinc inde loca habentes prestolata emanatas, hunc tenorem continentes nobis curavit presentare: (Vide nr. 675. Franciscus Bernaldi 1416. maj.1.) In quarum contrarium prefatus procurator dictorum actorum litteras iudicis et iuratorum civium castri novi montis Pestyensis feria quinta proxima post dominicam Invocavit anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo sexto[3] privilegialiter editas (vide nr. 204. 1396. febr. 24.) habentes in se de verbo ad verbum transsumptive et confirmative series et continentias aliarum litterarum iudicis et iuratorum civium Budensium in crastino festi sancti Michaelis archangeli anno domini M^mo^ trecentesimo nonagesimo tertio[4] patenter confectarum nostro iudiciario examini exhibuit, in cuius littere patentis tenore habebatur (Vide nr. 160). Quibus presentatis prefatus procurator dictorum actorum eisdem per nos in premissis iudicium fieri postulavit. Unde licet prefatus Franciscus Bernaldi in dicto anno domini M^mo^ quadringentesimo sexto decimo[5] prata et terras arabiles ad dictum allodium spectantes memoratis Ladislao et Emerico banis, ac Iohanni et Stephano filiis eiusdem Ladislai ac eorum heredibus pro dictis ducentis florenis auri in pignus posuerit, ipsasque litteras impignoratitias cum appositione sigillorum dictorum dominorum iuratorum civium, quorum nomina in eisdem litteris continentur, munire assumpserint, tamen quia in predicto anno domini millesimo trecentesimo nonagesimo tertio[6] prefatus dominus Iohannes archiepiscopus in presentia iudicis et iuratorum civium Budensium comparendo dictam domum eidem Francisco Bernaldi, suisque successoribus sub eo conditionis articulo, ut ubi prefatam domum per negligentiam possessorum eiusdem, seu ignis voraginem, aut alio quocunque casu fortuito desolari contingeret adeo, quod predicti proventus exinde comodose porrigi

non possent, extunc memoratus Franciscus, aut sui posteri defectum huiusmodi de proventibus dicti allodii, seu predii supplere tenerentur collocationis contractum et compositionis cum predicto Francisco exinde habendo, idemque Franciscus a die collocationis ipsius domus ipsam domum sub predicte conventionis articulo et onere solutionis redditus eiusdem vita sibi comite servasse et possedisse, et redditus predictos exinde singulis annis efficaciter persolvisse, eaque propter predictum pratum et terras arabiles dicti allodii post predictam collocationem ipsius domus et annexionem ipsius allodii, ad solutionem reddituum dicte domus factam alienare, distrahere et impignorare non potuisse, quod semper et in evum ad supplementum defectus solutionis reddituum dicte domus vulgo purgrehth dicti attinere debere ex preassumptarum litterarum civium Budensium continentiis reperiebatur manifeste; pro eo assumpto consilio et quesito eorundem assessorum nostrarum sedium iudiciariarum, predictum allodium simulcum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet inseparabilem et indivisibilem[b] esse adiudicantes commiseramus eomodo, ut homo noster, presentibus duobus iuratis civibus Budensibus dictum allodium eatenus, quemadmodum condam Kunchlinus tenuisset et possedisset, cum omnibus suis utilitatibus ac antelata domo censuali iuxta collocationem et dispositionem memorati condam domini Iohannis archiepiscopi, dictis actoribus per eosdem iuxta libitum eorum voluntatis pro percipiendis dictis censibus collocandum statueret perpetuo et irrevocabiliter possidendum, tenendum et habendum. Mox prefatus Iohannes filius Ladislai bani de ipso nostro iudicio non contentus deliberationem premissorum discussioni et determinationi predicti domini nostri regis, prelatorumque et baronum suorum per nos transmitti postulabat, cuius petitionibus acquiescentes predictam causam cum adiudicatoria sua serie in presentiam eiusdem domini nostri regis personalem transmiseramus. Hiis itaque habitis prefatus dominus noster rex personaliter unacum prelatis et baronibus, ac magistris et iuris peritis sedis sue iudiciarie pro tribunali sedentibus predictam nostram iudiciariam commissionem nobis astantibus hinc inde vario modo et articulariter vertendo, numerando et ipsarum partium iura examinando, quia eandem quoad omnes articulos et clausulas eiusdem rite et legitime factam fore fuisse reperit et cognovit, ideo nos ex personali mandato sue maiestatis nobis oretenus facto et intimato, predictum predium cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis premissis ad dictam domum adiungendo, simulcum eadem domo dictis actoribus in perpetuum adiudicando et commitendo per nobilem virum magistrum Demetrium de Zalok vices nostras gerentem, Ladislaumque de Erd et Benedictum Bator, dictos cives Budenses, ordine quo supra, eisdem statuissemus actoribus, contradictione prefati Iohannis filii Ladislai bani, ac aliorum quorumlibet non obstante, salvo iure alieno. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras privilegiales pendentis sigilli nostri autentici munimine roboratas eisdem actoribus duximus concedendas. Datum Bude predicta, sedecimo die termini prenotati, anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo quarto.

[1] 1424. jun. 27.

[2] 1424. jul. 1.

[3] 1396. febr. 24.

[4] 1393. sept. 30.

[5] 1416.

[6] 1393.

[a] recte: viridis

[b] recte: inseparabile et indivisibile

854 1424. aug. 8.

(VI. Idus Aug.) Sigismundus... Hungarie... rex... ad univ. not. h. s. volumus pervenire, quod... dominus Petrus de Rosgon, ep. ecclesiae Weszprimiensis... exhibuit nobis quoddam privilegium nostrum... tenores... quarundam duarum litterarum, unius vidl. condam domini Andree regis Hungarie super facultate parandi foliatum pro exigendis decimis vinorum in civitate Budensi episcopo ecclesiae Weszprimiensis pro tempore constituto proveniendis[1], et alterius nostrae patentis, tenorem cuiusdam litterae olim domini Ludovici

regis, patris et praedecessorum nostrorum... super intromissione, depositione et venditione seu propinatione vinorum decimalium episcopi dicte ecclesiae Weszprimiensis ad dictam civitatem nostram Budensem adducendorum libere fienda in se habentis, emanatae, ratificative et confirmative continentes,... supplicans... maiestati nostrae..., ut idem nostrum privilegium simulcum premissis in eo expressis ratum... habendo, nostrisque litteris similiter privilegialibus... inseri faciendo pro ipso et suis successoribus episcopis... ecclesiae Weszprimiensis innovando perpetuo valiturum dignaremur confirmare, cuius tenor talis est: (Vide nr. 193 Sigismundus rex Hungariae 1395. nov. 26.) Nos igitur... prefati domini Petri episcopi postulationibus... nostrae... oblatis maiestati... exauditis... praescriptum privilegium (nostrum) merae et sincerae veritatis integritate praepollens, praesentibusque ... (insertum) quoad omnes suas continentias, clausulas et articulos approbamus et ratificamus, idem nichilominus (de unanimi) consensu... dominae Barbarae reginae conthoralis nostrae,... praelatorum etiam et baronum nostrorum consilio... (perpetuo valiturum confirmamus) praesentis scripti nostri patrocinio mediante, salvis tamen iuribus alienis...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. ecclesiae Vesprimiensis 1746. nov. 20. Arch. Nat. Hung. Dl. 25.034. (Sign. ant.: Actorum episcopatus Vesprimiensis Fasc. 20. No. 31.)

[1] Gárdonyi: Mon. Dipl. Civit. Budapest I. p. 20-21. (1232.)

855 1424. sept. 23.

Magistratus civitatis Budensis fratrem Georgium clausti b. Laurentii fratrum eremitarum s. Pauli primi eremitae ord. b. Augustini priorem generalem de Örményes quandam domum monasterii in castro Budensi habitam Johanni Sighart eiusdem civitatis civi pro viginti fl. eidem claustro annuatim solvendis locasse testatur.

ORIG.: Membr. a) in inferiore et b) in superiore parte litteris ABC intercisa cum vestigio sig. minoris rubri col. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 11.562. (Sign. ant.: Fasc. 6. No. 2/a. et 2/b.) - MENT.: Pataki: Bud. Rég. XV(1950)p. 283., not. 7.

Nos Petrus Paldoff dictus iudex castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem harum serie publice profitemur, quod religiosus vir, frater Georgius claustri beati Laurentii fratrum heremitarum sancti Pauli primi heremite ordinis beati Augustini prior generalis coram nobis personaliter constitutus quandam domum monasterii seu domus cenobialis de Ermenes in castro predicto, in vicinitate domorum Michaelis Nodler et condam Hynko concivium nostrorum sitam et habitam cum omnibus utilitatibus et pertinentiis universis ad eandem spectantibus de consensu fratrum heremitarum claustri predicti, nullo contradicente, locavit et tradidit Iohanni Sighart dicto, nostro concivi et domine Katherine consorti sue legitime infra tempus, quo in hac vita mundiali vivere poterint et duobus heredibus eorundem cuiuscunque sexus fuerint, similiter per tempora vite tantummodo, irrevocabiliter ac pacifice possidendam pariter et habendam eo modo, ut prefati Iohannes et domina Katherina duoque heredes eorundem dictam domum per tempora vite, ut pretactum est, possidentes singulis annis circa festum beati Michaelis archangeli ratione redditus vulgariter purkrecht dicti florenos viginti auri aut pecuniam usualis monete equivalentem predicte domui de Ermenis et fratribus heremitis in eadem deo famulantibus dare et administrare teneantur, ipsamque domum in decentia edificiorum conservando. Si quando, quod deus avertat, ipsam domum per proprii ignis voraginem vel ad se pertinentem demoliri contigerit, tune prenotati Iohannes et domina Katherina ipsorumque duo heredes ad reformationem ipsius sine recusa qualibet teneantur. Assumpsit nichilominus memoratus prior in sua ac omnium fratrum heremitarum claustri predicti personis eosdem Iohannem et dominam Katherinam ipsorumque duos heredes ab omnibus ratione dicte domus universarumque utilitatum eiusdem impetere nitentibus defendere et expedire propriis laboribus et expensis secundum usum et consuetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam, salvo tamen redditu supradicto semper remanente. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras alphabeto intercisas duximus concedendas, promittentes privilegialibus confirmare,

dum eedem nobis in specie fuerint reportate. Datum sabbato proximo ante festum beati Michaelis archangeli, anno domini millesimo CCCC^mo vigesimo quarto.

856 Pécs, 1424. oct. 26.

(Die 26. oct.) Henricus... ep. Quinquecclesiensis... ad cunctorum m. h. s. volumus pervenire, quod magnificus vir dominus Pipo de Ozora, comes Themesiensis... ecclesiam parochialem in possessione... Ozora nostre dioc. sub... titulo b. Margarethe virginis et martiris consecratam cupiens potiori dote fulcire... nos grato postulavit alloquio, ut ...decimas rerum grossarum et minutarum de... Ozora ac Bozyas et Debrente, villis... nostre dioc.... ecclesie nostre annis singulis provenientes et ad mensam nostram episcopalem pleno iure spectantes ad valorem... viginti fl. puri auri se extendentes pro quadam domo lapidea in civitate Budensi Vesprimiensis dioc., in platea b. Georgii martiris inter domos Martini Armeni ex una, parte ex altera vero Greys sutoris sita et fundata, habenteque ab oriente viam profundam, ab occidente vero predictam plateam s. Georgii et per eundem... Piponem comitem pro mille sexingentis fl. puri auri empta et comparata, cuius census et pensio annualis facere dinoscitur triginta fl. auri, in vim permutationis et concambii pro recompensa... prefate ecclesie parochialis de Ozora... concedere, unire et annectere dignaremur. Nos vero... considerantes predictam permutationem atque concambium.... eisdem nostris ecclesie et mense episcopali magis fructuosum fore et utiliorem... unacum nostris fratribus dominis preposito et capitulo ecclesie nostre... maturo... prehabito consilio, ex certa nostra scientia et eorundem fratrum nostrorum clara experientia... prescriptas decimas... eidem ecclesie parochiali de Ozora vigore permutationis huiusmodi auctoritate nostra ordinaria, interveniente consensu... fratrum nostrorum... et voluntate in perpetuum unimus, annectimus, applicamus..., ymmo... anneximus... et incorporavimus irrevocabiliter... possidendas... Itaque rector dicte ecclesie parochialis, qui nunc est et pro tempore erit, decimas ipsas de cetero levare, exigere et percipere ac in usus suos convertere valeat atque possit, pretitulatamque domum lapideam cum suis pertinentiis per... dominum Piponem comitem... nobis ac ecclesie nostre traditam... acceptamus et ad manus nostras recepimus per nos et nostros successores iure perpetuo possidendam...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Sigismundus rex Hungariae 1425. jun. 22. Arch. Nat. Hung. Dl. 87. 983. (Sign. ant.: Arch. famil. Eszterházy, Budapest. Fasc. H. No. 142. Rep. 53.)

857 Buda, 1424. nov. 10.

(Bude, XXXVI. die oct. Michaelis.) Nos comes Stephanus Kompolth de Nana iudex curie... Sigismundi... Hungarie... regis m. comm., (quod)... fr. Paulus abbas... ut actor ac Johannes filius condam Ladislai Thythus de Bathmonostra... tricesimo sexto die... oct. b. Michaelis archang. hic Bude, in loco ad id apto[1] coram nobis (duellarem dimicationem) contra sese facere tenebantur. Quia.... dominus rex dictam duellarem dimicationem inter ipsas partes... tamdiu, donec in alia duellari dimicatione primaria inter easdem partes fieri debenda sua serenitas discussionem faceret, de termino in terminum prorogari demandabat, prefatusque abbas propter quosdam suos excessus ad presens abbatis sua... privatus haberetur, pro eo ad tricesimum septimum diem octavarum Epiphaniarum domini[2] nunc venturum statu in eodem duximus prorogandam...

ORIG.: Chart. pap. lacera et humore confecta cum fragm. sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 79. 930. (Arch. famil. Zichy.)

[1] Locus talis in litteris generaliter area certaminis duelli nominatur. E. gr. vide: 1322. sept. 11. (Dl. 79. 758.), 1422. oct. 28. (Dl. 79. 763.), 1423. jan. 24. (Dl. 79. 784.), 1423. febr. 27. (Dl. 79. 789.)

[2] 1425. febr. 18.

858 Roma, 1424. dec. 8.

(Rome ap. s. Apostolos, VI. Id. Dec., a. VIII.) Beatissime pater ! (Martinus papa V.) Cum alias ad relevamen onerum...oratoribus vestris capitulo eccl. Strigoniensis incumbentium et ad supplicationem...Sigismundi Romanorum et(cetera) regis singule ex quibuslibet infra limites parochialium de Wrs et Sasaad villarum Wespr. dioc., iurisdictionis vero spiritualis eccl. Strigon. ecclesiarum excrescentibus fructibus decime, pro ipsarum ecclesiarum perpetuis vicariis reservata portione congrua, mense capitulari dictorum canonicorum (eccl. Strig.) auctoritate apostolica donate fuerint et unite, ne donationem et unionem predictas, quarum vigore ipsi capitulum et canonici in possessionem vel quasi percipiendi huiusmodi decimas existunt - impugnare contingat tempore procedente, supplicant S(anctitati) v(estre) predicti capitulum et canonici, quatenus, pro dictarum unionis et donationis subsistentia firmiori illas et litteras desuper confectas ac in eis contenta et inde secuta quecunque rata habendo et grata, illa dignemini ex certa scientia confirmare - supplentes omnes defectus, si qui intervenerint in eisdem constitutionibus et ordinationibus apostolicis et aliis contrariis non obstantibus quibuscunque...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 182., fol. 13. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. -COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Ms. nr. 10.656., p. 919. - Mon. Rom. Veszpr. III. p. 163.; REG.: Lukcsics Dipl. pontific. I. p. 163., nr. 759.

859 Roma, 1424. dec. 20.

(Rome ap. s. Apostolos, XIII. Kal. Jan., a. VIII.) Reformatio capituli Strigoniensis super unione decimarum parochialium ecclesiarum de Wrs et de Sasaad villarum Vespr. dioc. Beatissime pater ! (Martinus papa V.) Cum ex inadvertentia in supplicatione predicta non sit expressus ipsarum decimarum, neque mense capitularis valor, dignetur S(anctitas) v(estra) cum ipsarum valor verus ignoretur, qui tamen ducentorum fl. auri de Camera et valor fructuum mense capitularis mille fl. annuatim non excedunt, litteras super ipsa gratia conficiendas cum expressione ipsius valoris, si expedierit, mandare expediri...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. suppl. Liber 181., fol. 36^{v}. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. 10.656., p. 1933. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 164., nr. 770.

860 Roma, 1424. dec. 30.

(Rome, ap. s. apostolos, III. Kal. Jan., pontific. a. octavo.) Martinus (V.) ep. servus servorum dei...abbati monasterii Scotorum Wyennensium...Exhibita...nobis...pro parte...capituli et canonicorum ecclesie Strigoniensis petitio continebat, quod olim Bonifatius papa nonus...cupiens in eadem ecclesia divini cultus incrementum, ac...Sigismundi ...Hungarie regis...ad hoc precibus inclinatus singulas decimas ex fructibus infra limites parrochiarum parrochialium ecclesiarum de Wrs et de Sasaad, Wesprimiensis dioc. excrescentibus capitulari mense ipsius ecclesie sub certis modis tunc expressis, reservatis tamen pro vicariis in eisdem parrochialibus ecclesiis instituendis, quibus illi possent commode sustentari portionibus congruis, auctoritate apostolica univit,[1] ipsique capit. et canonici corporalem possessionem vel quasi perceptionis decimarum huiusmodi vigore unionis eiusdem assecuti illas extunc perceperunt, prout percipiunt pacifice et quiete. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, prefati capit.et canonici dubitent super premissis et earum occasione in posterum molestari posse, pro parte dictorum capituli et canonicorum nobis fuit...supplicatum, ut unionis prefate et omnibus inde secutis robur apostolice confirmationis adicere...dignaremur. Nos igitur mense et decimarum predictarum valorem annuum habentes presentibus pro expresso huiusmodi supplicationibus inclinati discretioni tue...mandamus, quatenus, si est ita aliudque canonicum non obstat, super quo tuam conscientiam oneramus, unionem et inde secuta huiusmodi auctoritate nostra approbes et confirmes...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: a) Franciscus de castro Budensi et Augustinus de Pest plebani in instrumento Michaelis Iohannis de Siry, cler. Agriensis dioc., publ. auct. imp. notarii 1435. apr. 27. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 8. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); b) Iohannes Carvajal, card. diac., per Germaniam, Hungariam regna et terras Turchis subiectas et illis finitimas apost. sedis de latere legatus specialiter deputatus in instrumento Tilmanni Slecht, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. imp. notarii, eiusdemque cardinalis et legati scribae 1458. mart. 28. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 5., nr. 23. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

[1] 1391. sept. 14.

861 Roma, 1424. dec. 30.

(Rome ap. s. Apostolos, III. Kal. Jan., a. VIII.) Reformatio capituli eccl. Strigon. super unione decime ex quibusdam infra limites parochialium Wrs et de Saad (!)[1] villarum Vespr. dioc. et fructibus excrescentibus ecclesiarum. - Beatissime pater ! (Martinus papa V.) Cum littere apostolice super petitione prenarrata - ignorato vero valore annuo - capitularis mense et decimarum unitarum huiusmodi, an etiam unio ipsa quovismodo fuerit renovata, utiliter fieri nequeat, supplicatur S(anctitati) v(estre)..., quatenus valorem ac tenorem et formam incorporationis et unionis huiusmodi habentes pro sufficienter expressas litteras ipsas iuxta hoc expedire mandare dignemini, etiam si unio ipsa quacunque auctoritate fuerit revocata, cum suppletione defectuum forsan habitorum, constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscunque cum aliis oportunis...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 182., fol. 129[v]. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. nr. 10.656., 1940. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 165., nr. 773.

[1] Recte: Sasaad

862 Roma, 1425. jan. 3.

(Rome ap. s. Apostolos, III. Non. Jan., a. VIII.)...Dudum... Pipo de Ozora comes Themesiensis quandam parochialem eccl. b. Margarete in loco de Ozora Quinqeccl. dioc. sitam cupiens...in redditibus ampliare, quandam domum in Buda Vespr. dioc., per se mille sexcentis fl. auri emptam, pro decimis rerum grossarum et minutarum de Ozora, Bozias et de Brente villarum dicte dioc. ad mensam episcopi Quinqueeccl. pro tempore existentis pleno iure...spectantibus et eidem paroch. eccl. applicando debitis et requisitis a iure solempnitatibus in evidentem utilitatem utriusque partis permutando, prout in litteris per ipsum episcopum cum consensu capituli confectis continetur; quapropter S(anctitati) v(estre) (Martino pape V.) supplicatur, ut eandem permutationem confirmare cum prefatarum litterarum insertione dignemini...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 182., fol. 118[v]. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. nr. 10.656., p. 1941-1942. - REG.: Áldásy Antal: Regeszták a Vatikáni Levéltárból. Tört. Tár 1895. p. 285., nr. 430.; Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 165., nr. 774.

863 1425. jan. 7.

Coram magistratu civitatis Budensis Margareta relicta Benedicti sartoris fatetur se ex parte Simonis fabri, homicidae mariti sui, a Martino Armeno accepisse omnimodam satisfactionem.

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. minoris tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 11.625.(Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 549. No. 34.)

Nos Conradus dictus Gündelwein iudex castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem harum serie publice profitemur, quod coram nobis personaliter constituta domina Martha, relicta Benedicti sartoris, in sua et Elene filie sue personis confessa est in hunc modum: quomodo ipsa ex parte Simonis fabri domini nostri regis, homicide Benedicti sartoris prescripti domini et mariti sui pro omagio a Martino Armeno omnimodam percepisset satisfactionem, ideo memorata domina Martha pro se et filia sua Elena, ymmo pro omnibus sibi quomodolibet adherentibus eundem Simonem mariti sui prescripti interfectorem cunctosque sibi adherentes pronuntiavit liberum et quietum presentium, quibus sigillum nostrum est appressum, testimonio litterarum. Datum in crastino epiphaniarum domini, anno eiusdem millesimo quadringentesimo vigesimo quinto.

864 Wien, 1425. jan. 25.

(Vienne, in convers. Pauli.) Sigismundus... Hungarie... rex fidelibus nostris universis et singulis nautis et carinariis in vado Danubii inter Budam et Pesth existenti constitutis... Quia nos consideratis iustis iuribus religiosarum sanctimonialium claustri beate Margarethe virginis de Insula leporum prope ipsam Budam constructi, que ipsum claustrum et per consequens eedem sanctimoniales ad vadum seu portum navigii in eodem Danubio circa villam Ienew ex opposito superiorum Calidarum aquarum ab antiquo habitum rite habere [dinos]cuntur, quodque vadum quoddammodo hactenus inhibitum fuisset, - volentes idem claustrum in suis veris iuribus conservare, eidem claustro et ipsis monialibus eo iure, quo eis ab olim videtur spectare, per alias litteras nostras exinde confectas dictum navigium duximus remittendum et restituendum. Ideo fidelitati vestre... mandamus, quatenus nautas in vado seu portu prefati claustri circa dictam Ienew in transfretatione qualicumque laborantes nullo modo impedire, nec verbo vel facto quocumque in hac parte eis contraire audeatis, sed pacifice et quiete officium huiusmodi navigationis, sicuti ab antiquo fuit modus et consuetudo in illo loco, exercere permittatis...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. maioris simplicis tergo appressi. In superiore margine De propria commissione domini regis not. canc. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 11.628. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 54. No. 24.)- ED.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 151., nr. 607.

865 1425. jan. 26.

Magistratus civitatis Budensis Dominicum de Somogd vineam suam in territorio villae Nyék habitam Blasio de Kestolcz et consorti ipsius Margarethae pro octuaginta fl. (cum exp. caut.) vendidisse testatur.

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. minoris rubri col. tergo appressi. In dorso manu coaeva scripta Blasy de Kestelch adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 11.629. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 1549. No. 35.)

Relatio Ladislai Erd.

Nos Conradus dictus Gundelwein iudex castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem harum serie publice profitemur, quod coram nobis personaliter constitutus Dominicus de Somodg quandam vineam suam, in territorio ville Nyek, in vicinitate Pauli Syrem et Georgii Orosch sitam et habitam cum omnibus utilitatibus et pertinentiis universis ad eandem spectantibus, de consensu omnium proximorum suorum, ymmo nemine penitus contradicente, vendidit et tradidit Blasio de Kestelcz et domine Margarethe consorti sue legitime et per eos eorum heredibus heredumque suorum legitimis successoribus iure perpetuo ac pacifice possidendam pro florenis octuaginta per singulos centum denarios novos computatis plene et integre perceptis et habitis ab eisdem. Assumsit

nichilominus memoratus Dominicus eosdem Blasium et dominam Margaretam cunctosque ipsorum heredes ac posteros ab omnibus ratione dicte vinee et universarum utilitatum eiusdem impetere nitentibus difendere et expedire propriis suis laboribus et expensis secundum usum et consuetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas, promittentes privilegialibus litteris nostris confirmare, dum eedem nobis in specie fuerint reportate. Datum in crastino festi conversionis beati Pauli, anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo quinto.

866 1425. jan. 27.

Magistratus civitatis Veterisbudensis Lorandum hospitem et civem eiusdem civitatis viam per vineam suam ducentem propriis suis laboribus et expensis reparare assumpsisse testatur.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. tergo appressi. In dorso manu coaeva scripta Super vinie supra albam ecclesiam adnot. legitur. Coll. Bibl. Universitatis a Lorando Eötvös nominatae. Lit. et epist. orig. O. 649. ED.: Fejér: CD. X/6. p. 768-769. - REG.: Bártfai Szabó: Óbuda p. 102., nr. 125.

Nos Georgius, Blasius de Albaregali, Gregorius filius Iohannis, Stephanus filius Benedicti, Benedictus de Garanchy, iudex, iurati et universi cives Veterysbudenses memorie commendamus per presentes, quod cum Petrus litteratus famulus religiosarum dominarum sanctimonialium claustri beate[a] Marie virginis gloriose de eadem Veterybuda Leurandum ospitem de eadem Veterybuda, concivem nostrum, pro perditione et penitus anichilatione vie vinee sue, existentis sub monte superius albe ecclesie beate Marie virginis gloriose, legitimo iure in nostram presentiam citaverat et idem Leurandus coram nobis assumpsit, quod a quodam arbore antiquo silvestri pinus, que est prope finem superiorem, in meta vinee sue bene late super suam terram propriam, reparare et reformare cum suis laboribus et expensis; et si quoquomodo aliqui[b] contra ipsam viam diceret et ipsum Petrum litteratum pacifice et libere in ipsa via servare non posset, tunc contra quoslibet contradictores suis propriis laboribus et expensis defendere et tuere[c] assumpsit ubique locorum. In cuius rei[d] presentes litteras nostras patentes predicto Petro litterato cum sigillo civitatis nostre sigillatas concessimus. Datum tertio die post festum conversionis sancti Pauli apostoli, anno domini M[mo] quadringentesimo vigesimo quinto.

[a] vocabula claustri beate bis scripta
[b] recte: aliquid
[c] recte: tueri
[d] recte: rei memoriam

867 Kismarton, 1425. febr. 13.

(in Kysmarton, f. III. a. Valentini.) Sigismundus... Hungarie... rex... Fidelitati vestre... nostro damus sub edicto, quatenus... vos iudex cum quatuor... iuratis, quos... communi voluntate ad hoc eligendos duxeritis et deputandos, cum registris super quibuscunque exactionibus a quinque proxime retroactis annis incipiendo usque modo in vestri medio tam nostre maiestati quam alias factis, confectis octavo die diei Cinerum proxime venturi[1] apud nostram maiestatem in Buda modis omnibus constitui debeant et teneantur... Volumus autem, ut tota communitas... civitatis nostre Soppronienses simul conveniendo ex se quatuor vel sex eligat potiores ac conscios impositionis et exactionis exactionum predictarum et ad prefatum terminum... cum iudice et iuratis ad nostram dirigatis maiestatem, coram quibus cum... iudice et iuratis super omnibus premissis plenam ponere et facere volumus rationem...

Extus: Fidelibus nostris providis viris iudici et iuratis ac universitati civium et hospitum, totique communitati civitatis nostre Soppronienses nobis dilectis.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. secr., quo erat clausa. In superiore margine et sub sigillo Relatio magistri Ladislai de Chap, pridem vicecancellarii not. canc. legitur. Arch. Civit. Soproniensis Dl. 655. (Sign. ant.: Lad. L., fasc. 5., nr. 189.) Arch. Nat. Hung. Filmotheca. - ED.: Házi: Sopron I/2. p. 269-270. - REG.: Házi: Sopron I/2. p. XXXII. et 269.

[1] 1425. febr. 28.

868 1425. mart. 18.

(In dom. Letare.) Nos capitulum ecclesie Iauriensis m. comm., quod... fr. Iohannes, condam custos de Batha coram nobis... confessus est in hunc modum: Quod quamvis... fr. Martinus abbas de Bel quendam fundum curie in suburbio castri novi montis Pestiensis, ex opposito eccl. b. Petri martiris, in vicinitatibus Petri litterati et domine rel. condam Nicolai Gugi dicti habitum, sumptibus et pecuniis... eccl., videlicet abbatie sue... mediantibus litteris perpetualibus civitatis Budensis pretio emerit, ipsumque fundum curie idem... fr. Iohannes condam custos, ac alter Iohannes de Farkasnynye... per... adiudicationem regie maiestatis pro nunc possiderent et alias possedissent, tamen - quia ... dominus Iohannes condam custos... in tali possessionaria conservatione dicti fundi curie uti dinoscitur sacrilega, periculum et offensam sue conscientie considerasset, posse et potuisse eveniri, presertim ideo, quia ipse dictum fundum curie non ex aliis, quam realiter ex proventibus dicti monasterii de Bel fuisse emptum... agnovisset, ideo... veram equalem et directam medietatem ipsius fundi ipsum ad presens ratione previa concernentem pure et simpliciter... fratri Michaeli abbati, ac conventui de... Bel et per consequens ipsorum monasterio remisisset...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. tergo appressi. Arch. S. Montis Pannonh. Priv. nr. 832. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Pannonh. rendt. VIII. p. 460.

869 1425. apr. 11.

(F. IV. p. pasce.) Capitulum ecclesie Strigoniensis ad univ. not. harum serie volumus pervenire: Quod constitutis coram nobis... circumspectis ac discretis viris Thoma custode, Valentino de Thurocz, Nicolao de Finta, altero Nicolao de Galgocz, Gregorio de Bayna et Andrea de Palos canonicis eccl. s. Stephani prothomartiris de castro Strigoniensi, ac Bartholomeo plebano eccl. nostre... ub una, necnon circumspecto ac provido... domino Iohanne de Septemtilys, cive civitatis Budensis, pridem iudice de eadem, partibus ab altera, presente etiam... domino Dominico decr. doctore, preposito predicte eccl. s. Stephani ad infrascriptam dispositionem consensum prebente, per eosdem canonicos, ac... Bartholomeum plebanum... extitit... propositum..., quomodo ipsi quandam domum ipsorum in castro Budensi, in vicinitate domus nob.... mag. Iohannis filii condam Simonis bani et quodam vico mediante Georgii Kase situatam, ac allodium seu predium quoddam inter villam Nyek et... castrum Budense adiacens cum prato, orto, domibus, terris arabilibus cultis et incultis, vineis et aliis quibuslibet utilitatibus, que infra limites antiquos dicti allodii existerent et ad ipsum quomodolibet pertinere dinoscuntur, que domus et allodium cum... predictis utilitatibus novissime ab heredibus condam Francisci Bernardi ratione non solutionis census Purkrecht vocati sententialiter et iuridice fuissent eis adiudicate et nullo contradictore apparente eisdem beneficiatis statute, in quorum dominio ipsi ad presens pacifice persisterent, pro annuo censu Purkrecht vocato in perpetuum dedissent ... prefato domino Iohanni de Septemtilys heredibusque eiusdem utriusque sexus, heredumque heredibus per directam lineam dumtaxat ab ipsis descendentibus pro triginta duobus florenis auri puri et iusti ponderis singulis annis a festo s. Georgii[1] proxime venturo usque ad revolutionem annualem eiusdem festi annum computando..., ita quod prima die dicti festi vel circa, dum aliquis vel aliqui nominibus predictorum pro dictis trigintaduobus

florenis auri levandis... accederet vel accederent Budam, ipse dominus Iohannes et heredes sui temporis in processu dictos trigintaduos fl. non persolverent, extunc quotquot diebus in mora solutionis fuerint post primam diem accessus Budam, tot denarios centenarios monete maioris pro tempore currentis ultra predictos trigintaduos fl. auri solvere teneantur... et ipso facto obligati dictos centum denarios pro quolibet die ad solvendum cum predictis triginta duobus fl. auri existant, hoc interserto, quod... singulis festis s. Michaelis archangeli pro eccl. cruciferatus s. trinitatis de aquis calidis Budensibus pro terragio unum fl. auri puri ipse dominus Iohannes et sui heredes de dictis trigintaduobus fl. auri nominibus quorum dicta summa trigintaduorum fl. auri debentur, solvere... teneantur et tandem trigintaunum fl. modo premisso, sub penis predictis, ipsis beneficiatis sint asstricti; hoc etiam non pretermisso, quod ex quo dicta domus Bude habita ruine minatur, si ei in hedificiis non succurratur, ac universe domus allodii omnino destructe existant, aliaque multa ibidem reformanda sint, ob hoc dictus dominus Iohannes infra spatium sex annorum, ut eo liberius reparationi dictarum domorum et allodii attendere possit, ac in futurum ipse et heredes sui in hedificiis bonis conserare teneantur, non plus, quam medietatem census predicti, videlicet quindecim fl. auri solvere tenebitur ita, quod unum aureum fl. de eisdem predicte eccl. s. trinitatis modo premisso solvat et residuos quindecim predictis beneficiatis sub eisdem obligaminibus, penis et terminis infra dictos sex annos dumtaxat solvere tenebitur. Elapsis autem sex annis integrum censum predicto modo expressum solvere teneantur, ad quos reparationem hedificiorum et conservationem eorundem in bonis structuris modo premisso expressatarum, ac solutionem faciendam sub penis predictis ipse dominus Iohannes de Septemtilys se et suos heredes... obligavit coram nobis ... Preterea, quia certa pars de predictis trigintauno fl...., videlicet tertia pars recte medietatis debetur pro luminaribus eccl. nostre, videlicet oleo et cereis attenta primeva fundatione condam... domini Iohannis archiepiscopi[2]..., due vero partes eiusdem medietatis plebano ecclesie nostre pro decantatione officii mortuorum... facienda, alia autem medietas recta canonicis... ecclesie s. Stephani, ideo... dominus Georgius archiep.... ecclesie nostre Strigoniensis ratione luminarium, ad quem provisio eorundem spectat et etiam ratione omnium premissorum - premissis omnibus et singulis consensum... prebuit, in signum autem huius perpetuamque firmitatem presentes litteras privilegiales cum appensione sigilli sui... communiri iussit...

ORIG.: A) Membr. cum plica et zonis membr. sigillorum Georgii archiepiscopi et capituli iam deperditorum. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 53., fasc. 2., nr. 5. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); B) Membr. cum plica et duobus sigillis: uno Georgii archiepiscopi annulari et altero capituli de zonis membr. pend. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 53., fasc. 2., nr. 6. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); C) Chart. pap. sine sig. (Forsan concept. pro A. et B.) Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 53., fasc. 2., nr. 4. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - REG.: Csánki; Századok 40(1906)p. 697.

[1] Apr. 24.
[2] Vide nr. 160. Magistratus civitatis Budensis 1393. sept. 30.

870 Tata, 1425. maj. 9.

(in Tata, f. IV. p. Stanislai.) Sigismundus... Hungarie rex. Fideles nobis grate et sincere dilecti ! Vestris fidelitatibus serie presentium... mandamus, quatenus magistrum civium, iudicem et iuratos vestros, illos scil., qui cause et negotio inter Iohannem de Septemtilys et Rigonem Budensem vertenti pridem de nostro... mandato interfuerunt, ad festum penthec.[1]... ad nostram serenitatem ubicunque intra ambitum regni... Hungarie deo duce constituemur... transmittere... debeatis...

Extus: Fidelibus nostris magistro civium, iudici et iuratis civibus civitatis nostre Soppronienses nobis grate et sincere dilectis detur.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. secr., quo erat clausa, Arch. Civit. Soproniensis Dl. 657. (Sign. ant.: Lad. L., fasc. 5., nr. 156.) Arch Nat. Hung.

Filmotheca. - ED. : Házi, Sopron I/2. p. 271. - REG. : Házi: Sopron I/2. p. XXXIII. et 271.

[1] Maj. 27.

871 1425. maj. 30.

Coram magistratu civitatis Budensis Thomas custos, Valentinus de Turuch, Nicolaus de Finta, alter Nicolaus de Galgocz, Gregorius de Bayna et Andreas de Palos canonici ecclesiae s. Stephani prothomartiris de castro Strigoniensi ac Bartholomeus plebanus ecclesiae ipsorum officium mortuorum in altari s. crucis in ecclesia eorundem tenens, presente Dominico decr. doctore praedictae ecclesiae s. Stephani et consensum praebente quandam domum ipsorum in civitate Strigoniensi, in vicinitate domus Iohannis condam Simonis bani de Zdencz habitam et quendam vicum tangentem, ac allodium seu predium quoddam inter villam Nyek et castrum Budense adiacens, quae domus et allodium ab haeredibus condam Francisci Bernhardi sententialiter fuissent eis adiudicatae, Iohanni de Septemtiliis, civi Budensi, pridem iudicis eiusdem civitatis Budensis pro triginta duobus fl. auri puri, sub conditionibus in ipsis litteris uberius enarratis, pro annuo censu in perpetuum locaverunt.

ORIG. : Membr. in superiore margine litteris ABC intercisa, cum fragm. sig. rubri minoris (35 mm) tergo appressi. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 53., fasc. 2., nr. 7. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - TRANSCR. : a) Comes Petrus Gereb de Wyngarth, iudex curiae regiae 1496. maj. 22. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 53., fasc. 2., nr. 31. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); b) Capit. ecclesiae Strigoniensis 1694. oct. 15. Arch. Nat. Hung. D1. 87002. - ED. : Fejér: CD. X/6. p. 780-784. - REG. : Pataki:Bud. Rég. XV (1950) p. 287., adnot. 30.

Nos Michael dictus Nadler iudex castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem ad universorum notitiam quorum interest aut interesse poterit quomodolibet in futurum harum serie volumus pervenire, quod coram nobis personaliter constitutis honorabilibus ac discretis viris dominis Thoma custode, Valentino de Turuch, Nicolao de Finta, altero Nicolao de Galgocz, Gregorio de Bayna et Andrea de Palos canonicis ecclesie sancti Stephani prothomartiris de castro Strigoniensi ac Bartholomeo plebano ecclesie ipsorum officium mortuorum in altari sancte crucis in ecclesia eorundem tenente ab una, necnon circumspecto ac provido viro Iohanne de Septemtilys concive nostro, pridem iudice civitatis nostre partibus ex altera, presente venerabili viro domino Dominico decretorum doctore, preposito predicte ecclesie sancti Stephani ad infrascriptam dispositionem consensum prebente, per eosdem dominos canonicos sancti Stephani ac predictum Bartholomeum plebanum ipsorum unanimiter extitit sponte propositum et relatum in hunc modum: Quomodo ipsi quandam domum ipsorum in nostri medio, in vicinitate domus nobilis viri domini Iohannis condam Simonis bani de Zdencz et quendam vicum tangentem ac allodium seu predium quoddam inter villam Nyek et dictum castrum Budense adiacens, cum prato, orto, domibus, terris arabilibus cultis et incultis, vineis et aliis quibuslibet utilitatibus, que infra limites antiquos dicti allodii existerent et ad ipsum quomodolibet pertinere dinoscerentur, que quidem domus et allodium cum universis predictis utilitatibus novissime ab heredibus condam Francisci Bernhardi ratione non solutionis census purkrecht vocati sententialiter et iuridice fuissent eis adiudicate, ymmo nullo contradictore apparente eisdem beneficiatis sortute[a], in quorum dominio ipsi ad presens pacifice persisterent, pro annuo censu purkrecht vocato in perpetuum dedissent et assignassent, ymmo dederunt et locaverunt coram nobis prefato Iohanni de Septemtilys heredibusque eiusdem utriusque sexus heredumque heredibus per dictam lineam dumtaxat ab ipsis descendentibus pro triginta duobus florenis auri puri, boni et iusti ponderis singulis annis a festo sancti Georgii proxime venturo usque ad revolutionem annualem eiusdem festi computando seu incipiendo, ita, quod prima die dicti festi vel circa, dum aliquis vel aliqui nominibus predictorum dominorum canonicorum et plebani pro dictis triginta duobus florenis auri

levandis et recipiendis accederent val accederet Budam et ipse Iohannes et heredes sui temporis in processu dictos triginta duos florenos non persolverent, extunc quotquot diebus in mora solutionis fuerint post primam diem accessus Budam, tot denarios centenarios monete maioris pro tempore currentis ultra predictos triginta duos florenos auri solvere teneantur et ipso facto obligati dictos centum denarios pro quolibet die ad solvendum cum predictis triginta duobus florenis auri existant; hoc interserto, quod primo et ante omnia singulis festis sancti Michaelis archangeli pro ecclesia cruciferatus sancte trinitatis de superioribus calidis aquis pro terragio unum florenum auri puri ipse Iohannes et sui heredes de dictis triginta duobus florenis auri nominibus, quorum dicta summa triginta duorum florenorum auri debentur, solvere debeant et teneantur et tandem triginta unum florenos modo premisso, sub penis predictis, ipsis beneficiatis solvere sint astricti; hoc etiam non pretermisso, quod ex quo dicta domus in nostri medio habita ruine mittatur, si ei in edificiis non succurratur ac universe domus allodii omnino destructe existerent aliaque multa ibidem reformanda essent, ob hoc dictus Iohannes infra spacium sex annorum, ut eo liberius reparationi dictarum domorum et allodii attendere possit ac in futurum ipse et heredes sui in edificiis bonis conservare teneantur, non plus quam medietatem census predicti, videlicet sedecim florenos auri solvere tenebitur ita, quod unum florenum auri de eisdem predicte ecclesie sancte trinitatis modo premisso solvat et residuos quindecim predictis beneficiatis sub eisdem obligaminibus, penis et terminis infra dictos sex annos dumtaxat solvere tenebitur, elapsis autem sex annis integrum censum modo predicto expressum solvere teneantur, ad quas reparationem edificiorum et conservationem eorundem in bonis structuris modo premisso expressatarum ac solutionem faciendam, sub penis predictis, ipse Iohannes de Septemtilys se et suos heredes spontanea obligavit coram nobis voluntate. Preterea, quod certa pars de predictis triginta uno florenis remanentibus, videlicet tertia pars recte medietatis debetur pro luminaribus ecclesie ipsorum, scilicet oleo et cereis, attenta primeva fundatione condam reverendissimi domini et domini Iohannis archiepiscopi predicte ecclesie Strigoniensis pie reminiscentie, due vero partes eiusdem medietatis plebano ecclesie ipsorum pro decantatione officii mortuorum in altari sancte crucis fienda, alia autem medietas recta canonicis prefate ecclesie sancti Stephani debentur, ad que reverendissimus dominus et prelatus, dominus Georgius archiepiscopus prefate ecclesie Strigoniensis ratione luminarium, ad quem provisio eorundem spectat et etiam ratione omnium premissorum premissis omnibus et singulis consensum prebuisset pariter et assensum. Assumpserunt nichilominus memorati domini de capitulo, prescripto nomine quo supra, eundem Iohannem de Septemtilys ipsiusque heredes ac posteros universos ab omnibus ratione dicte domus et allodii ac universarum utilitatum eorundem impetere nitentibus defendere et expedire propriis ipsorum laboribus et expensis secundum usum civitatis nostre ab antiquo et consuetudinem approbatam, redditibus tamen supradictis remanentibus semper salvis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam ad instantiam et petitionem partium premissarum p[resent]es litteras nostras alphabeto intercisas duximus concedendas, promittentes privilegialibus litteris nostris confirmare, dum eedem nobis fuerint in specie reportate. Datum feria q[uarta] proxima post festum penthecostes, anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo quinto.

[a] recte: sortite

872 Buda, 1425. jun. 10.

(Bude, XLVIII. die Georgii.) Nos comes Mathyus de Palouch iudex curie... Sigismundi... regis... Hungarie... d. pro m., quod cum ob contradictoriam inhibitionem metarum erectionis possessionis Tath... in comitatu Strigoniensi existentis... Ladislaus de Chethnek gubernator cruciferatus ecclesie s. trinitatis de Calidis aquis religiosas dominas sanctimoniales de Vetery Buda... contra se regiam in presentiam ad presentes octavas... b. Georgii[1]... in causam attraxisset; tandem ipsis octavis instantibus Albertus litteratus pro annotato domino Ladislao... rationem premisse... inhibitionis assignari postulavit..., quo audito Iohannes litteratus de Mykola pro... religiosis dominabus... respondit..., quod tempore premisse possessionarie reambulationis... possessionis Tath... dominus Ladislaus ... magnam particulam terre de possessione earundem dominarum Monyaros vocate... ad ... possessionem Tath... applicare voluisset, super ipsa autem possessione Monyaros eedem domine litteras habent metales, quas... in termino ulteriori... exhibere prompte essent... Unde nos... iudicantes commisimus..., quod ipse domine... earum litteras

metales... super... possessione Monyaros... confectas in octavis... b. Iacobi apostoli[2]... coram nobis exhibere teneantur...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. minoris, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 11.684. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 43. No. 47.)

[1] 1425. maj. 1.
[2] 1425. aug. 1.

873 1425. jun. 22.

(X. Kal. Iulii.) Sigismundus... Hungarie... rex... ad univ.... not. h. s. volumus pervenire, quod... vir magnificus Pipo de Ozora comes noster Themesiensis... in persona parochialis ecclesie b. Margarethe virginis et martiris... in possessione sua Ozora... fundata et plebani eiusdem... exhibuit nobis quoddam privilegium... domini Henrici episcopi ... ecclesie Quinqueecclesiensis... super concambiali permutatione universarum et singularum decimarum rerum grossarum et minutarum de... Ozora ac Bozyas et Debrente, villis ... ecclesie Quinqueecclesiensis et mense episcopali singulis annis tunc proveniendis, necnon cuiusdam domus lapidee in civitate nostra Budensi, in platea b. Georgii martiris et in situ plagisque... in tenoribus earundem litterarum limpidius expressis dicti comitis... emptitie inter eosdem episcopum et Piponem, dictasque eorum ecclesias de speciali consensu et annuentia... capituli... Quinqueecclesiensis... confectum supplicans... nostro culmini..., ut idem privilegium... ratum habendo nostrisque litteris... inseri... faciendo pro prefata ecclesia de Ozora, necnon plebanis eiusdem moderno et futuris... perpetuo valiturum confirmare dignaremur, cuius... privilegii tenor is est: (Vide nr. 856. Henricus... ep. Quinqueecclesiensis 1424. oct. 26.) Nos igitur... supplicationibus... Piponis comitis... nostre serenitati oblatis... exauditis... prescriptum privilegium... Henrici episcopi ecclesie Quinqueecclesiensis... presentibus... insertum quoad omnes suas continentias, clausulas et articulos... ratificamus... idem nichilominus requirentibus... comitis Piponis attolendis fidelitatum obsequiis per eum serenitati nostre sub diversitate locorum et temporum... exhibitis... simulcum memorata permutatione dictarum decimarum et domus in civitate nostra Budensi habite aliisque omnibus et singulis in ipsis litteris contentis... mera auctoritate regia et potestatis plenitudine ac ex certa nostre maiestatis scientia, necnon de consilio et beneplacita voluntate... domine Barbare regine... prelatorumque et baronum nostrorum ad id accedente consilio... ac uniformi decreto eorundem pro dicta ecclesia b. Margarethe virginis de Ozora eiusque plebanis moderno... et futuris innovantes perpetuo valiturum confirmamus... salvis iuribus alienis...

ORIG.: Membr. cum plica, sine filo et sigillo iam deperditis. In superiore margine De commissione domini regis, in margine plicae dextra exteriore Lecta et correcta not. canc. leguntur. Arch. Nat. Hung. Dl. 87.983. (Sign. ant.: Arch. famil. Eszterházy, Budapest. Fasc. H. No. 142. Rep. 53.)

874 1425. jun. 27.

(In Ladislai.) Nos capit. ecclesie Budensis m. comm., quod providus vir, Georgius iudex, procurator religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. virginis de Ueteribuda nomine et in personis earundem... per modum protestationis nobis significare curavit ..., quod Ladislaus filius condam Michaelis de Gezth quoddam predium Wereseghaz vocatum, in comitatu Chongradiensi existens, ipsas et ecclesiam ipsarum omni iure concernens a regia maiestate sibi et suis heredibus dari... procurasset...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 11.687. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 33. No. 38.)

875 1425. jul. 13.

(In Margarethe.) Nos capit. eccl. Budensis m. comm., quod providus vir, Gallus, iudex familiaris religiosarum dominarum sanctimonialium claustri beate virginis de Veteri Buda et in personis earundem... per modum protestationis nobis significare curavit, quomodo ipse percepissent: magnificus comes Cilie quandam domum... magnifice domine Anna vocate, relicte condam Stephani palatini, in vicinitatibus domorum olim magistri Stephani phisici domini regis et... Iohannis prepositi ecclesie Wesprimiensis vico quodam mediante habitam, in castro Budensi situatam, ipsas religiosas dominas (de) iure tangentem et nunc apud manus eiusdem comitis... occupatam et habitam... heremitis in claustro sancti Laurentii supra Veterembudam fundato degentibus per modum concambii dare et perpetuare niteretur in preiudicium ipsarum dominarum... Unde facta huiusmodi protestatione, annotatum comitem Cilie ab alienatione, traditione (et) permutatione dicte domus, ipsosque fratres heremitas quovismodo in dominium ipsius domus se intromissione... et sibi ipsis quocunque modo appropriatione factis vel fiendis, nominibus quibus supra, prohibuit et protestando contradixit coram nobis...

ORIG.: Non extat. - COPIA SIMPL.: Chart. pap. manu coaeva scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 11. 689. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 19. No. 16.) - TRANSCR.: (sensualiter) Magistratus civitatis Budensis 1489. dec. 1. > Ladislaus de Egervara, mag. tavarn. reg. 1494. febr. 19. Arch. Nat. Hung. Dl. 8840. - REG.: Zákonyi: Századok 45(1911)p. 696.

876 Roma, 1425. aug. 20.

(Rome ap. s. Apostolos, XIII. Kal. Sept., a. VIII.) Beatissime pater (Martinus papa V.), alias supplicationem, cuius tenor talis est.:... Cum... in relevamine onerum... (vide nr. 858. sub dato 1424. dec. 8.)... Cum littere apostolice super petitione prenarrata ignorato vero valore annuo capitularis mense et decimarum unitarum huiusmodi, an etiam unio ipsa quovismodo fuerit revocata, utiliter fieri nequeant, supplicant (Capitulum et canonici eccl. Strigoniensis) S(anctitati) v(estre), quatenus tenorem ac valorem et formam incorporationis et unionis huiusmodi habendo pro sufficienter expressis, litteras ipsas iuxta hoc expedire mandare dignemini, etiam si unio ipsa quacunque auctoritate fuerit revocata, cum suppletione defectuum forsan habitorum... Ut igitur gratia ipsa utiliter fieri possit, dignetur S. v. litteras apostolicas expediri mandare in omnibus, prout in predicta reformatione petitum fuerat.... Verum P. b., littere in forma commissionis expedite fuerunt et directe abbati Scotorum Viennensium s. Benedicti licet ad totalem earum executionem, minime fuerit processum; et quia B. p., timetur... predicta certis de causis viribus non subesse, dignemini... predicta omnia habendo valorem et tenorem pro expresso cum suppletione omnium defectuum ex certa scientia confirmare cum clausulis necessariis et oportunis...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 189., fol. 174^{v}-175. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. 10.656., p. 2090-2092. - ED.: Fejér: CD. X/6. 727-729. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 174., nr. 829.

877 Roma, 1425. aug. 20.

(Rome ap. s. Apostolos, XIII. Kal. Sept., a. VIII.) Martinus... (papa V.) capitulo eccl. Strigoniensi... Nuper... pro parte vestra nobis exposito, quod olim Bonifatius papa VIIII.... Sigismundo Romanorum et Vngarie regis ad hoc precibus inclinatus, singulas decimas ex fructibus infra limites parochiarum parochialium ecclesiarum de Wrs et de Sasaad Vespr. dioc. excrescentibus, capitulari mense eiusdem eccl.... tamen pro vicariis in eisdem... ecclesiis instituendis portionibus congruis - apostolica auctoritate univit, vosque... canonici eiusdem eccl. corporalem possessionem vel quasi perceptionis decimarum huiusmodi vigore unionis eiusdem assecuti illas extunc percepistis pacifice et quiete. Nos

tunc... abbati monasterii Scotorum Viennensium... dedimus in mandatis, ut unionem huiusmodi auctoritate nostra... confirmaret. Cum autem, sicut exhibita nobis nuper pro parte vestra petitio continebat, ad executionem... litterarum earundem processum non extiterit; vosque super premissis dubitetis inposterum aliquatenus molestari posse, pro parte vestra fuit... nobis... supplicatum, ut unioni predicte... robur apostolica confirmationis adimplere... dignaremur. Nos igitur decimarum et capitularis mense... proventuum valores annuos habentes,... unionem predictam... tenore presentium... confirmamus supplentes omnes et singulos defectus, si qui intervenerint in eisdem...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Liber 251., fol. 200-201^{v}. PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. nr. 10.656., p. 2090-2092. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 174., nr. 829.

878 Roma, 1425. aug. 20.

(Rome, ap. s. apostolos XIII. Kal. Sept., pontificatus a. VIII.) Martinus (V.) ep. servus servorum dei... capitulo ecclesie Strigoniensis... Nuper... pro parte vestra nobis exposito, quod olim Bonifatius papa VIII[J] .. cupiens in ecclesia Strigoniensi divini cultus incrementum, ac... Sigismundi... Vngarie regis... ad hoc precibus inclinatus singulas decimas ex fructibus infra limites parrochiarum parrochialium ecclesiarum de Wrs et de Sasaad Vesprimiensis diocesis, excrescentibus capitulari mense eiusdem ecclesie sub certis modis tunc expressis reservatis, tamen pro vicariis in eisdem parrochialibus ecclesiis instituendis, quibus illi possent commode sustentari, portionibus congruis auctoritate apostolica innuit[1], vosque et... canonici eiusdem ecclesie corporalem possessionem vel quasi perceptionis decimarum huiusmodi vigore unionis eiusdem assecuti illas extunc percepistis pacifice et quiete; nos tunc... abbati monasterii Scotorum Viennensium ... per alias nostras litteras dedimus in mandatis, ut unionem et inde secuta huiusmodi auctoritate nostra approbaret, et confirmaret, prout in eisdem litteris plenius continetur[2]. Cum autem, sicut exhibita nobis... pro parte vestra petitio continebat, ad executionem... litterarum earundem processum non extiterit, vosque super premissis et eorum occasione dubitetis in posterum aliquatenus molestari posse, pro parte vestra fuit nobis... supplicatum, ut unioni predicte et omnibus inde secutis robur apostolice confirmationis adiicere... dignaremur. Nos igitur decimarum et capitularis mense predictarum fructuum, reddituum et proventuum valores annuos habentes presentibus pro expressis unionem predictam et omniainde secuta auctoritate apostolica tenore presentium ex certa scientia approbamus et confirmamus supplentes omnes et singulos defectus, si qui intervenerint in eisdem, non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscunque...

ORIG.: Membr. cum plica et bulla plumbea de filo sericeo rubri et flavei coloris pend. In dorso manu XVI-XVII. saec. scripta haec adnot. legitur: Confirmatio unionis facte de quibusdam decimis capitulari mense Strigoniensi cum... Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 44., fasc. 3., nr. 9. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - TRANSCR.: a) Capit. ecclesiae Vaciensis 1435. jun. 4. Arch. Capit. Strig. Lad. 45., fasc. 3., nr. 7. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); b) Iohannes Carvajal card. in instrumento Tilmanni Shlecht, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii 1458. mart. 28. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 5., nr. 23. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); c) Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. delegatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

[1] 1391. sep. 14.
[2] 1424. dec. 30.

879 Buda, 1425. sept. 7.

(Bude, XXXVIII. die oct. Iacobi.) Nos Petrus filius Herrici de Berzeuiche tavarn. reg. mag. d. pro m., quod causam, quam Iacobus litteratus de Veterybuda, pro quo Laurentius de Welse... astitit, contra Iohannem filium condam Andree litterati de Kapy, pro quo Petrus litteratus... comparuit, iuxta continentiam litterarum nostrarum prorogatoriarum super factis in eisdem contentis in octavis festi b. Iacobi apostoli[1] movere habebat coram nobis, de partium procuratorum voluntate ad octavas festi epiphaniarum domini[2]... in personalem presentiam domini nostri regis, deliberationique prelatorum et barronum suorum duximus prorogandam...

In dorso: Pro Iohanne filio condam Andree litterati de Kapy contra Iacobum litteratum de Veterybuda ad octavas festi epiphaniarum domini[2] in personalem presentiam domini nostri regis. Prorogatoria.

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. annularis viridis coloris, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 64.231. (Arch. Mus. Nat. Hung. famil. Kapy)

[1] 1425. aug. 1.
[2] 1426. jan. 13.

880 Buda, 1425. nov. 28.

(Bude, f. IV. a. Andree.) Nos Sigismundus... Hungarie... rex m. comm., quod discretus vir Nicolaus can. et decanus ecclesie Budensis pro honorabili viro Iohanne vicecancellario nostre maiestatis ac preposito, necnon capitulo... ecclesie Budensis... ab una, necnon ab altera religiosus fr. Cosmas ordinis s. Dominici, prior claustri b. Marie virginis de Insula leporum pro religiosis dominabus Agatha priorissa ac ceteris sanctimonialibus predicti claustri..., a tertia siquidem partibus providi viri Iacobus dictus Bechy, Clemens filius Andree, Petrus filius Stephani, Benedictus Forgach, Andreas filius Thome, Petrus filius Mathie, Thomas filius Thome, Stephanus filius Nicolai, Benedictus filius alterius Nicolai, Blasius filius Michaelis, Benedictus filius Iacobi, Albertus filius Ladislai et Gallus filius Stephani in Jenew; item Stephanus filius Nicolai, Iohannes filius Ladislai, alter Iohannes filius Nicolai et Matheus filius Gregorii in predicta Insula possessionibus commorantes, iobagiones vidl. dictarum dominarum... coram nobis constituti... pari voluntate... sunt confessi, quod quia prefati Iohannes prepositus et capitulum, et nominibus eorum... Nicolaus decanus, ac... priorissa et cetere sanctimoniales nominibusque earundem... frater Cosmas ... quoddam vadum seu navigium... prepositi, capituli et dominarum sanctimonialium in portu Danuby... possessionis Jenew habitum... eosdem prepositum, capitulum et dominas sanctimoniales concernens, antefatis hospitibus, populis et iobagionibus a presenti festo b. Andree[1] usque revolutionem eiusdem... annualem pro quinquaginta fl. auri boni et iusti ponderis in arendam dedissent...; ideo prescripti hospites, populi et iobagiones id assumpserint..., ut medietatem dictorum quinquaginta fl. auri... aut monetam paratam currentem prescriptis fl. auri valentem octavo die s. Trinitatis[2], aliam vero medietatem... quindecimo die festi nat. virginis gloriose[3]... memoratis preposito et capitulo semper in eorum sacristia portiones eorum, predictis vero religiosis dominabus in... eorum claustro somiliter earum portionem semper sub pena dupli, si aliquem terminum... obmitterent insolutum, darent et persolverent. Et ut iam fati prepositus et cap. ac domine sanctimoniales viderentur esse domini dicti vady, voluerant ipsi et dicti hospites, quod dum et quandocunque eosdem prepositum aut canonicos vel ipsorum, necnon dictarum dominarum familiam, equestrem aut pedestrem, necnon currus oneratos et inoneratos per dictum vadum pertransire contingeret, extunc prescripti hospites tales pertransire aut redire volentes sine aliqua solutione transducere et transvadere deberent et essent astricti...

ORIG.: Chart. pap. cum sigilli fragmento mediocris tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 11.735. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 25. No. 22.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 151-152., nr. 608.

[1] 1425. nov. 30.
[2] 1426. jun. 10.
[3] 1426. sept. 22.

881 1425.

Frater Andreas de monasterio Sanctae Crucis et frater Mathias de monasterio Sancti Spiritus in Pilisio priores emerunt Budae quandam domum in platea Omnium Sanctorum a Petro ustore argenti de Buda pro 440 fl....

ORIG.: Non extat. - REG.: Pataki: BudRég. XV(1950) p. 295., not. 85.: Documenta artis Paulinorum II. 400-401.

882 1425-1436

Eodem anno (scil. 1425.) frater Andreas de Sancta Cruce et frater Matthias de Sancto Spiritu priores emerunt Budae quandam domum in platea omnium Sanctorum a Petro ustore argenti de eadem pro 400 et 40 florenis auri. Hanc in anno 1436 per fratres de Sancto Laurentio sibi alias in feudum locatam de consensu heremitarum resignavit Conrado Oczheym concivi Budensi tali pacto, ut singulis annis solvat pro fratribus Santae Crucis et Sancti Spiritus florenos octo, ut patet in litteris iuratorum eiusdem civitatis....

ORIG.: Desideratur. - REG.: Pataki: BudRég. XV(1950) p. 295., not. 85.; Documenta artis Paulinorum II. p. 411.

883 Roma, 1426. jan. 7.

(Rome, ap. s. Petrum, VII. Id. Jan.)"...Johannes de Capellis, camerarius Brande, tit. s. Clementis presb. card., obligavit se cam. nomine dicti domini sui super annata prepositure ecclesie s. Petri Veterisbuda, Vespr. dioc., (cuius fructus) trecentos et quinquaginta (fl. marcharum argent. valorem annuum non excedunt), vacantis per promotionem Johannis electi...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. (Liber) Martini papae V., a. 1421-1427., fol. 121^{v}. - REG.: Mon. Rom. Vespr. III. p. 54.

884 Roma, 1426. jan. 7.

(Rome ap. s. Apostolos, VII. Id. Jan.) Martinus (papa V.)...Johanni electo Vesprimiensi...Vesprimiensis (eccl.) ex eo pastoris solatio destituta, quod nos dudum... fratrem nostrum Petrum Agriensem, tunc Vesprimiensem episcopum...a vinculo quo ipse Vespr. eccl., cui preerat, tenebatur...absolventes ipsum ad eccl. Agriensem tunc vacantem duximus transferendum...Nos ad provisionem eiusdem eccl. Vespr....celerem...intendentes, demum ad te, prepositum eccl. s. Petri Veterisbudensis Vespr. dioc. in minoribus dumtaxat ordinibus constitutum...direximus oculos nostre mentis...eidem Vespr. eccl. providemus teque illi preficimus in episcopum et pastorem...et administrationem ipsius... ecclesie tibi in spiritualibus et temporalibus plenarie commitendo...(Super huiusmodi promotione Capitulum Vespr., clerus civitatis et dioc. Vespr., populus civitatis et dioc. Vespr., vasalli eccl. Vespr., archiepiscopus Strigon. et Sigismundus Romanorum, Bohemie et Hungarie rex certificati sunt.)

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Liber 264., fol. 254^{v}-256^{v}.-PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. nr. 10.656., p. 2137-2143. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 176., nr. 843.

885 Trencsén, 1426. jan. 19.

Sigismundus rex sententiam capitalem contra Heyncz Cwizler, Iohannem Smuczer, Nicolaum Lang iuratos et Petrum notarium civitatis Cremniciensis per Demetrium de Zalok vicemagistrum thavarnicorum regalium iniuste latam reprobat ipsosque tamquam honestos et bone fame viros ad omnia honoris officia dignos et habiles restatuit.

ORIG.: Non extat. - COPIA: simplex anonymi auctoris in Arch. Civit. Soproniensis D1,679. (Sign. ant.: Lad. L., fasc. 5., nr. 159.) Arch. Nat. Hung. Filmotheca. - ED.: Házi: Sopron I/2. p. 288-291. - REG.: Házi: Sopron I/2. p. XXXIV. et 288.

Nos Sigismundus dei gratia Romanorum rex semper augustus ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc(etera) rex memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis, quod cum pridem fidelis noster nobilis vir Petrus Raychel per nos in comitem urburarum et montanarum nostrarum in Crempnicia constitutus iuxta modum et consuetudinem per alios urburarum comites a dudum observatam iudicem et iuratos consules in dicta Crempnicia eligere, deputare et instituere voluisset, sicut et debuisset, et duos providos viros, scilicet Heyncz Czwisler, Heckel Opicz et tandem iterum duos alios, scilicet Pertlinum carnificem et Iohannem Thawt in quatuor iuratos consules electos et deputatos vocasset, tandemque quendam Mathiam Ebum de Nurenberga, habitatorem ipsius civitatis Crempniciensis primo in iudicem et demum in iuratum consulem instituere et seriosius totis suis conatibus eligere et deputare voluisset, tunc eundem Mathiam Ebum prefati quatuor consules electi in coniuratum assumere penitus recusantes nec ad officium iudicatus nec consulatus dignum admitti vel assumi debere asseruissent et proinde inter eosdem Petrum Raychel quatuorque iuratos, imo aliqualem partem totius communitatis predicte nostre civitatis non modica controversia et discordia inter eosdem diutius durante et invalescente ac nullatenus sedare valente, tandem causa exinde suborta ad nostre maiestatis audientiam deducta extitisset, postremum nos pro premissarum controversie et discordie sedatione ac predictorum nostrorum fidelium ac pacis unione eductionem fidelem nostrum Demetrium de Zalok vicemagistrum thavarnicorum nostrorum regalium versus dictam Crempniciam transmisissemus committentes eidem, ut premissas controversias vel per viam amicabilis concordie aut iuris discussionem iure debito deberet terminare. Qui quidem Demetrius in dicta Crempnicia constitutus convocatis ad se iudicibus et nonnullis iuratis civibus civitatum nostrarum montanarum, utputa Schewnicia, Bistricia, Lybetha, Königsperg et Bubaus, dum causam, qua re memoratum Mathiam Ebum predicto officio indignum fore asseruissent, sibi assignare postulasset, tunc quidam iurati consules, videlicet Heyncz Czwisler, Iohannes Smuczer, Longus Nicolaus et Petrus notarius civitatis pretacte respondentes dixerunt: quod idem Mathias huiusmodi infamie macula foret obfuscatus sic videlicet, quod dum ipse Mathias Ebum officialis quondam Iohannis Imicher alias comitis urburarum nostrarum Crempniciensium predictarum fuisset, super non modica summa pecuniarum eidem rationem reddere non valuisset, eandemque furtive sibi usurpasset et erga se conservasset et pro eo consulatus officium non esset dignus captare neque possidere, prout hec in registro seu libro civitatis notabiliter signatum et scriptum haberetur. Ad quod prefatus Mathias respondisset, quod ipse omnia sua facta et negotia cum predicto Imicer Hannus honorifice et amicabiliter disposuisset et super hoc quandam litteram signeto ipsius Imiker Hannus signantem id clarius exprimentem produxisset, dicens se fore inculpabilem et innocentem et si quid in libro civitatis esset scriptum, quod honori suo derogari posset, minus iuste et fraudulenter conscriptum fuisset. Adducto itaque et aperto libro civitatis predicte in eodem articulum super facto premisso eundem Mathiam penitus predicta nota seu macula obfuscatum et culpabilem declarantem invenissent. Et quod idem articulus iuste et rationaliter per providum virum magistrum Petrum tunc notarium prescripte civitatis in librum conscriptum[a] esset, hec providi viri scilicet Heyncz Czwisler, Hannus Smuczer et Lang Nickul, tunc iurati cives Crempnicienses affirmassent. Quibus sic peractis memoratus Demetrius de Zalok unacum pretactis iudicibus et iuratis civibus predictarum civitatum predictam causam ruminantes ac tractantes et habito colloquio et deliberatione inter se causam predictam taliter iudicassent: quod quia memoratum Mathiam Ebum iuxta seriem et continentiam litterarum quittantionalium sub signeto predicti quondam Imicker Hannus emanatarum omnia sua facta et negotia cum eodem Imiker Hannus honirifice et amicabiliter disposuisse invenissent, ob hoc pretactus articulus contra ipsum Mathiam Ebum in librum civitatis dolose et

fraudulenter esset conscriptus et eundem librum igni comburi, pretactos vero tres scilicet Heyncz Czwisler, Hannus Smuczer, Lang Nicul iuratos cives ac prenotatum Petrum notarium in penis capitum ac amissione bonorum, rerumque et bonorum ipsorum contra eundem Mathiam Ebum succubuisse pronuntiassent. A qua quidem sententia et iudicio memorati tres iurati cives ac Petrus notarius appellantes ipsam causam per nostram maiestatem audiri et iusto iuris tramite decidi et terminari humiliter supplicantes postularunt. Nos itaque, qui ex assumpto regalis culminis officio cuilibet iustitiam impertiri tenemur, convocatis in nostre maiestatis presentiam iudicibus et nonnullis iuratis consulibus nostrarum civitatum regalium liberarum, videlicet Budensis, Cassoviensis, Posoniensis, Soproniensis, Bartffa, Lewtschoviensis, Epperies, Brassoviensis, Kesmarkt et aliarum quamplurium civitatum presentibus, quibus causam predictam hincinde ruminantes habita matura deliberatione et sano superinde consilio hoc modo discussimus iudicantes: quod quia predictus articulus ad scitum et attestationem predictorum trium iuratorum in librum civitatis fuisset conscriptus et licet pretactus Mathias Ebum litteras quittantionales a memorato Iohanne Imicker obtinuerit, tamen eedem littere librum civitatis reprobare nequaquam potuissent et ideo eundem librum civitatis nullatenus igne comburi debere manifeste et aperte agnovimus, proindeque sententiam predictam per ipsum Demetrium modo premisso latam reprobantes universas et quaslibet litteras, articulos et registra superinde sub quorumcunque sigillis confectas et emanata, quoad omnes earum continentias et clausulas revocamus, cassamus, annullamus et perpetuis successivis futuris temporibus viribus carituras relinquimus et pronuntiamus, pretactosque Heyncz Czwisler, Iohannem Smuczer, Lang Nickul ac Petrum notarium, quoad factum predictum tamquam honestos et bone fame viros ad omnia honoris officia dignos et habiles restatuimus harum nostrarum, quibus secretum nostrum sigillum appensum est, vigore et testimonio litterarum mediante. Datum Trenczinii, sabbato proximo ante festum beatorum Fabiani et Sebastiani martirum, anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo sexto, regnorum nostrorum anno Hungarie etc(etera) tricesimo nono, Romanorum sexto decimo et Bohemie sexto.

De mandato domini regis ista informatio emanatarum harum litterarum facta est per Michaelem Nodlar iudicem et Ladislaum de Erd civem Budensem et Ladislaum Knall civem civitatis Cassoviensis.

[a] recte: conscriptus

886 Buda, 1426. febr. 24.

(Bude, in dom. Reminiscere.) Nos Sigismundus... Hungarie... rex m. comm., quod Georgius litteratus de Veteribuda pro Iacobo litterato de eadem... ab una, parte vero ex altera Petrus litteratus pro Iohanne filio condam Andree litterati de Kapy... causam predictarum partium in personali nostre maiestatis presentia in... octavis festi epiphaniarum domini[1] iuxta continentiam litterarum Petri filii Hernycy de Berzeuice tavarn. reg. magistri vertentem de earundem partium voluntate ad octavas festi b. Georgii[2]... in eandem nostre maiestatis presentiam personalem prorogassent, ymmo prorogarunt coram nobis...

In dorso: Pro Iohanne filio condam Andree litterati de Kapy contra Iacobum litteratum de Veteribuda ad octavas festi b. Georgii martiris proxime affuturi in nostram personalem presentiam. Prorogatoria.

Orig.: Chart. pap. cum fragm. sig. mediocris, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 64. 232. (Sign. ant.: Arch. Mus. Nat. Hung. famil. Kapy. K. Fasc. 111. No. 42.)

[1] 1426. jan. 13.
[2] 1426. maj. 1.

887 Tata, 1426. maj. 8.

(...in Thatha, vig. Ascens.) Nos Sigismundus...Romanorum...ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc(etera) rex m. comm., quod...providus Jacobus magister civium...civitatis Cibiniensis sua necnon universorum Saxonum septem sedium Saxonicalium partium nostrarum Transsiluanarum in personis maiestati nostrae exposuit... querulose, quod dum ipsi censum circa f. s. Martini[1]...fisco nostro regio...annis singulis ...cum argento...secundum...iustum valorem argenti persolvere vellent, tunc...nostri census exactores...ipsos ad solvendum superfluum valorem huiusmodi argenti...angariarent ...in eorum...gravamen; super quo supplicavit dictus magister civium sibi et praedictis aliis per nostram maiestatem...provideri..., ideo nos...id...duximus statuendum..., quod...universi Saxones antedictarum septem sedium... praedictum censum...exactoribus praedictis cum fino argento, aut casu, quo argentum non habuerint,...cum...pecunia... parata pro tempore currente tanti...valoris..., pro...quanta...pecunia...purum seu finum argentum de una marca ponderis Budensis ibidem Budae emi poterit, ad limitationem ponderis marcae Belae regis, quae...marca...uno lotone minus quam marca Budensis ponderare dicitur, praedictum censum...solvere, ipsique exactores...census nostri absque alia superflua petitione...contentati remanere teneantur. Super valore autem et iusto pretio... argenti marcae Budensis...,quemadmodum anno currente in ipsa Buda de eius pretio compertum fuerit, dicti Saxones praedictos exactores...census nostri regalis, per literas iudicis et iuratorum civium...civitatis Budensis, quas per eosdem eisdem Saxonibus serie praesentium quolibet anno...emanari facere iubemus annuatim certificare...sint obligati...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. de filo sericeo virid. col. pend. Arch. civit. Nagyszeben-Hermannstadt - Sibiu. In dorso manu saec. XV. scripta adnot. Relaxatio argenti super censu sancti Martini in minutam pecuniam legitur. - TRANSCR.: Sigismundus rex Hung. 1435. mart. 12. > Capitulum ecclesiae Transsilvanensis 1436. sept. 17. - ED.: Eder: De initiis in Append. ad p. 185. = Der Verfassungszustand Not. 39. = Schlözer: Krit. Sammlungen I. p. 42., nr. 33. (Uterque partim.); Gündisch (Z.-W.-): Urkundenbuch IV. p. 249-250. - REG.: Kemény: Notitia I. p. 166.

[1] Nov. 11.

888 Tata, 1426. maj. 8.

(...in civit. Thatha, vig. Ascens.) Nos Sigismundus...Romanorum...ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc(etera) rex m. comm....quod...honorabilis dominus Ladislaus plebanus eccl. parochialis de Eccel et providus Nicolaus filius Johannis iudex oppidi...Megyes...in eorum ac universorum Saxonum ad sedes Megyes et Selk pertinentium partium nostrarum Transsiluanarum personis maiestati nostrae exposuerunt...querulose, quod dum ipsi censum circa f. s. Martini[1]...fisco nostro...annis singulis...cum argento seu valore eiusdem exactoribus huiusmodi census nostri secundum...iustum valorem argenti persolvere vellent, tunc dicti... census exactores de...valore argenti tunc currente non contenti ipsos ad solvendum superfluum valorem huiusmodi argenti...angariarent... in eorum...gravamen; super quo supplicarunt...eis per nostram maiestatem opportune provideri;...ideo nos...de prelatorum et baronum nostrorum...praehabito consilio...id ...duximus statuendum, quod... Saxones...sedium Megyes et Selk praedictum censum... exactoribus praedictis cum fino argento, aut casu quo argentum non habuerint, ex tunc cum pecunia...parata pro tempore currente tanti...valoris..., pro quanta...pecunia...tempore ...solutionis...dicti census communi cursu emptionis argenti, purum seu finum argentum de una marca ponderis Budensis ibidem Budae tunc emi poterit,...exactores dicti census... contentati remanere teneantur. Super valore autem et iusto pretio...argenti marcae Budensis...,quemadmodum anno currente in ipsa Buda de eius pretio compertum fuerit, dicti Saxones praedictos exactores supra memorati census nostri regalis per literas iudicis et iuratorum civium...civitatis Budensis, quas per eosdem eisdem Saxonibus serie presentium quolibet anno dari et emanari facere iubemus, annuatim certificare debeant...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. de filo sericeo virid. col. pend. In superiore margine Relatio Piponis de Ozora comitis Temesiensis not. canc. legitur. Arch. Bibl. Steph. Ludwig Roth-Schule Medgyes-Mediasch.-ED.: Gündisch:(Z.-W.-): Urkundenbuch IV. p. 251-252. - REG.: Ibid. p. 251.

[1] Nov. 11.

889 1426. maj. 25.

Iudex et iurati, ceterique cives Pestienses magistratum civitatis Posoniensis requirunt, ut bona per Iohannem Magar dictum, inhabitatorem Pestiensem in Posonio dissipata et impignorata ad manus Stephani filii Ambrosii dare et assignare velint.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. minoris (30 mm) rubri coloris, quo erat clausa. Arch. Civit. Poson. (Bratislava.) Chart. nr. 3402. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

Salutem et amicitie continuum incrementum ! Circumspecti viri, amici nostri carissimi, easdem vestras presentibus requirimus amicitias, quatenus universa bona alias circa medium Quadragesime quoddammodo per providum virum Iohannem Magar dictum, nostre civitatis cohabitatorem, vestri in medio dissipata et impignorata, eadem bona ad manus Stephani filii Ambrosii, nichil ex eisdem manibus prenotati Iohannis Magar presentantes, dare et assignare velitis. Scriptum in Pesth, sabbatho proximo post festum penthecostes, datum anno domini M^mo CCCC^mo XXVI^to.

Iudex, iurati ceterique cives
de Pesth, amici vestri.

In dorso: Circumspectis viris, iudici, iuratis, ceterisque civibus et universis hospitibus Posoniensibus.

890 Buda, 1426. jun. 10.

(Bude, f. II. a. Barnabe.) Nos Sigismundus... Hungarie... rex m. c., quod Laurentius de Zambar pro Iohanne filio condam Andree litterati de Kapy... ab una, parte vero ex altera (Petrus litteratus[a]) pro Iacobo litterato de Veteribuda... causam... dictarum partium in personali nostre maiestatis presentia in... octavis festi b. Georgii[1]... iuxta continentiam aliarum litterarum nostrarum prorogatoriarum vertentem de ipsarum partium voluntate ad octavas festi b. Michaelis archangeli[2]... in eandem nostre maiestatis presentiam personalem prorogassent..., ymmo prorogarunt coram nobis...

In dorso: Pro Iohanne filio condam Andree litterati de Kapy contra Iacobum litteratum de Veteribuda ad octavas festi b. Michaelis archangeli proxime affuturi in nostram regiam presentiam personalem. Prorogatoria.

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. mediocris, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 64. 235. (Sign. ant.: Arch. Mus. Nat. Hung. famil. Kapy. K. Fasc. 111. No. 42.)

[a] Nomen procuratoris Iacobi litterati deest, ex plurimis autem sequentibus huius causae prorogationibus dictus Petrus certo sumi potest.

[1] 1426. maj. 1.
[2] 1426. oct. 6.

891 Székesfehérvár, 1426. aug. 19.

(Albe, f. II. a. Stephani regis.) Ego Nofrius Bardi comes tricesimarum fateor..., quomodo familiares mei, vidl. Grepiolus Ytalicus Budensis tricesimator, necnon Laurentius tributarius in persona mei a iuratis civibus civitatis Soppronienses, signanter a Michaele et Caspar concivibus...de taxa s. Georgii perceperunt fl. ducentos auri puri, super quibus predictos Michaelem et Caspar concives civitatis predicte et per consequens civitatem Soppronienssem reddo...expeditam...

ORIG.: Chart. pap. cum sig. appresso. In dorso manu saec. medii XV. Quittacio Noffrii not. legitur. Arch. Civit. Soproniensis Dl. 710. (Sign. ant.: Lad. XIX., fasc. 1., nr. 33.) Arch. Nat. Hung. Filmotheca. - Ed.: Házi: Sopron I/2. p. 318. - REG.: Házi: Sopron I/2. p. XXXVI. et 318.

892 Buda, 1426. aug. 24.

(Bude, in Bartholomei.) Sigismundus...Romanorum...ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc(etera) rex...Capitulo ecclesie Budensis...Nos pro...servitiis... Nicolai episcopi Waciensis, comitisque capelle nostre regie maiestatis...nobis...exhibitis ...possessiones regales Harthyan...et Nemegh in...Pestiensi et Neogradiensi comitatibus habitas...memorato...Nicolao episcopo et per eum Ladislao filio Stephani de Alcheb nepoti ...ipsius..., item Johanni, Nicolao, Gaspar, Stephano ceterisque ipsius Ladislai nascituris ...nove nostre donationis titulo...contulerimus commisimusque ipsum...episcopum et dictos suos nepotes in dominium earundem...facere introduci. Igitur fidelitati vestre... mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem..., quo presente Nicolaus filius Thome, vel Mathias, sin Michael de Alagh, ceu Ladislaus filius Lorandi de Palatha, aut Georgius filius Georgii de Gwtha...ad facies predictarum possessionum...vicinis et commetaneis... inibi...presentibus...introducat prefatos...in dominium earundem...perpetuo possidendas...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capitulum eccl. Budensis 1426. sept. 16. Arch. Capit. eccl. Vaciensis priv., Lit. nr. 2. - PHOTOCOPIA: Arch. Nat. Hung. Phototheca DF. 280. 242.

893 Buda, 1426. sept. 6.

(Bude, f. VI. a. nat. virg.) Nos Sigismundus...Hungarie...rex m. c. t. pr. signif. quibus exp. univ., quod nos...pensatis...fidelium servitiorum...meritis fidelis nostri viri magnifici comitis Mathyws de Palocz iudicis curie nostre per ipsum nobis...exhibitis... quendam fundum seu curiam in civitate nostra Budensi, in vico platee Omnium sanctorum in qua est capella eorundem sanctorum, inter fundos Mazarath wayuode et Stephani apotecarii habitum et existentem per obitum condam Hertlini olim iudicis dicte civitatis nostre Budensis tum ex eo, quod idem Hertlinus iudex nullum post se legitimum reliquit successorem, tum vero ideo, quia intestatus decessit, ad manus nostras regias rite et legittime devolutum eidem comiti Matheo heredibusque et successoribus suis universis nove nostre donationis titulo...de manibus nostris regiis et ex certa nostre maiestatis scientia... donavimus..., ymmo...et conferimus iure perpetuo...possidendum...in filios filiorum et heredum per heredes salvo iure alieno...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. impresso. In superiore margine et sub sig. Commissio propria domini regis not. canc., in dorso vero manu saec. XVI. Donatio super domum Budensem per dominum Sigismundum adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 11. 849. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 792. No. 19.) - REG.: Pataki: Bud. Rég. XV (1950) p. 294., adnot. nr. 78.

894 Orsova, 1426. sept. 8.

(In Orswa, in Nat. Marie.) Pipo, filius Stephani de Scolaribus, alias de Florentia, nunc vero de Ozora, Temesiensis et Camerarum salium regalium comes, ad univ.... not. h. serie volumus pervenire, quod nos... clare comperimus, quod ille possessiones, quas alias... collegiate eccl. Albe regalis... fundate... in perpetuam elemosinam dedimus... etiam in nostra capella, quam nos a parte porte curie prepositalis, in acie seu cornu dicte collegiate ecclesie intra quandam turrim sui vetustate tam in superioribus, quam in fundamentalibus periculosissime ruine propinquam, sumptibus nostris propriis Dei auxilio restaurari et in altitudine debite proportionalitatis erigi, ac plumbeo tecto cooperiri, necnon in honore et sub titulo sanctorum Philippi et Jacobi apostolorum, ac b. Ladislai, huius regni Hungarie piissimi patroni consecrari fecimus[1], in qua quoque capella nostra... nobis et... conthoralis nostre... elegimus sepulturam eo ordine, eoque modo et serie, quo in primis nostris litteris... super dotatione ipsius nostre capelle confectis sunt descripte[2] ...; ob hoc nos cum... conthorali nostra... duas villas nostras, vidl. Ketye vocatam in comit. Simighiensi existentem et Deeg appellatam, in comit. Albensi situatam...; insuper etiam utramque domum nostram in Castro Novi Montis Pestiensis, seu civitate Budensi habitam, quam semper inhabitavimus, recta linea usque ad duas plateas connexam, quarum scil. prima et anterior protenditur ad plateam Italorum seu maiorem, posterior vero protenditur ad plateam sancti Nicolai, simulcum omnibus earundem edificiis et utilitatibus ac pertinentiis quibuslibet prius datis, adiacentes et superaddentes prelibate eccl. s. Marie virg. et per consequens dominis preposito et canonicis eiusdem eccl., qui pro tempore fuerint constituti (sub conditionibus in sequentibus uberius specificatis) dedimus... per eosdem in sempiternum tenendas... cum omni eo iure, quo eedem nos et... conthoralem nostram quovis nomine concernunt...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: : Capit. eccl. Albensis 1426. nov. 15. Membr. cum duobus sig. pend. (Arch. famil. Eszterházy.) - ED.: Wenzel Gusztáv: Okmánytár Ozorai Pipo történetéhez. Tört. Tár 1884. p. 434-437.

[1] Vide: Lukcsics: Dipl. Pontific. I. p. 62., nr. 78. (1418. maj. 3.)
[2] Orsova, 1425. jul. 25. in TRANSC. Capit. eccl. Albensis 1426. nov. 15. Tört. Tár 1884. p. 430-434.

895 1426. sept. 16.

(XVI. die statut./f. Egidii.) Nos Capitulum ecclesie Budensis... ad univ. not. h. serie volumus pervenire, quod nos... litteras... Sigismundi ... Romanorum... ac Hungarie, Bohemie etc(etera) regis... recepimus in hec verba: (Vide nr. 892. Sigismundus rex 1426. aug. 24.) Nos itaque... unacum Nicolao de Alagh et Georgio filio Georgii de Gwtha... Paulum eccl. nostre presbiterum... nostro pro testimonio duximus transmittendum, qui... nobis retulerunt, quod ipsi in f. b. Egidii[1]... ad facies... possessionum Harthyan et Nemegh vicinis et commetaneis... presentibus acedendo... Nicolaum episcopum Waciensem ac Ladislaum, Johannem, Nicolaum, Gaspar et Stephanum (nepotes eiusdem d. episcopi) in dominium earundem introduxissent...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. pend., in superiore margine litteris ABC intercisa. Arch. Capit. eccl. Vaciensis priv. Lit. nr. 2. - PHOTOCOPIA: Arch. Nat. Hung. Phototheca DF. 280.242.

[1] 1426. sept. 1.

896 1426. oct. 10.

(Bude, f.V.p.Dionisii.) Sigismundus...Hungarie...rex...capitulo ecclesie Budensis...Cum nos...possessiones nostras regales Wereseghaz et Zada...in comitatu Pesthiensi existentes...Ladislao filio Stephani de Alcheb...ac Iohanni, Nicolao et Gaspar, ac Stephano filiis eiusdem...pro certa sumpma pecunie...pignori duxerimus obligandas, voluimusque eosdem in dominium earundem...facere introduci, igitur fidelitati vestre... mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Iohannes vel Sigismundus litterati de Pechel, aut Ladislaus filius Lorandi de Palatha, sin Mathias, sew Nicolaus de Alagh, sive Sebastianus de Echer, neve Nicolaus filius Iohannis dicti Saphar de Chaba, aliis absentibus homo noster ad facies...possessionum Wereseghaz et Zada vocatarum...accedendo introducat prefatos Ladislaum ac Iohannem, Nicolaum, Gaspar et Stephanum in dominium ipsarum...si non fuerit contradictum; contradictores vero, si qui fuerint, evocet ipsos...palatinalem in presentiam...rationem contradictionis eorum reddituros...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Cap. ecclesiae Budensis 1426. oct. 24.> Stephanus de Bator iudex curiae regiae 1486. nov. 26. Arch. Nat. Hung. Dl. 11. 859. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 215. No. 38.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 153.

897 1426. oct. 24.

(XII. die dom. p. Dionisii.) Nos cap. ecclesie Budensis m. comm. t. pr. signif. quibus exp. univ., quod nos litteras...domini Sigismundi...Hungarie...regis introductorias et statutorias...recepimus in hec verba: (Vide nr. 896. Sigismundus rex Hungariae 1426. oct. 10.) Nos itaque...unacum...Nicolao de Alagh...Paulum ecclesie nostre presbiterum ad... introductionem et statutionem faciendam...pro testimonio...duximus destinandum, qui ...nobis...retulerunt, quod ipsi die dominico...post festum b. Dionisii[1]...ad facies... possessionum Wereseghaz et Zada...accedendo...Ladislaum (filium Stephani de Alcheb), (necnon) Iohannem, Nicolaum, Gaspar et Stephanum (filios eiusdem) in dominium earundem introduxissent easdemque ipsis...pignoris titulo possidendas statuissent nullo...contradictore apparente...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Stephanus de Bathor iudex curiae regiae 1486. nov. 26. Arch. Nat. Hung. Dl. 11. 859. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 215. No. 38.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 153.

[1] 1426. oct. 13.

898 Pest, 1426. oct. 24.

(In civitate nostra Pestinensi, f. V. p. undecim mill. virg.) Nos Sigismundus... Romanorum...ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc(etera) rex m. comm.,... quod universi carnifices civitatis nostre Veteris Budensis ...contra carnifices civitatum nostrarum Budensis et Pesthiensis per modum...querele proposuerunt..., quod licet ipsi carnifices civitatis nostre Veteris Budensis in emptionibus boum et aliorum pecorum in macellis mactari solitorum, qui et que per quoscunque incolas huius regni nostri Hungarie causa venditionis ad ipsas civitates nostras Budensem et Pesthiensem pellerentur et ducerentur, eandem libertatem et consuetudinem, quam ipsi carnifices Budenses et Pesthienses semper habuerint et de iure habere deberent, tamen iidem carnifices Budenses et Pesthienses huiusmodi boves et pecora, postquam iidem per dictos regnicolas nostros prope seu circumcirca dictam civitatem nostram Pesthiensem venditionis causa ducerentur, statim pro se occupando, quot et quantum et quales ex dictis pecoribus pinguioribus scil. et melioribus habere et emere velint, iuxta eorum placitum ipsimet eligerent et compararent, eisdem vero carnificibus Veterisbudensibus ad emendum de huiusmodi pecoribus viliora relinquerent, ymmo quandoque ex eisdem nichil ipsis remaneret, quod in ipsorum dampnum et libertatis derogamen cederet valde grande - supplicantes per nostram maiestatem eis in hac parte opportune provideri. Unde nos hys auditis volentes superinde experiri,...providos

iudices et iuratos ac ceteros nonnulos cives dictarum civitatum nostrarum Budensis et Pesthiensis pro habenda et capienda super huiusmodi negocio certitudinis veritate, discutiendisque et finaliter concludendis talismodi inter ipsos carnifices ratione previa exortis discordiis et contentionibus, presentibus prefatis carnificibus tam Veteris Budensibus, quam Budensibus et Pesthiensibus in nostre maiestatis presentiam convocari... iusseramus, qui... per nos requisiti... unanimi testificatione... fassi extiterunt, qualiter prefati carnifices Budenses et Pesthienses semper et omni tempore prescripta libertate et consuetudine, ut vidl. iidem huiusmodi pecora prius et ante memoratos carnifices Veteris Budenses, ac etiam quoslibet alios per se emendi habuerint et haberent facultatem, hactenus usi sunt, fuissent et gavisi, ac de presenti uterentur, fruique deberent et gaudere. Cupientes itaque nos perceptis et intellectis premissis dictis et assertionibus prefatorum iudicum, iuratorum et ceterorum civium Budensium et Pesthiensium in hac parte factis, prescriptos carnifices Budenses et Pesthienses eorum pristinis et antiquis libertatibus frui et gaudere, decrevimus et presentibus publice decernimus, ut ipsi carnifices Budenses et Pesthienses prenotatis ipsorum libertatibus et consuetudinibus, quibus usque modo in emptionibus prescriptorum pecorum, ut premissum est, etiam a modo inposterum semper temporibus successivis universis uti, frui et gaudere valeant atque possint, super ulteriori impetitione et infestatione eorundem carnificum Budensium et Pesthiensium, ac querela contra eosdem exinde de cetero per prefatos carnifices Veteris Budenses qualitercunque in hac parte facienda, eisdem carnificibus Veteris Budensibus perpetuum silentium... imponimus harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Wladislaus II. rex. Hung. 1491. jun. 20. Arch. civitatis Budapestinensis. Mohács e. gyüjt. (Coll. a. Mohácsiana) nr. 6. - VERSIO Hung.: Bevilaqua Borsody: Budai és pesti mészároscéhek I. p. 42-44. - REG.: Id. ibid. p. 42. - COMM.: Id. ibid. p. 44-50.

899 Buda, 1426. nov. 15.

(Bude, f. VI. p. Martini.) Nos Sigismundus... Hungarie... rex m. comm., quod Laurentius de Zombor pro Iacobo litterato de Veteribuda... ab una, parte vero ex altera Petrus litteratus pro Iohanne filio condam Andree litterati de Kapy... causam... dictarum partium in personali nostre maiestatis presentia in... octavis festi b. Michaelis archangeli[1] iuxta continentiam aliarum litterarum nostrarum prorogatoriarum de ipsarum partium voluntate ad octavas festi epiphaniarum domini[2]... in eandem... presentiam personalem prorogassent, ymmo prorogarunt coram nobis...

In dorso: Pro Iohanne filio Andree litterati de Kapy contra Iacobum litteratum de Veteribuda ad octavas festi epiphaniarum domini proxime venturas[2] in nostram regiam presentiam personalem. Prorogatoria.

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. mediocris, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 64. 240. (Sign. ant.: Arch. Mus. Nat. Hung. famil. Kapy. K. Fasc. 111. No. 42.)

[1] 1426. oct. 6.
[2] 1427. jan. 13.

900 Roma, 1426. nov. 27.

(Rome, ap. sanctos apostolos die vicesima septima Novembris, pontif. Martini quinti anno decimo.) Oddo de Varris administrator ecclesie Anagniensis, domini nostri pape thesaurarius... Universitati vestre notum facimus..., quod... domini canonici et cap. ecclesie Strigoniensis pro parte annate sive mediorum fructuum primi anni parrochialium ecclesiarum villarum Wrs et Sasad Vesprimiensis dioc. eisdem apostolica auctoritate unitarum, in quibus Camere apostolice ratione unionis huiusmodi... sub certis penis et summis erant... obligati, quinquaginta fl. auri... nobis... die date presentium per manus... domini Hermanni de Dwergh, apostolice sedis prothonotarii solvi fecerunt..., de quibus...

pro parte et in deductionem annate sive mediorum fructuum primi anni dictarum ecclesiarum villarum Wrs et Saad[a], ut premittitur, nobis datis et solutis, prefatos dominos canonicos et capitulum ecclesie Strigoniensis... eorumque... successores... tenore presentium absolvimus et quietamus...

ORIG.: Membr. cum plica et zona membranacea sig. pend. In dextera parte plicae Z. de Rotella not. canc., in dorso vero manu saec. XVI. Pro dominis meis (de) capitulo Strigoniensi adnot. est scripta. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 44., fasc. 3., nr. 14. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

[a] recte: Sasad

901 Torda, 1426. nov. 29.

(In Torda, in vig. Andree.) Barbara... Romanorum ac Hungarie etc(etera) regina. Vestre universitati (scil. magistratui civitatis Posoniensis)... mandamus, quatenus... munera strenalia ad novum annum... ex parte vestri nobis provenire debentia ad manus... Ladislai magistri Cruciferorum de Calidis aquis Budensibus superioribus... eiusdem novi anni... administrare debeatis...

ORIG.: Chart. pap. cum sig. tergo appresso. Arch. civit. Posoniensis (Bratislava.) Lad. 12. nr. 839. (Sign. ant.: Lad. 37. nr. 21-h.) - REG.: Inventar nr. 999.

902 1426. nov. 30.

(In Andree.) Nos Conventus monasterii s. Salvatoris de Kapornak m. comm., quod Stephanus filius Michaelis de Aran sua, ac... fratrum suorum... in personis confessus extitit, quod quia... Petrus dictus Herczeg de Felseölindva et... Margaretha... consors eiusdem... ad litteratoriam petitionem... Sigismundi... Romanorum... ac Ungariae, Bohemiae, Dalmatiae et Croatiae etc(etera) regis... sibi tria millia fl. novos, florenum... per centum denarios computando..., pro quibus... dominus rex... terras ad valorem dictorum... florenorum se extendentes... dare... assumsisset tali conditione..., quod si... dominus... rex dictas possessiones... usque octavum diem diei medii quadragesimae[1]... Petro Hercheg... et... consorti eiusdem dare... recusaret..., extunc ipse Stephanus... praemissam summam ... domino Petro et consorti suae in dicto octavo die med. quadrag. coram nobis viceversa... persolvere assumpsisset... tali vinculo obligationis interserto, quod si... dominus... rex... praemissas possessiones... dare recusaret, aut idem Stephanus... ipsam sumpmam pecuniae ... reddere... non curaret, extunc elapso dicto octavo die med. quadrag. memoratus Petrus Herchegh et consors eiusdem quandam possessionem Dees in Hevesiensi ac medietatem alterius possessionis ipsius Stephani Kapusztasmegyer vocatas in Pestiensi comitatibus... habitas... praesente nostro testimonio occupandi... habeant facultatem...; ubi vero ipse in dominio... dictarum possessionum conservare non posset..., extunc iidem Petrus et... consors eiusdem quoddam castrum ipsius Stephani Zagyuafew appellatum... cum possessionibus... ad idem spectantibus... praesente... nostro testimonio... occupandi... habeant facultatem tamdiu, donec ipsis... Petro et... consorti eiusdem de praescriptis... satisfactio impendatur...

ORIG.: Chart. lacera (secundum Fejér in Coll. Nicolai Jankovich habita.) - ED.: Fejér: CD. X/6. p. 842-844. - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 153., nr. 616.

[1] 1427. apr. 2.

903 1427. jan. 6.

Magistratus civitatis Veterisbudensis magistrum Martinum pellificem concivem et pridem iudicem et Margaretham consortem suam quandam domum ipsorum emptitiam in praefata civitate habitam Ladislao de Csetnek gubernatori eccl. s. Trinitatis de Calidis aquis et per eum magistris: Nicolao et Johanni fratribus suis carnalibus, necnon Georgio eiusdem Nicolai et Andreae ipsius Johannis filiis pro sexaginta sex fl. (cum exp. caut.) vendidisse testatur.

ORIG.: Membr. cum sig. de filo sericeo flavei et albi col. pend. In dorso manu coaeva scripta Super domo Veterisbudensi adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 11.890. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 1549. No. 95.) - REG.: Fejér: CD.X/8.p. 607. - Reiszig: II. p. 147.

Nos Stephanus dictus Kezthwlch iudex, necnon Petrus filius Iohannis, Gregorius filius alterius Iohannis, Stephanus filius condam Benedicti et Dionysius dictus Tholway iurati cives civitatis Veterisbudensis memorie commendantes tenore presentium significamus quibus expedit universis, quod providus vir, magister Martinus pellifex, pridem iudex dicte civitatis, concivis noster et domina Margaretha vocata consors sua, onera et gravamina Michaelis et Iohannis filiorum ipsorum super se assumpmendo, si iidem in infrascriptis persistere nollent, ad nostram personaliter venientes presentiam, per prefatos magistrum Martinum et dominam coniugem suam sponte confessum extitit vive vocis oraculo in hunc modum: Quod ipsi quoddam[a] fundum seu quandam domum ipsorum emptitiam, in prefata civitate, in vicinitate magistri Andree litterati, alio nomine Borgyas dicti ab una, ex alia vero parte ex opposito et transverso domorum Iohannis Kapoztas dicti, modo simili concivium nostrorum existentem et habitam, simul cum curia ac cunctis edificiis in superficie eiusdem existentibus, ad eandem domum undique de iure spectantibus, venerabili domino Ladislao de Chythnek gubernatori cruciferatus ecclesie sancte trinitatis de Calidisaquis et per eum egregiis viris magistris Nicolao et Iohanni fratribus suis carnalibus, item Georgio eiusdem Nicolai et Andree ipsius Iohannis filiis ipsorumque posteritatibus universis pro sexaginta sex florenis presentis nove monete regalis plene, ut dixerunt, habitis et receptis vendidissent, tradidissent et perpetuassent, ymo vendiderunt, tradiderunt atque perpetuarunt coram nobis iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendam, pariter et habendam, nil iuris nilve proprietatis et dominii ex eadem domo et eius pertinentiis predictis pro se suisque posteris reservando, sed totum ius et dominium earundem in ipsum dominum Ladislaum fratresque suos transferendo, nullo etiam penitus contradictore existente. Assumpmentes insuper prefati magister Martinus pellifex et consors eiusdem antelatum dominum Ladislaum fratresque suos predictos ac totam eorum successivam posteritatem ab omnibus ratione dicte domus seu fundi impedire vel molestare laborantibus iuxta libertatem et consuetudinem predicte civitatis propriis ipsorum laboribus et expensis expedire et ubique defensare. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas ad fassiones dictorum magistri Martini pellificis et consortis sue prefato domino Ladislao, necnon fratribus suis et filiis eorundem prenarratis duximus concedendas. Datum in festo epiphaniarum domini, anno eiusdem millesimo quadringentesimo vigesimo septimo.

[a] recte: quendam

904 Roma, 1427. febr. 12.

(Rome ap. s. Apostolos, pridie Id. Febr., a. X.) Beatissime pater ! (Martinus papa V.) ...dudum... Capitulum eccl. Vaciensis considerantes, quod cum ipsi duo predia campestria deserta et inculta: Zerethwen et Pethlend vulgariter nuncupata, in com. Vestiensi (!) Vespr. dioc. consistentia..., eis parum proficua et magnificus vir, dominus Nicolaus de Gara, regni Hung. comes palatinus, quandam domum intra muros Budenses sitam...haberent; quod si dicta predia cum dicta domo permutare possent, conditio capituli multo melioraretur. Contractu inito predia ipsa, de quibus capitulum ultra tres fl. auri de

camera cum dimidio non percipiebant annuatim, quodque ipsa domo, de qua circa septem fl. similes vel circa annuatim percipiuntur, cum eodem comite permutarunt. Quare pro parte dicti comitis... supplicatur, quatenus domum et predia prefata cum eorum confinibus et qualitatibus habendo pro expresso, permutationem prefatam et omnia inde secuta rata habendo et grata dignemini auctoritate apostolica ex certa scientia confirmare supplentes omnes defectus, si qui forte intervenerint in eisdem...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 208., fol. 51^{v}. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. nr. 10.656., p. 2341-2342. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 188., nr. 908.

905 Buda, 1427. febr. 16.

(Bude, III. die Valent.) Nos Sigismundus... Hungarie... rex m. comm., quod Laurentius de Zombor pro Jacobo litterato de Veteribuda... ab una, parte vero ab altera Petrus litteratus pro Johanne filio condam Andree litterati de Kapy... causam... dictarum partium in personali nostre maiestatis presentia... in oct. festi epiph. domini[1] iuxta continentiam aliarum litterarum nostrarum prorogatoriarum vertentem de ipsarum partium voluntate ad oct. f. b. Georgii[2]... in eandem nostre maiestatis presentiam personalem... prorogassent, ymo prorogarunt coram nobis...

In dorso: Pro Johanne filio condam Andree litterati de Kapi contra Jacobum de Veteribuda ad oct. f. b. Georgii[2] nostram personalem in presentiam prorogatoria.

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. mediocris, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 64.242. (Sign. ant.: Arch. Mus. Nat. Hung. famil. Kapy. K. Fasc. 111. No. 43.)

[1] 1427. jan. 13.
[2] 1427. maj. 1.

906 Buda, 1427. febr. 22.

(Bude, in kath. Petri.) Nos Sigismundus... Hungarie... rex m. comm., quod... dominus Iohannes ep. ecclesie Vesprimiensis, alias sumpmi maioris sigilli nostri vicecancellarius ...est confessus in hunc modum: Quia viri magnifici: Stephanus et Georgius comites comitatus Posoniensis, filii condam comitis Simonis de Rozgon iudicis curie nostre pro certis factis nostre maiestatis per... Iohannem episcopum expediendis ad manus Michaelis Nodler, iudicis civitatis nostre Budensis de commissione dicti... episcopi mille et quingentos fl. puri auri boni et iusti ponderis assignasset[a], et tandem idem Michael Nodlar iudex eosdem mille et quingentos fl. auri eidem Iohanni episcopo plenarie persolvisset, ideo ipse... Iohannes episcopus eosdem Stephanum et Georgium de Rozgon... super prescriptis mille quingentis fl. auri... expeditos reddidisset..., ymmo... et commisit coram nobis...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. mediocris tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 11.899. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 423. No. 48.)

[a] recte: assignassent

907 Brassó, 1427. mart. 17.

(Brassovie, f. II. p. Reminiscere.) Nos Sigismundus... Romanorum... ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc(etera) rex m. comm. t. pres. signific. quibus exp. univ., quod nos frequentibus querelis regnicolarum nostrorum, tam ecclesiasticorum, quam secularium super illationibus violentiarum, dampnorum et multarum incommoditatum per

nostros ac prelatorum et baronum, militum et nobilium regni nostri familiares exercitualiter proficiscentes in possessionibus nostris et eorundem tempore expeditionum exercitualium perpetratis assidue propulsati, cupientes super hiis de remedio condigno providere, unacum eisdem prelatis et baronibus nostris mature deliberantes de eorundem... consilio ordinavimus... ac presenti dicreto (inter alia) sancimus... (VII) (ut)... pro avena vel ordeo aut siligine tempore caristie pro cubulo Budensi solvantur denarii triginta unus, tempore autem fertilitatis solvantur viginti quinque...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. secr. sub textu appressi. In dorso Decretum adnot. legitur. Arch. Conventus Lelesziensis publ. Acta anni 1427. Fasc. 47. nr. 22. Arch. Nat. Hung. Filmotheca, Carton 165., Pos. 47.) - ED.: Kovachich: Suppl. I. p. 328-337. (mendose); Fejér: CD. X/6. p. 878-884.; Dőry-Bónis-Bácskai: Decreta p. 244-247. - Versio(Hung.): Kőszeghy S.: Zsigmond király két honvédelmi szabályzata. Hadtörténelmi Közlemények 1892. p. 589-591. - COMM.: Bónis: op. in ED. cit. p. 244.

908 Brassó, 1427. mart. 17.

(Brassovie, f. II. p. Reminiscere.) Sigismundus... Romanorum... ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Galicie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque rex, marchio Brandenburgen. et Lucemburgen. heres, necnon Barbara... regnorum predictorum regina.... Cum inter ceteras animi nostri curas... in cusione, cursu et consuetudine monete tam auree quam argentee utiliorem et fructuosiorem dispositionem ederemus, habito cum prelatis et baronibus nostris... maturo superinde consilio.... (I) Ordinavimus monetam auream nostre maiestatis in eisdem qualitate, quantitate et gradibus auri, quibus hucusque cusa est et nunc cuditur, de cetero cudi et remanere, monetam vero argenteam maiorem a modo in antea cudi et fabricari de argento finissimo in tanta quantitate, quod de una marca puri argenti exeant denarii sexcenti, quorum centum currant pro floreno auri. Minores vero denarii vulgariter filler vocati camare nostre regie hactenus cusi - quousque durabunt - remaneant et currant, nec cudantur de cetero plures de istis vel alii fillerii, nisi tandem per nos ac prelatos et barones nostros... pro nostra et regni nostri utilitate de cusione minoris nostre monete aliud cogitatum extiterit et provisum... (IV) Item statuimus..., ut marca puri argenti Budensis ponderis valeat quingentos et quinquaginta denarios monete maioris supradicte, quorum scilicet centum currant pro floreno auri...

ORIG.: Chart. pap. cum sig. maiore simpl. tergo appresso. In dorso: Thome de Mera et Contra campsores auri adnot. leguntur. Arch. civitatis Kolozsvár (Cluj), Fasc. M., nr. 54. Arch. Nat. Hung. Phototheca Cart. 17.947., Pos. 5. - ED.: Jakab: Kolozsvár I. Oklevéltár: Oklevelek p. 164. (sub dat. 1426.); Dőry-Bónis-Bácskai: Decreta p. 248-250. - COMM.: Huszár: A budai pénzverés p. 69-81.; Bónis: ibid. p. 248. - COMM.: Bónis: op. in ED. cit. p. 248.

909 1427. apr. 23.

Coram magistratu civitatis Budensis Iohannes filius Ladislai, civis Budensis in foro sabbati residens, super interemptione domine Elenae matris suae Iohannem parvum de Maroth dictum, novercum patrem suum commisit expeditum eo modo, quod praefatus Iohannes filius Ladislai domum habitationis praedicti Iohannis parvi in foro sabbati, in contigua vicinitate domorum nobilis viri Iohannis de Peren et Benedicti linicidae, cohospitis Budensis, item unam vineam in territorio possessionis Wrs vocatae, prope vineas Zenthe polgar in eadem Wrs et Nicolai dicti Wadwago in civitate Pestiensi commorantium existentes, item unum baltheum argenteum deauratum muliebre et unum parvum piccarium argenteum iure perpetuo possidere et habere debeat et tenere; praenotatus vero Iohannes parvus de Maroth dictus quandam vineam in territorio civitatis Magasalya vocato, in vicinitate vinearum Stephani apothecarii iunioris et Pauli cerdonis, similiter civium Budensium, situatam perenniter possidere, tenere et habere valeat atque possit.

ORIG. :Membr. in inferiore margine litteris ABC intercisa cum vestigio sig. minoris (35 mm) rubri coloris tergo appressi. Arch. Conv. S. Montis Pann. Publ. nr. 56. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

Nos Michael dictus Nadler iudex castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus, quod h[on]esti viri: Iohannes filius Ladislai ab una, parte vero ab altera alter Iohannes parvus de Maroth dictus, concives nostri, in foro sabbati residentes, nostram accedendo presentiam, petita prius et obtenta a nobis nostra iudiciaria concordandi licentia, proposuerunt et confessi sunt vive vocis ministerio concorditer in hunc modum: Quomodo, licet humani generis inimico semper malorum intento, cuius dolositatis astutia pacem non sinit in cordibus hominum perdurare, instigante autem ipsos super nece seu interemptione bone recordationis honeste domine Elene, matris prefati Iohannis filii Ladislai, consortis scilicet alterius Iohannis parvi dicti de Maroth, per ipsum Iohannem parvum, ut dicitur diabolica suggestione casualiter perpetrata et commissa, necnon aliis controversiis et discordiarum generibus hucusque litis et questionis materia mota extiterit et exorta ac coram nobis diutius actitata, tamen ipsi ordinatione et dispositione proborum et honestorum virorum, utputa Iohannis pellificis, Stephani dicti Anyal et Thome[a] concivium nostrorum partium pacem zelantium mediante, tranquillitatis amenitati gaudere cupientes et ut ipsi et eorum posteritates perpetue pacis favore frui valeant et gratulari, ad huiusmodi pacis et concordie devenissent unionem, ymo devenerunt etiam coram nobis inter ipsos iugiter duraturam, quod prefatus Iohannes filius Ladislai super nece et interemptione prefate domine Elene matris sue ipsum Iohannem parvum, novercum patrem suum absolutum commisisset, ymo commisit etiam nostri in presentia expeditum, ipsique uterque Iohannes super omnibus aliis iniuriis, nocumentis et controversiis, necnon litium processibus, occasione rerum et bonorum per ipsam dominam Elenam derelictorum qualicunque modo inter eos hucusque nunc habitis et suscitatis, renuntiatis, cassatis et annulatis se mutuo expeditos commiserunt prorsus et per omnia absolutos eo modo, quod prefatus Iohannes filius Ladislai domum habitationis prelibati Iohannis parvi in predicto foro sabbati, in contigua vicinitate domorum nobilis viri Iohannis de Peren et Benedicti linicide cohospitis nostri, item unam vineam in territorio possessionis Wrs vocate, prope vineas Zenthe polgar in eadem Wrs et Nicolai dicti Wadwago, in civitate Pestiensi commorantium existentes et habitas, cum omnibus ipsarum domus et vinee utilitatibus, fructibus et pertinentiis universis, item unum baltheum argenteum deauratum muliebre et unum parvum piccarium similiter argenteum iure perpetuo in filiorum filios possidere et habere debeat et tenere; prenotatus vero Iohannes parvus de Maroth dictus quandam vineam in territorio civitatis Magasalya vocato, in vicinitate vinearum honestorum virorum Stephani apothecarii iunioris et Pauli cerdonis concivium nostrorum situatam et locatam cum universis suis utilitatibus et pertinentiis quibuscunque similiter perhempnaliter possidere, tenere et habere valeat atque possit. Item de universis aliis supellectilibus domus ibidem compertis et habitis ac per antedictos honestos viros compositores predictarum partium equaliter et conscientiose divisis, quelibet partium suam rectam et veram portionem integre habuisset; hoc non pretermisso, quod predictus Iohannes parvus universa debita ipsius per quoscunque solvi debita libere et pacifice ad manus suas percipere et colligere valeat, necnon omnia alia et quelibet debita per ipsos cum quibuscunque hominum personis usquemodo contracta et commissa, ratione quorum ipsi, videlicet uterque Iohannes infestati fuerint, expedire et persolvere teneatur. In qua quidem amicabili compositione rerum quam et bonorum suprascriptorum divisione, necnon omnibus aliis et singulis superius contentis et expressatis predicte partes coram nobis personaliter astantes retulerunt se sufficienter contentas fore, ita tamen, quod quelibet partium de predictis bonis et portione sibi modo quo supra cessis et deputatis vendendi, obligandi, testandi et ad sue voluntatis beneplacitum disponendi tam in vita, quam in morte, largam et liberam habeant facultatem; hoc non pretermisso, quod si qua partium predictarum huiusmodi amicabilem compositionem et divisionem temporum in processu violare seu infringere attemptaverit, extunc talis pars contra partem ipsam compositionem et divisionem observare volentem in ammissione premisse cause et facto potentie convinci debeat ipso facto, harum nostrarum litterarum

alphabeto intercisarum testimonio mediante, quas ipsis partibus instanter petentibus duximus concedendas. Datum in die festi beati Adalberti martiris et pontificis, anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo septimo.

Ad relationem Petri de Kezzew
et Blasii pellificis, iuratorum.

[a] Unum vocabulum non est legibile.

910 (Kraków), 1427. maj. 2.

(Judicium f. VI, die s. Sigismundi, primum p. Conductum Pasce.) Michil Grupke procuratorio nomine Zacharie Crumenals de Buda et uxoris eius et nomine procuratorio Petri Wlrich z Cysemech (?), nepotum olim Heinrich z Cysemoch abhinc de Cracovia, sicut patens (?) illa et constitutio, quam ipsi ad hoc specialiter constituerint, scripta est in Registro advocati. Horum ergo nomine constitutus domum ipsorum in platea sutorum penes domum Kalman et domum Vastem (Vastein?) cum omnibus eiusdem iuribus, metis et limitibus Johanni Zeyffenmacher institori resignavit et promisit pro omni impetienti.

ORIG.: Acta Scabinalia Cracoviensia Lib. 5., p. 138. Arch. civitatis Krakowiensis. (Archiwum Wojewodstwa i miasta - Krakowa.)

911 Monyoros, 1427. jun. 2.

(...in Monyaras, f. II. a. Penthec.) Nos Sigismundus...Romanorum...ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc(etera) rex m. comm., quod...Johannes de Maroth banus noster Machuouiensis...confessus est..., quod quia...domina Barbara regina...tribus milibus fl. auri Stiborio filii condam Stibory voyuode de Bolondoch...debitorie fuisset obligata, ob hoc ipse...sub sua fideiussoria cautione...eosdem...fl. ...octavo die f. b. Michaelis archang. [1]...in civitate nostra Budensi coram comite capelle nostre maiestatis prefato Stiborio (sub certis conditionibus) persolvere assumpsisset...nostri in conspectu...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. secr. sub textu appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 11.913. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 571., No. 41.) - ED.: Wenzel: Stibor vajda. Akad. Értek. a tört.-tud. köréből. 1874. p. 183-184. - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 154., nr. 6.

[1] Oct. 6.

912 Buda, 1427. jun. 4.

(Bude, f. IV. a. penthec.) Nos Sigismundus...rex...Hungarie...m. comm., quod Laurentius de Zombat pro Iacobo litterato de Veteribuda...ab una, parte vero ex altera Petrus litteratus pro Iohanne filio condam Andree litterati de Kapy...causam...dictarum partium in personali nostre maiestatis presentia in...octavis festi b. Georgii[1]...iuxta continentiam aliarum litterarum nostrarum prorogatoriarum vertentem de ipsarum partium voluntate ad octavas festi b. Michaelis archangeli[2]...in eandem...presentiam personalem prorogassent, ymo prorogarunt coram nobis...

In dorso: Pro Iohanne filio condam Andree litterati de Kapi contra Iacobum de Veteribuda ad octavas festi b. Michaelis archangeli in nostram personalem presentiam. Prorogatoria.

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. mediocris, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 64.274. (Sign. ant.: Arch. Mus. Nat. famil. Kapy. K. Fasc. 111. No. 43.)

[1] 1427. maj. 1.
[2] 1427. oct. 6.

913 Buda, 1427. jun. 29.

(Bude, III. die Ladislai regis.) Nos Nicolaus de Gara regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum m. comm., quod cum nos ad... instantiam Petri filii Blasii ac Georgii, Vlrici et Emerici filiorum eiusdem, item Mathie filii Iohannis ac Ladislai et Iohannis filiorum eiusdem, item Georgii filii Blasii ac Clementis filii eiusdem, item Luce et Thome filiorum Nicolai nobilium de Felkezyw unacum (...)nanio[a] litterato de Nyek regio ac Paulo de Ozod similiter (...)de (...)[a] litterato iudicis curie regie hominibus nostrum hominem de curia regia ad infrascriptam inquisitionem faciendam duxissemus destinandos..., demum iidem... nobis... retulerunt..., quod ipsi... in festo b. Ladislai regis[1] in comitatu Pylisiensi simul... procedendo ab omnibus nobilibus et ignobilibus ac alterius cuiusvis status et conditionis eiusdem comitatus hominibus... inquirendo talem..., scivissent veritatem: Quomodo Iohannes filius Petri, Michael filius Gregorii de dicta Kezyw... duo iugera terrarum arabilium... Petri filii Blasii ac filiorum eiusdem in facie terre Kerekmezew... inter metas eiusdem possessionis Felkezyw existentis adiacentia... occupassent... Insuper prefati Iohannes et Michael quedam litteralia instrumenta... exponentium per ipsos condam Georgio litterato iobagioni prefati Petri filii Blasii in ipsa Felkezyw residenti et per consequens domine Dorothee consorti eiusdem causa conservandi tradita... mediantibus quibus ...condam Paulus filius Ladislai de... Felkezyw ius quartalitium condam nobilis domine consortis Egidii...[b], puta sororis sue in eadem Felkezyw extradedissent et alia diversa factum iurium possessionariorum eorundem... continentia, exceptis dumtaxat litteralibus instrumentis, super quibus... Petrus filius Blasii... Iohanni filio Petri ac filiis septem litteras expeditorias dedisset... ab ipsa domina Dorothea expetendo asportassent, ipsis exponentibus pluries petentibus eisdem reddere... recusassent et recusarent de presenti. Item Marcus filius Michaelis de... Felkezvyw quartam partem eiusdem fundi seu sessionis curie in eadem Felkezyw habite in ipsos exponentes devolvi debendam eisdem Iohanni et Michaeli vendidissent...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. minoris tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 102. 970. (Sign. ant.: Arch. famil. Batthyany de Körmend. Lad. 23. Fasc. 14. No. 1.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 154.

[1] 1427. jun. 27.

[a] Nomina hominum regii ac palatinalis non sunt legibilia.
[b] Hoc loco duo vocabula non sunt legibilia.

914 Buda, 1427. aug.

(Bude, in f. ad vinc. Petri.) Nos Sigismundus... Romanorum... ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc(etera) rex... m. comm...., quod nobilis domina rel. condam Blasii filii Nicolai de Bessenyew, de cuius personali notitia Georgius filius Loranc de Harthyan, iudex nobilium comitatus Pestiensis nos certificavit, coram nobis personalit constituta, per ipsam confessum extitit tali modo: Quod quia Gregorius filius alterius Lora Matheus, Gregorius et Thomas filii Nicolai de eadem Bessenew de et super dote rebusque parafernalibus... ipsius de possessionibus... condam Blasii, domini et mariti sui ubique e signanter in... possessione Bessenew habitis sibique iuxta regni nostri consuetudine prove nire debentibus, per ordinativam compositionem nonnullorum nobilium virorum eidem plenariam fecissent satisfactionem..., ideo... memoratos Gregorium filium Lorandi, Matheum et Thomam filios Nicolai ipsorumque heredes... quittos reddidisset...

ORIG.: Membr. cum filo sericeo virid. col. iam deperditi. Arch. Nat. Hung. Dl. 11. 921. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 198., No. 11.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 156., nr. 622. (cum certis ommissionibus); Bakács: Iratok p. 395., nr. 1475. (similiter cum ommissionibus).

915 1427. aug. 16.

Coram magistratu civitatis Budensis Clara abbatissa claustri b. Mariae virg. de Veteribuda quandam domum predicti claustri in castro Budensi habitam magistro Nicolao aurifabro Hungaro, cohospiti Budensi, pro decem florenis auri ratione redditus vulgo purgrecht dicti singulis annis conventui persolvendis in perpetuum feudum locat.

ORIG.: Membr. in superiore margine litteris ABC intercisa cum vestigio sig. rubri col. (3, 5 cm.) tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 11.924. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 19., No. 17.) - REG.: Bártfai Szabó: Óbuda p. 102.: Pataki: Bud. Rég. XV(1950) p. 286.

Nos Michael dictus Nadler iudex castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus, quod religiosa domina deoque devota ancilla Christi Clara, abbatissa claustri beate Marie virginis de Veteribuda, de cuius confessione per honestum virum Petrum dictum Organas, ipsius domine Clare abbatisse, necnon totius conventus sanctimonialium claustri predicti procuratorem legitimum coram nobis personaliter constitutum certificati fuimus quoad plenum, quandam domum predicti claustri in castro iam dicto, in vicinitate domorum honeste domine relicte Nicolai dicti Czawczach, monetarii et Iohannis Osterreicher dicti aurifabri concivium nostrorum existentem et habitam cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis quibuscunque, de consensu et beneplacita voluntate totius conventus sanctimonialium claustri antedicti, ymmo nullo penitus contradictore obviante locavit, tradidit et assignavit provido viro magistro Nicolao aurifabro Hungaro, cohospiti nostro ac domine Katherine consorti sue et per eos ipsorum heredibus et posteritatibus universis iure perpetuo, irrevocabiliter ac pacifice possidendam, tenendam pariter et habendam eo modo, quod iam dicti magister Nicolaus aurifaber et domina Katherina consors sua, necnon heredes et successores eorundem universi prenotatam domum temporum in processu possidentes et tenentes decem florenos auri aut pecuniam usualis monete pro tempore currentis equivalentem singulis annis et perpetue circa festum beati Michaelis archangeli ratione redditus wlgo purgrecht dicti prenotate domine Clare abbatisse pro tempore existenti et conventui claustri beate Marie virginis de Veteribuda predicta porrigere, amministrare et persolvere, ipsamque domum in licita et debita[a] edificiorum decenter conservare debeant et teneantur. Assumpsit etiam prenotata domina Clara abbatissa suo ac dicti conventus nominibus memoratos magistrum Nicolaum aurifabrum et dominam Katherinam consortem suam, necnon heredes eorundem et successores universos ab omnibus pretextu antedicte domus et suarum pertinentiarum quarumlibet temporum in processu inquietare seu infestare satagentibus defendere, tueri et protegere propriisque ipsarum laboribus et sumptibus expedire secundum usum civitatis nostre ab antiquo et consuetudinem approbatam, redditu tamen supradicto remanente continue semper salvo. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes nostras litteras alphabeto intercisas ad instantem[b] et petitionem partium predictarum concedendas duximus, promittentes privilegialibus litteris nostris confirmare, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum in crastino diei festi assumptionis beate Marie virginis gloriose, anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo septimo.

Ad relationem Nicolai Hykonis
farkas dicti, iurati.

[a] Hoc loco verosimiliter deest unum vocabulum.
[b] recte: ad instantiam

916 1427. sept. 30.

(In Jeronimi.) Nos capitulum ecclesie Chanadiensis m. comm., quod mag. Laurentius filius Iohannis filii Andree filii Kesa de Chytar in sua, item... domini Nicolai archidiac. Segwsdiensis fratris carnalis, necnon Iohannis filii suorum personis... per modum protestationis nobis significare curavit..., quomodo possessio Kalade nuncupata.

nunc habitatoribus destituta, ubi condam Reuz in fluvio Ipol molendinum construxisset, inter possessiones Dehtar, Patak, Wesche, Balog et Inanch, comitatus Huntensis, adiacens eorum esset hereditaria, sed...dominus... Sigismundus rex ab eis...aufferendo Leonardo, Iohanni, Bardo et Iacobo filiis Onofry mercatoris Budensis in pignus posuisset; et quamquam ad conservationem requisitionemque possessionis iustus titulus et bona fides requirantur, tamen ipsi propter evitare futura pericula formidantes litem super dicta eorum possessione Kalade inhouare[1] et ne sub silentio in ipsam prescriptio augmentetur, ob hoc huiusmodi protestatione facta ipse mag. Laurentius...dominum...regem a donatione et impignoratione ac quavis alienatione dicte possessionis Kalade, ipsos vero filios Onofry et alios quoslibet in dominium eiusdem quovis colore quesito intromissione et sibi ipsis perpetuatione, fructuum etiam et quarumlibet utilitatum eiusdem perceptione, seu percipi factione factis vel fiendis...inhibuit coram nobis...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. tergo appressi. Arch. Primat. Strig. Saec. Lad. F., nr. 59. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

[1] recte: inchoare

917 1427. oct. 27.

Judex iuratique cives Pestienses magistratum civitatis Posoniensis requirunt, ut ex parte quorundam concivium suorum ratione debitorum ipsorum dominae consorti Antonii Calmar complementum iustitiae impendere velint.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. minoris rubri col., quo erat clausa. Arch. civit. Poson. (Bratislava.) Chart. nr. 3419. (Arch. Nat. Hung. Phototheca.)

Circumspecti viri, amici nostri honorandi ! Quia providos viros: Pfarkas, duabus peciis panni Colonicalis et quingentis denariis novis, item Johannem Hewpfel in quatuor peciis panni similiter Colonicalis, vestros concives ad instantiam provide domine relicte Michaelis Pakaz, nunc vero Anthonii Calmar consortis, iuxta series litterarum nostrarum obligatoriarum sub sigillo nostre civitatis emanatarum debitores comperimus fore, quare easdem vestras presentibus requirimus amicitias, quatenus ex parte prefatorum vestrorum consociorum eidem nostre consocie omnem[a] complementum iustitie faciatis, imponetis, iuris equitate requirente, alias scituri, quod prefatam dominam dampnis subiacere minime permittimus. Datum feria secunda proxima ante festum Simonis et Jude apostolorum, anno domini millesimo etc(etera) XXVIj[o.][1]

Judex iuratique cives
civitatis Pestiensis, vestri
amici.

In dorso: Circumspectis viris, iudici et iuratis civibus civitatis Posoniensis, amicis nostris carissimis.

[a] recte: omne
[b] Numerum saec. XV-i esse ex caractere paleographico scripturae certo constat.

918 Buda, 1427. nov. 7.

(Bude, f. VI. p. Emerici.) Nos Sigismundus...Hungarie...rex m. comm., quod Laurentius de Zombor pro Iacobo litterato de Veteribuda ab una..., parte vero ex altera Petrus litteratus pro Iohanne filio condam Andree litterati de Kapy...causam...dictarum partium in personali nostre maiestatis presentia vertentem de...(eorum) voluntate ad octavas festi b. Georgii[1]...in eandem...presentiam personalem prorogassent, ymo prorogarunt coram nobis...

In dorso: Pro Iohanne filio condam Andree litterati de Kapy contra Iacobum litteratum de Veteribuda ad octavas festi b. Georgii martiris[1] nostram personalem in presentiam. Prorogatoria.

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. mediocris, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 64.251. (Sign. ant.: Arch. famil. Kapy. K. Fasc. 111. No. 43.)

[1] 1427. maj. 1.

919 1427. nov. 10.

Magistratus civitatis Budensis magistrum civium, necnon iudicem et iuratos cives Posonienses requirit: homini Iohannis Sybenlinder ubi necesse et opportunum fuerit assistere velint, ut vina domini sui in partibus ducatus Austriae procreata sine damno et molestia aliquali Budam conduci facere valeat.

ORIG.: Chart. pap. cum fragmento sig. minoris (35 mm) rubri coloris, quo erat clausa. Arch. Civit. Poson. (Bratislava.) Chart. nr. 3421. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - REG.: Inventár, reg. nr. 1026.

Providi viri et circumspecti, amici amabiles et honorandi ! Ad nostram deduxit audientiam honestus vir, Iohannes Sybenlinder, concivis noster, quomodo ipse certam quantitatem vinorum in vineis hereditariis honeste domine Elene consortis sue, in partibus ducatus Austrie existentibus procreatorum, huc in nostri medium conduci facere vellet, petens per nos super eo sibi consensum nostrum preberi pariter et assensum. Unde nos precibus ipsius inclinati consuetudineque civitatis nostre requirente eidem Iohanni annuimus, ut ipse huiusmodi vina in prenotatis vineis consortis sue procreata hoc anno in nostri medium conduci facere valeat atque possit. Super quos[a] vestras rogamus prudentias amicabiliter et petimus dilingenter, quatenus homini ipsius Iohannis per ipsum ad hec deputato, ostensori scilicet presentium, dum idem vestras sagacitates super eo invocaverit, etiam precum nostrarum ob respectum consiliis vestris et favoribus, ubi necesse et opportunum fuerit, quantum in vobis est, assistere dignemini et velitis, ut ipse vestris favoribus mediantibus supradicta vina sine dampno et molestia aliquali ad locum conduci facere possit et valeat deputatum; offerentes nos pro eo ad vestra beneplacita atque vota. Datum feria secunda proxima ante festum beati Martini episcopi et confessoris, anno et cetera XXVij°.

Iudex et iurati cives
civitatis Budensis.

In dorso: Prudentibus viris et honestis magistro civium, necnon iudici et iuratis civibus civitatis Posoniensis, amicis nostris sincere honorandis.

[a] recte: quo

920 1427. dec. 1.

Magistratus civitatis Budensis Martinum plebanum eccl. b. Mariae virg. parochialis eiusdem civitatis quandam domum plebanatus sui, necnon cameram lapideam pro incidendis pannis aptam Wolfgango Tirnauer dicto et consorti suae Dorotheae pro quatuor fl. singulis annis et perpetue eidem plebano et suis successoribus plebanis videlicet eiusdem ecclesiae pro tempore constitutis (cum exp. caut.) locasse testatur.

ORIG.: Membr. in superiore margine litteris ABC intercisa cum fragmento sig. minoris rubri col. tergo appressi. In dorso manu fere coaeva scriptae a) cuper domo et camera panicidarum; b) fl. IIIJ^{or} auri Wolfgan tenetur et c) Stat briff yber erb adnot. leguntur. Arch. Nat. Hung. Dl. 11.944. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 1549. No. 107.) - REG.: Fejér: CD. X/8. p. 607. - MENT.: Pataki: Bud Rég. XV (1950) p. 295-296., not. 88.

Nos Michael dictus Nadler iudex castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus, quod personaliter nostram adiendo presentiam honorabilis vir dominus Martinus plebanus ecclesie beate Marie virginis nostre parochialis quandam domum plebanatus sui, in nostri medio, in vicinitate domorum honestorum virorum Conradi Melmeister iurati et Wolfgangi Tyrnawer dictorum concivium nostrorum existentem et habitam, necnon cameram lapideam pro incidendis pannis aptam, eidem domui a tergo immediate annexam, cum omnibus et singulis earundem domus et camere utilitatibus et pertinentiis universis, de scitu et consensu nostro, ymmo nullo contradictore apparente, locavit, tradidit et assignavit prefato Wolfgango ac domine Dorothee consorti sue et per eos ipsorum heredibus et successoribus universis iure perpetuo ac pacifice possidendam, tenendam, pariter et habendam eo modo, quod prenotati Wolfgangus et domina Dorothea consors sua ipsorumque heredes et successores universi domum et cameram iam dictas temporum in processu possidentes singulis annis et perpetue circa festum beati Michaelis archangeli quatuor florenos auri puri aut pecuniam monete usualis pro tempore currentis equivalentem prelibato domino Martino plebano et suis successoribus, plebanis supradicte ecclesie beate Marie virginis pro tempore constitutis ad eandem canonice intrantibus ratione redditus vulgo purgrecht dicti porrigere et amministrare debeant ac persolvere teneantur. Assumpsit preterea prefatus dominus Martinus plebanus suo et successorum suorum, utputa plebanorum ecclesie supradicte nominibus memoratos Wolfgangum et dominam Dorotheam consortem suam, necnon heredes et posteros eorundem universos ab omnibus ratione domus et camere prescriptarum, necnon universarum pertinentiarum et quarumlibet utilitatum earundem infestare seu impedire satagentibus defendere ac tueri suisque propriis expensis et sumptibus expedire secundum usum civitatis nostre ab antiquo et consuetudinem approbatam. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes nostras litteras alphabeto intercisas ad instantiam et petitionem partium concedendas duximus, promittentes privilegialibus nostris litteris confirmare, dum nobis in specie fuerint reportate. Datum in crastino diei festi beati Andree apostoli, anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo septimo.

Ad relationem Pauli
dicti Haz, iurati.

921 1427. dec. 9.

Petrus Henrici de Brezewych tavarnicorum regalium magister iudici et iuratis civibus civitatis Posoniensis auctoritate regia committit, ut in civitatem Budensem mittant duos iuratos cives de medio eorum electos, qui unacum Budensis, Tirnaviensis, Sopronien-sis, Cassoviensis et Alberegalensis regalium civitatum similiter iuratis civibus octavo die festi epiphaniarum domini (jan. 13.) in quorundam querulantium civium causis iudicium et iustitiam impendant.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. annularis, quo erat clausa. Arch. Civit. Poson. (Bratislava.) Chart. nr. 849. - ED.: Fejér: CD. X/8. p. 612-614. - REG.: Inventár p. 148.

Amici nobis carissimi ! Noveritis, quod quamplures serenissimi domini nostri regis civitatum cives et incole hiis proxime preteritis temporibus suam maiestatem, dum sua regia celsitudo regnorum suorum confiniorum protectioni contra sevissimos Turcas non modico labore insistebat, querulando occupantes contra eorum iniuratores et molestatores a sua maiestate sibi iustitiam fieri postulabant, quibus tunc temporis propter eosdem et etiam propter alias rationabiles causas nequiebat iustitie plenitudinem ministrare. Et quia sua regia maiestas predictis civibus et incolis, ac eorum cuilibet per vestros et etiam per aliarum sue maiestatis civitatum iuratos cives ad hoc aptos et idoneos, quos vos de vestri et eedem civitates de ipsarum mediis duxeritis eligendos, vult et commisit iudicii et iustitie complementum impertiri. Igitur vobis auctoritate regia et commissione nobis in hac parte oretenus specialiter commissa committimus, quatenus de medio vestrum duos principaliores et iuratos cives eligentes, eosdem in civitatem Budensem absque renitentia qualibet et dissimulatione aliquali transmittatis, ut iidem unacum aliarum, videlicet Budensis, Tirnaviensis, Soproniensis, Cassoviensis et Alberegalensis regalium civitatum

iuratis civibus, quibus super eo similes nostras transmisimus litteras, octavo die festi epiphaniarum domini proxime affuturo[1] in eadem civitate Budensi constituti, eodem et aliis ad hoc aptis diebus sepenominatorum antedictorum et signanter providorum Stephani Rokunsperg sociorumque ipsius et Conradi Inweid de Insula dicti, ac Urbani civium civitatis Leuchouiensis, necnon Falbrecht comitis urburarum regalium in vestri presentia querulantium causas, propositiones, responsiones, allegationes, probationes, documenta eorumque litteras ac iura coram vobis producendas audientes, assumentes et conspicientes diligenterque ruminantes et examinantes, solumque deum et eius iustitiam habendo pre oculis, in eisdem et in omnibus et singulis coram vobis proponendis et exponendis causis ita et taliter de novo et ex novo iudicium et iustitiam faciatis, ut dictorum civium querimonias premissas ad eiusdem regie maiestatis aures pro amplius reduci non contingat; litteras vestris et dictorum iuratorum civium vobiscum deputatorum sigillis super huiusmodi vestri iudicii et iustitie impensione sigillatas partibus concedendo. Datum in civitate Leuchouiensi feria tertia proxima post festum conceptionis beate Marie virginis gloriose, anno domini millesimo CCC^{mo} XXVIJ^{to}.

Petrus Henrici de Brezewych
thauarnicorum regalium magister.

In dorso: Providis et circumspectis viris iudici et iuratis civibus civitatis Posoniensis, amicis nostris.

[1] 1428. jan. 13.

922 Zólyom, 1428. febr. 18.

(In antiquo Zolio, in die cinerum.) Nos Barbara... Hungarie regina... universis et singulis regiis, nostris reginalibus et aliorum quorumvis tributariis vel vicetributariis, ac tricesimatoribus a civitate nostra Budensi usque civitatem Wyennensem tam in terris, quam super aquis ubivis constitutis..., necnon iudici et iuratis civibus civitatis nostre Posoniensis ...mandamus, quatenus de triginta tunellis vini nostri a predicta civitate Vyennensi in fluvio Danubii ad...civitatem nostram Budensem nobis pro sustentatione mense et curie nostre apportandis in dictorum tributorum et tricesimarum locis nullam tributariam et tricesimatoriam solutionem petere et exigere, petique et exigi facere presumentes, sed eadem in... fluvio Danubii deferenda absque... tricesima et tributaria solutione... deferri... facere permittatis...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. eccl. Poson. 1428. mart. 19. Arch. Civit. Poson. (Bratislava.) Chart. nr. 861. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

923 Buda, 1428. apr. 26.

(Bude, f. II. p. Marchy.) Nos Sigismundus... Hungarie... rex m. comm., quod religiosus vir fr. Ladislaus prep. ecclesie b. Michaelis archangeli de Insula leporum pro se ab una, parte vero ex alia mag. Paulus de Ozd pro religiosis dominabus sanctimonialibus de dicta Insula leporum... coram nobis personaliter constituti - per... Ladislaum prepositum confessum extitit,... quomodo ipse quasdam terras arabiles ac prata seu fenilia, necnon molendinum et allodium, excepta quadam piscina kardus vocata, in campo Raakus vocato habita, (quae) alias feudaliter apud manus earundem religiosarum dominarum existebant, cum pertinentiis... eisdem... dominabus... per spatia quinque annorum... a data presentium... feudaliter (cum exp. caut.) habendam... tradidisset, ymmo... feudavit... tali modo, ut dicte domine... ratione conservationis prescriptarum utilitatum octo fl. nove nostre monete singulis... annis... in duobus... terminis, vidl. in festo nat. b. Iohannis bapt. [1] quatuor fl...., ac in festo b. Michaelis archangeli[2]... similiter quatuor fl... eidem... Ladislao preposito solvere... teneantur - tali... vinculo mediante, ut si... aliquem terminum... insolutum aut insolvendum obmitterent, tunc in dupplo... in... terminis solvere debendis convincentur ipso facto, ad quod... mag. Paulus ipsas... virtute procuratoria... obligavit...

ORIG. :Chart. pap. cum fragm. sig. mediocris tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 11.792. (Sign. ant. : Mon. Poson. Fasc. 50. No. 17.)

[1] Jul. 1.
[2] Oct. 6.

924 Buda, 1428. maj. 10.

(Bude, in die rogat.) Nos Sigismundus... Hungarie... rex... m. comm., quod ... frater Cossmas ord. s. Dominici, prior claustri b. Virg. de Insula leporum..., in personis rel. dominarum sanctionialium predicti claustri exhibuit nobis quasdam litteras... Capituli eccl. Strigoniensis... petens nos, ut tenorem earundem... transscribi... faciendo... sub consignatione sigilli nostri mediocris sibi dari facere dignaremur, quarum tenor talis est: (Capitulum eccl. Strigoniensis 1375. maj. 23.) Nos igitur... transscriptum earundem... eidem duximus concedendum...

Chart. pap. cum vestigio sigilli mediocris tergo appressi. In dorso manu saec. XV. scripta littere ad vadum Jenew adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 6284. - ED. : Fejér: CD. IX/5. p. 57-58. - REG. : Bártfai Szabó: Pest m. p. 91., nr. 418.

925 Buda, 1428. maj. 10-12.

(Bude, in die rogationum.) Nos Sigismundus... Hungarie... rex m. comm., quod religiosus vir fr. Cosmas ord. s. Dominici, prior claustri b. virginis de Insula leporum nominibus... religiosarum dominarum sanctimonialium predicti claustri... exhibuit nobis quasdam litteras... Petri... episcopi Syrimiensis comitisque capelle... domini Karoli... Hungarie felicis recordationis... regis..., supplicans nobis, ut tenores earundem... transscribi faciendo... transscriptum... earundem... sibi dari facere dignaremur. Quarum tenor talis est: (Vide: Petrus ep. Syrimiensis comesque capellae regiae 1337. jun. 29. [1]) Nos... supplicationibus... fratris Cosme... nostre per eum porrectis maiestati... exauditis, tenorem ... prescriptarum litterarum... transscribi... faciendo... eidem... nominibus quarum supra a nobis postulanti duximus concedendas...

ORIG. : Chart. pap. cum vestigio sig. mediocris tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 3077. (Sign. ant. :V. Buden. Monial. Fasc. 25. No. 13.)

[1] Anjou III. p. 386-387.

926 Buda, 1428. maj. 10-12.

(Bude, in die rogat.) Nos Sigismundus... Hungarie... rex m. comm., quod religiosus vir fr. Cosmas ord. s. Dominici prior claustri b. virginis de Insula leporum nominibus... religiosarum dominarum sanctimonialium eiusdem claustri... exhibuit nobis quasdam litteras condam... Ladislai... regis... supplicans nobis, ut tenorem earundem... transscribi ... faciendo transsumptum... earundem... sibi dari facere dignaremur, quarum tenor talis est: (Ladislaus IV. rex Hungariae 1288. jun. 5. [1]) Nos igitur... supplicationibus fratris Cosme ... exauditis, tenores predictarum litterarum... transscribi faciendo transscriptum earum... eidem fratri... nominibus quibus supra a nobis postulatum duximus concedendum...

ORIG. :Chart. pap. cum vestigio sig. mediocris tergo appressi. In dorso manu recent. Molendinum et palatia in Calidis aquis adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 1221. (Sign. ant. : Fund. Fasc. 39. No. 22.)

[1] Gárdonyi: Budapest tört. I. p. 341-342.; Borsa: Reg. Arp. nr. 3490.

927 Budaszentlőrinc, 1428. maj. 26.

(Ad s. Laurentium supra Budam, IV. die f. Penthec.) Frater Lucas, ord. fratrum heremitarum s. Pauli primi heremite prior generalis, ac universitas fratrum huius... capituli nostri annualis diffinitorum, aniv. presentium notitiam habituris... Cum nobilis domina Clara..., consors Brictii de Zakachy, soror carnalis Michaelis dicti Kigyo de eadem ..., in extremo laborans unam sessionem in dicta Zakachy et vineam suam penes Kerekerdew sitam, claustro et fratribus heremitis de Sanctodominico... testamentaliter... legarat; placuit ipsi Michaeli... et nobis in concambium novem iugerorum terrarum arabilium ipsius Michaelis prope dictum claustrum existentium... fratribus heremitis... assignare...

ORIG.: Membr. cum plica et perg. cum duppl. cauda sig. iam deperditi. Arch. Nat. Hung. Dl. 11.981.

928 Galambóc, 1428. maj. 27.

(In obsidione castri Galambocz, f. V. p. penthec.) Dispositio testamentaria magnifici domini Nicolai de Peren etc(etera)... Item decimo in civitate Budensi, apud textorem purpurum habemus pro pignore duo monilia pro quinquaginta fl. auri, qui in valore plus se exigunt, et si placuerit... domine (Hedvige[1]) consortis nostre, extunc circa eadem redimendi habeat facultatem. Item in civitate predicta, apud quendam Italicum Cappw nomine, habemus unum monile cum uno dracone cruce supraposito impignoratum, in cuius crucis margine quatuor lapides pretiosi Blask vocati, in medio autem dyamas una est locata, de quibus tamen plene non recordamur, sed prout memorie nostre imprimitur, sicut prescribitur, debet fieri; in monili autem est unus Saphirus magnus et quinque vel septem gemme magne, que pro centum fl. auri sunt impignorata et in valore ad [plura se[2]] extollunt, ideo, si placuerit, tunc... domina consors nostra pro se redimat. Item in civitate [predicta, apud aurifabrum[3]] in domo domini Stiborii commorantem, habemus duos ciphos septem marcas argenti continentes, qui iam sol[um deau[4]]rari debent, attamen, posita ratione, prefato aurifabro debitus[a] remaneremus, qui etiam ciphi ad plura, quam debita nostra essent, se extendunt et si placuerit... domine (nostre), extunc eosdem redimat et pro se conservet... Item magistro [Henrico[5]] aurifabro domine regine, octo fl. auri obligamur, quos etiam... domina consors nostra de... pecuniis salium[6] nostrorum persolvere teneatur...

In dorso: Presentetur magnifico Iohanni de Rozgon, summo thesaurario domini regis.

ORIG.: Chart. pap. cum sig. viridi impresso. Arch. Nat. Hung. Dl. 39.287.

[1] In alio loco testamenti nominatae.
[2-5] Vide in alio testamento 1428. jun. 29. condito. (Nr. 929.)
[6] Lege in initio testamenti articulum tertium. In alio loco de salibus haec scribuntur: "Sales nostri prenarrati in toto XXIIIJ[C] fuerunt, sed ad rationem domini regis VIIIJ[C] de eisdem dare commiseramus iobagionibus..."

[a] recte: debitor

929 Kovin, 1428. jun. 29.

Dispositio testamentaria magnifici Nicolai de Peren etc(etera) facta in Kowyno feria tertia, in festo scil. beatorum Petri et Pauli apostolorum, anno domini MCCCCXXVIIJ, (in qua inter alia sequentia leguntur):

....
Undecimo: in civitate Budensi apud textorem purpuris habemus duo monilia pro quinquaginta fl. auri, que in valore se magis extendunt et si placuerit prefate domine consorti nostre (scil. Hecvigae), extunc eadem redimendi habeat facultatem.

Duodecimo: in predicta civitate Budensi apud quendam Italicum Cappu nomine habemus unum monile cum uno dracone cruce superposito, in cuius crucis margine IIIJ^{or} lapides pretiosi Blaste vocati, in medio autem unus dyamas est positus, in monili autem est unus sephirus magnus et quinque vel septem perles magne, pro centum fl. impignorata, que in valore ad plura se excellunt; ideo, si placuerit, tunc prefata domina consors nostra redimat et pro se conservet.
Tredecimo: in civitate predicta apud aurifabrum in domo Stibor(ii) habemus duos ciphos septem marcarum argenti continentes...[1] solum deaurati debent, attamen posita ratione prefato aurifabro debitus[a] remaneremus, qui etiam ciphi ad plura se extendunt; ideo, si placuerit prefate domine consorti nostre, de tunc eosdem ciphos redimat et pro se conservet.
...
Decimoseptimo: Henrico aurifabro domine regine octo aureis fl. obligamur, quos prefata domina consors nostra persolvere debeat et teneatur.
...
Vicesimosecundo: Quia Nicolaum filium Jako in militem creavimus, eidem pro sua relevatione ultra nostra debita predicta sexaginta fl. auri ipsa domina nostra solvere et assignare debeat.
Vicesimotertio: Otthoni dicto Kiklicz pro eo, quia eundem in militem creavimus, centum-quinquaginta fl. auri et tres equos dare debeant et teneantur.
...

ORIG.: Chart. pap. valde lacera cum fragm. sig. virid. col., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 39.288.

[1] Unum vocabulum illegibile est.
[a] recte: debitor

930 Palota, 1428. oct. 11.

(in Palacha, f. II. a. Galli.) Nos Georgius... archiepiscopus eccl. Strigoniensis locique eiusdem comes perpetuus, primas et apostolice sedis legatus natus m. comm.... recognoscimus et fatemur..., quod nos domum descensus nostri archiepiscopalis in monte Budensi, in platea s. Georgii martiris sitam..., necnon ad capellam b. Marie virg. ad latus ecclesie nostre Strigoniensis fundatam et constructam, ad capellam pertinentem et spectantem tenemus ab hon. magistro Petro comite capelle eiusdem pro annuo censu, pro quo quidem annuo censu, utputa singulis annis eidem de huiusmodi domo quinquaginta fl. nove monete solvimus et solvere tenemur...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Mag. Albertus Bellyeny, personalis praesentiae regiae prothonotarius, ineunte saec. XVI. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 64., fasc. 1., nr. 7. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - REG.: Pataki Bud. Rég. XV (1950) p. 284., not. nr. 10.

931 Óbuda, 1428. oct. 27.

(Veteribude, in vig. Simonis et Iude.) Nos Barbara... Hungarie... regina m. comm., quod nobis... in vigilia festi... Simonis et Iude[1] in domo nostra Veterisbudensi unacum aule nostre proceribus pro iudicio consedentibus et causas quorumlibet coram nobis querulantium discutientibus providus vir Fabianus, iudex opidi nostri Tolnawar, cum tribus iuratis de eadem... contra Iacobum dictum Zubor, nobilem de Pathay absentem nobis conquesti sunt..., quomodo idem Iacobus... in nundinis suis in... possessione sua Pathay in festo b. Mathei apostoli[2] singulis annis celebrari solitis, cuius... circa idem festum... preterisset revolutio annualis[3], unum iobagionem nostrum et concivem ipsorum Georgium dictum Toth... captivari et verberari, captivatumque in suis vinculis tamdiu, quousque sue placuisset voluntati conservari faciendo, tandemque... liberum abire permisisset, qui iobagio noster... statim post emissionem suam de ipsa captivitate vitam suam finivisset temporalem... ex parte

cuius iustitiam habere vellent...; pro quo Iacobo discretus vir dominus Anthonius plebanus de... Pathay, capellanusque ipsius Iacobi Zubor... respondit ex adverso, quod... dominus ipsius tempore nundinarum predictarum non in domo sua, sed in servitiis regalibus in regno Raczye fuisset constitutus, pro eo ipse in... actione... predictorum iudicis et iuratorum opidi nostri de Tolnawar innocens haberetur..., sed si quispiam ex familiaribus sew officialibus suis prefatum iobagionem nostrum captivasset, verberasset et tandem... liberum abire permisisset, id absque... scitu suo factum extitisset; pro eo nos... iudicando commisimus, quod antedictus Iacobus Zubor octavo die festi omnium sanctorum[4]... in civitate Colocensi coram testimonio ecclesie Colocensis... super eo, quod ipse in... actione... dictorum iudicis et iuratorum de Tolnawar innocens sit... et quod captivatio et verberatio antefati Georgii dicti Toth iobagionis nostri non ex sua permissione... per suos officiales et familiares facta extitisset tertio se nobilibus sacramentum deponere debeat...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. impressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 80. 183. (Arch. Mus. Nat. Hung. famil. Zichy.) - ED.: Zichy oklt. VIII. p. 362-363.

932 Buda, 1428. nov. 10.

(Bude, XXXVI. die oct. Michaelis.) Nos Sigismundus... Hungarie... rex damus pro m., quod causam, que inter Iacobum litteratum de Veteribuda... et... Iohannem filium Andree litterati de Kapy iuxta continentiam litterarum nostrarum procuratoriarum fassionalium super factis in aliis litteris nostris causalibus contentis in octavis festi b. Michaelis archangeli[1] vertebatur nostra speciali in presentia, propter absentiam prelatorum et baronum nostrorum ad octavas festi epiph. domini...[2] duximus prorogandam...

In dorso: Pro Iohanne filio Andree litterati de Kapy contra Iacobum litteratum de Veteribuda ad octavas festi epiph. domini. Prorogatoria.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. minoris Nicolai de Gara palatini regni... Hungarie, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 64. 259. (Arch. Mus. Nat. Hung. famil. Kapy.).

[1] 1428. oct. 6.
[2] 1429. jan. 13.

933 Buda, 1428. nov. 30.

...Sigismundi regis Bude, in f. b. Andree apostoli in anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo octavo edita (littera) Georgium filium Nicolai de genere condam Iwanka de Kisienew et Franciscum Kokay filium eiusdem in presentia prefati... domini... regis... causas seu lites ipsorum contra... Marcum filium et nobilem dominam Elenam, filiam condam Pauli Thwkeres de Kysjenev et Michaelem pistorem super facto cuiusdam portionis possessionarie in possessione Kisjenew vocata, in comit. Pilisiensi existentis in curia regia motas... deponendo et condescendendo, eosdem Marcum, dominam Elenam et Michaelem pistorem super universis causis et litibus expeditos reddidisse, litterasque eorum... quaslibet factum prescripte portionis possessionarie concernentes... cassas... et exhibitoribus nocituras... commisisse exprimebat.

ORIG.: Non extat. - TRANSCR. (summarie): Mathias rex I. Hung. 1463. mart. 8. > Idem 1469. febr. 23. Arch. Nat. Hung. Dl. 94. 240. (Sign. ant.: Arch. famil. Festetich, Fasc. 95., nr. 71.)

934 Roma, 1428. dec. 22.

(Rome ap. s. Apostolos, XI. Kal. Jan., a. XII.) Supplicat S(anctitati) v(estre) (Martinus papa V.) Nicolaus Thome portionarius parochialis eccl. b. Marie virg. de Pest

Strig. dioc....,ut a quocunque antistite catholico... singulis diebus dominicis et festivis... etiam extra tempora a iure statuta, ad omnes sacros ordines prómoveri, antistitique huiusmodi, ut sibi ordines prefatas conferre valeat, licentiam... concedere dignemini...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 232., fol. 58. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. nr. 10.656., p. 2689. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 209., nr. 1053.

935 Óbuda, 1428. dec. 30.

(Veterisbude, f. V. a. circumcis. d.) Nos Sigismundus... Romanorum... ac Hungariae, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc. rex. Memorie commendamus... quibus expedit universis, quod nos cum paupertati et inopie... Bulgarorum nostrorum in possessione nostra Roszygethe vocata commorantibus... compatiendo, tum etiam attendendo, quod iidem... laribus propriis rebusque et bonis eorum, quas et que in regno Bulgarie possidebant,... derelictis seipsos cum uxoribus atque prolibus ad hoc regnum... Hungarie... reduxerunt... in pretacta nostra possessione imperpetuum moraturos, prefatos Bulgaros nostros ab omnibus censibus, collectis, datiis, taxis tam ordinariis quam extraordinariis et generaliter quibusvis exactionibus maiestati nostre et per consequens castellanis castri nostri Wyssegradiensis... provenire debentibus... duximus eximendos... presentium per vigorem. Quocirca vobis... nostris castellanis et vicecastellanis... castri nostri Wyssegradiensis... regio damus sub precepto, quatenus prefatos Bulgaros nostros contra premissas... exemptiones... vexare... eosdemque ad aliquorum censuum, collectarum, datiarum, taxarum, seu aliarum quarumcunque exactionum solutionem... cogere... nusquam et nequaquam presummatis... Presentes autem post earum lecturam semper apud exhibentium manus volumus remanere...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Johannes rex Hung. 1538. apr. 3. Arch. famil. Wattay. - ED.: E. Mályusz: Une colonie bulgare a proximité de Bude au moyen age. Studia Slavica Acad. Scient. Hung. XIII(1967) p. 114-115. - REG.: Bártfai Szabó László: Pest megye történetének okleveles emlékei 1002-1599. p. 157., reg. nr. 625. (Cum mendis in enumeratione transcriptionum. Rectif.: Mályusz in op. cit. p. 113-114., not. 1.)

936 Roma, 1429. jan. 3.

(Rome ap. s. Apostolos, III. Non. Jan., a. XII.) Martinus et(cetera) (papa V.) dilecto filio nobili viro Petro Reychel de Machalfalua, comiti urburarum regie maiestatis Strig. dioc. salutem et(cetera). Sincere et(cetera)... (Conceditur facultas missam ante diem celebrari facere.)

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. nr. 10.656. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 212., nr. 1084.

937 Bártfa, 1429. jan. 9.

(In Barthfa, dom. p. epiph.) Sigismundus... rex... Hungarie... iudicibus et iuratis civibus nostrarum civitatum Budensis, Alberegalis, Pestiensis, Cassouiensis, Soproniensis et Posoniensis... Quemadmodum per alias litteras nostras vestre in eo mandaramus fidelitati, ut vos causam inter cives... civitatis Leuchouiensis ab una et... Conradum im Berd, civem eiusdem civitatis... Lewchouiensis ab altera partibus iam a dudum vertentem decidere et fine debito terminare debeatis, ita et nunc... vestre mandamus fidelitati, quatenus ipsam causam, partes inter predictas, in dominica Reminiscere proxime ventura[1], vestri in presentiam sumendo, eandem (in)... civitate nostra Budensi simul conveniendo adiudicare, decidere et fine debito terminare debeatis. Casu autem, quo vos omnes in dicto termino in

...civitatem... Budensem convenire non poteritis, extunc vos Budenses, simulcum dictis de Albaregali et Pestiensi civibus ipsam causam sic fine decisivo terminare,...finire et concludere debeatis, ut ipsa... de cetero...nostrum nullatenus deveniat in conspectum...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Magistratus civitatis Budensis 1429. apr. 29. Arch. Civit. Cassoviensis (Kosice). Collectio Schwartzenbachiana nr. 165. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

[1] 1429. febr. 20.

938 Rome, 1429. febr. 9.

(Rome, ap. S. Apostolos, V. Id. Febr., a. XII.) Martinus (papa V.)... Stephano Antonii de Sanctopaulo perpetuo portionario paroch. eccl. b. Marie de Albaecclesia Vespr. dioc....Nos tuis... supplicationibus inclinati tibi (concedimus), ut a quocunque malueris catholico...omnes...ordines in Romana curia successive recipere valeas...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. a) Reg. Suppl. Liber 232., fol. 181[v]; b) Reg. Datariae seu Lateranensia. Liber 290., fol. 270[v]. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. 10.656., I. p. 2876-2877., 2879. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 218., nr. 1123.

939 1429. febr. 20.

Magistratus civitatis Pestiensis iudicem et iuratos cives civitatis Posoniensis requirit, ut ex parte cuiusdam concivis ipsorum Ryder dicti Laurentio Lenche iudici ac Petro litterato iurato civi Pestiensi in facto debiti trium peciarum pannorum Colonicalium indilatam impendere dignentur satisfactionem.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. minoris rubri col., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 43.801. - MENT.: Lederer: Pénzüzletek p. 109., not. 35.

Continuus[a] amoris ac complacentie uberrimum incrementum ! Providi et honesti viri, amici nostri honorandi ! Sicuti et quemadmodum primitus [aliis] litteris nostris mediantibus vestris patefecimus amicitiis, sic et consimiliter harum per vigorem easdem vestras amicitias ad plenum duximus informandas, quomodo Ryder, vester concivis, Laurentio Lenche, nostro iudici ac Petro litterato, nostro iurato et concivi in tribus peciis pannorum Colonicalium a dudum debitorie remansisset, de quibus ad sepissimas nostras litteratorias requisitiones sive intimationes ex parte predicti vestri concivis nullam hucusque impendistis satisfactionem, cum tamen idem vester concivis cum littera sua obligatoriali sub sigillo nostre civitatis Pestiensis appenso ad terminos competentes pro solutione se coram nobis obligasset. Insuper etiam nonnullos ex vestris concivibus pretextu trium pannorum Colonicalium huiusmodi iidem nostri concives sepe et sepius sub arresto tenuerunt, quos tamen nos ob amorem vestre amicitie ulterioris continue ad domum et ad propria ipsorum loca libere et pacifice permisimus proficiscituros[b]. Eapropter ipsas vestras dilectissimas amicitias piis ac devotis rogittamus affectibus per presentes, quatenus habitis presentibus, nulla aliqua nostra petitione sive intimatione expectata, ex parte prefati vestri concivis super et de premissis tribus pannis Colonicalibus nostram amicitiam ob ulteriorem seu[c] cause similem omnimodam et indilatam satisfactionem impendere dignemini et exhibere mediante iur[is eq]uitate; ubi, si feceritis, bene quidem, alioquin nos ipsos nostros concives sive exponente dampnum minime [pati] permittimus aliquale, sed quanto citius ac evidentius poterimus causa in premissa, de remedio volumus cogitare opportuno, de quo tandem nobis minime valebitis imputare. Datum die dominico proximo ante festum beati Mathee[d] apostoli,[1] anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo nono.

Iudex, iurati ceterique cives Pestienses,
amici vestri ad quevis carissimi, etcetera.

A tergo: Providis ac honestis viris: iudici, iuratis
universisque civibus seu hospitibus Posoniensibus,
amicis nostris sincere honorandis.

[a] recte: continuum
[b] recte: profecturus
[c] Tria vocabula non sunt legibilia.
[d] recte: Mathie
[1] Matthiae apostoli febr. 24; Matthaei apostoli et evangelistae sept. 21.

940 1429. febr. 21.

Iudex, iurati ac universi cives Pestiensis civitatis Posoniensis magistratum requirunt, ut ex parte Iohannis Heppel et cuiusdam Farkas nomine, civium Posoniensium de quibusdam debitis ipsorum domine Elene, consorti Anthonii Kalmar, concivissae Pestiensi, plenariam satisfactionem impendere dignentur.

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. minoris (30 mm) rubri, quo erat clausa. Arch. Civit. Poson. (Bratislava.) Chart. nr. 3445. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - REG.: Inventár, nr. 1076.

Salutem ac omne bonorum incrementum ! Providi viri et honesti, amici nostri carissimi ! Dicit nobis provida domina Elena relicta condam Michaelis Pakaz, nuc vero consors Anthonii Kalmar nostri concivis, quomodo quidam vestri concives, puta Iohannes Heppel et Farkas sibi debitorie obligarentur, ipse Iohannes Heppel cum quatuor peciis pannorum Colonnicalium debitor remansisset, quorum iam decima revolutio anni [in] proximo occurrebit[a], pro quibus tamen idem Iohannes Heppel cum littera sua wbligationali[b] in duobus terminis, videlicet in festo beate Elene[1] et in festo beati Iohannis baptiste[2] pro solutione se obligasset; ipse autem Farkas in duobus pannis similiter Colonicalibus et florenis quinque per centum denarios novos computandis ipsi domine Elene similiter debitor remansisset, pro quibus similiter et ipse Farkas cum littera sua wbligationali[b] in duobus terminis, videlicet in festo beati Stephani regis[3] et in festo beati Michaelis archangeli[4], festis post sese consequenter affuturis pro solutione se obligasset, quorum iam nona revolutio annualis cito in proximo occurrebit[c] et adhuc ad plurimas eiusdem domine Elene requisitiones neque de pannis Colonicalibus, nec de pecuniis huiusmodi nundum[d] satisfactionem impendere curassent et nec curarent de presenti. Et quia, si vestris placet amicitiis, ut quandocunque aliqua causa similis huic cause tam ex parte vestri, quam aliorum quorumcunque concivium vestrorum in nostram evenerit presentiam, ut et nos de tali causa ad cuiusvis instantiam iudicium et iustitiam eisdem vestris amicitiis exhibeamus, pro eo ipsas vestras fraternitates ac amicitias tamquam nostros speciales vicinos piis et devotis rogittamus affectibus per presentes, quatenus agnitis presentium notitiis, nostram amicitiam ob ulteriorem ex parte prefatorum concivium vestrorum super et de premissis pannis Colonicalibus ac quinque florenis novis ipsi domine Elene, nostre concivisse plenariam et effectivam satisfactionem impendere dignemini, ne causa huiusmodi per amplius vestram eveniat in presentiam; ubi, si feceritis, vobis in simili, ymmo in maiori studebimus refundere, alioquin nos ipsam dominam Elenam, nostram concivissam dampnum aliquod pati minime permitti volumus, nisi super quosdam ex vestris concivibus quaquomodo[e] intendimus, de quo tandem non

dignemini nobis[f] imputare. Datum in Pesth, feria secunda proxima post dominicam Reminiscere, anno domini millesimo CCCC^mo XXVIIIJ^o.

Iudex, iurati ac universi cives Pestienses,
amici vestri in omnibus carissimi etcetera.

In dorso: Providis ac honestis viris: iudici, iuratis, universisque populis sew hospitibus Posoniensibus, amicis nostris sincere carissimis etc(etera).

[a] recte: occurret
[b] recte: obligationali
[c] recte: occurret
[d] recte: nondum
[e] recte: quoquomodo

[f] Sequens vocabulum non est legibile.

[1] 1420. maj. 22.
[2] 1420. jun. 24.
[3] 1421. aug. 20.
[4] 1421. sept. 29.

941 1429. febr. 23.

Ladislaus de Erd, iuratus civis civitatis Budensis et commissarius magistri tavarnicorum regalium in causa bonorum hereditariorum Thome Thuronhoffar mota novum terminum statuit.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sigilli, quo erat clausa. Arch. Civit. Soproniensis Dl. 787. (Sign. ant.: Lad. XV. et P.. fasc. 1., nr. 16.) Arch. Nat. Hung. Filmotheca. - ED.: Házi: Sopron I/2. p. 279-280. - REG.: Házi: Sopron I/2. p. XLI. et 279.

Prudentes et circumspecti viri, nobis sincere grati ! Per providum vestrum concivem, presentium exhibitorem noveritis nobis fore declaratum, quomodo causa per Thomam Thuronhoffar dictum pie recolitionis legatum super quibusdam molendinis, cursibusque aquarum ad id aptis in medio vestri habitis causa ventilata foret et fuisset coram vobis suo modo deliberata, vestramque deliberationem nobis vestris mediantibus litteris transmiseritis, tum absentia domini nostri magistri thavarnicorum regalium, tum etiam ignorantia procuratoris, videlicet littere procuratorialis carente ac etiam absentia partium litigantium suo modo efficaciter demonstrabat, ut in eo finem decisivum facere nequivimus, pro eo partibus octavas beati Georgii martiris proxime futuri pro personali comparentia cum suis iuribus parere in curia regia nostri in presentia statuimus vobis in eo committentes, ut ipsos parere vigore presentium ammoneatis, nosque super eo vestris mediantibus litteris ad terminum prefixum avisare non postponatis, partibus paria tribuatis. Datum Bude, feria quarta post dominicam Reminiscere, anno domini M^moCCCC^mo vigesimo nono.

Ladislaus de Erd, iuratus civis civitatis
Budensis et commissarius magistri thavarnicorum regalium.

Extus: Prudentibus et circumspectis viris iudici, iuratis civibus civitatis Soproniensis, amicis nostris sincere diligendis.

942 Buda, 1429. mart. 10.

(Bude, [f. V.a. Georgii.]) Sigismundus... Romanorum... ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc(etera) rex... Nicolaum filium condam Stephani Saphar de Chew... quoddam castellum lapideum et ortum similiter lapideum prope possessionem Dyod vocatum existentes ac portiones possessionarias in ipsa Dyod ipsos concernentes cum ecclesia in honore b. Sabine martiris in eadem constructa, necnon predia Fetel et Kewel vocata modo simili prope dictam possessionem Dyod habita cum ecclesia in honore beati Bartholomei in faciebus eorundem fundata... pro mille et quingentis fl. nobili domine Katherina vocate, consorti magistri Andree de Chapy vendidisse testatur...

ORIG.: Desideratur. - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 157-158., nr. 626.

943 Buda, 1429. mart. 13.

In nomine domini Amen. Anno nat. eiusdem millesimo quadringentesimo vigesimo nono..., pontificatus... domini Martini... pape quinti anno duodecimó..., die tredecima... Martis, in Capella... s. dei genitricis virg. Marie per... regem Sigismundum Buda noviter constructa..., hora quasi nona in mei (Stephani Davidis de Albaregali) notarii publ.... et testium... ad hoc specialiter vocatorum... presentis personaliter constitutus... fr. Symon prior heremitarum s. Pauli primi heremite in claustro b. Laurentii mart. de supra Budam fundato, tenens in manu sua quoddam privilegium super facto testamentorum discussionis fratrum heremitarum, utrum fratres s. Pauli heremite... teneantur de iure solvere canonicam portionem de relictis eis factis in ultimis voluntatibus defunctorum, quorum corpora apud eos non tumulantur... petens eiusdem privilegii originalis... tenorem... copiari... ac in publicam formam... redigi per me Stephanum notarium infrascriptum... Cuius tenor... est talis: Solet a nonnullis...[1] Quo... privilegio... examinato... idem iuxta requisitionem... Symonis prioris... transsumpsi... et... in hanc publicam formam redegi... Acta sunt hec et facta... presentibus ibidem... dominis Dominico custode, Symone de Jessenych, Stephani de Sarus, Paulo de Sancto Benedicto et Nicolao de Cassovia magistris et canonicis ac Valentino presbitero, necnon Andrea de Iaurino ministris capelle b. virg. antedicte Strig., Agrien. et Iaurien. dioc., aliisque quampluribus testibus... ad premissa vocatis et in testimonium requisitis.

ORIG.: Desideratur. - TRANSCR.: Stephanus Davidis de Albaregali, cler. Vespr. dioc., publ. imp. auct. not. 1429. mart. 13. Arch. Nat. Hung. Dl. 35.523. - COMM.: Vide inferius not. 1.

[1] Vide ap. Mályusz E.: A szlavóniai és horvátországi középkori pálos kolostorok oklevelei az Országos Levéltárban. Levélt. Közl. 6(1928)p. 111-114. De dato huius lit. vide in nr. 747. not. 1. et lege: Kumorovitz L. B.: A budai várkápolna és a Szt. Zsigmond-prépostság történetéhez. Tanulmányok Budapest Multjából XV(1963)112. l., 26. jegyz.

944 1429. apr. 19.

Petrus dictus Paldawff iudex castri novi montis Pestiensis, ac iurati et universi cives de eodem - unacum Cassoviensis, Tirnaviensis et Alberegalis civitatum regalium iudicibus et iuratis civibus, coassessoribus suis a regia maiestate specialiter deputatis, in sede iudiciaria civitatis Budensis insimul congregati quandam causam inter Conradum Im Berd dictum, pridem inhabitatorem civitatis Leutchoviensis ut actorem, necnon Stephanum Rokkelfinger et fratres ac socios suos, cives civitatis Leutchouiensis ut in causam attractos vertentem readiudicant.

ORIG.: Membr. cum fragmento sig. minoris (35 mm) rubri tergo appressi. Arch. Civit. Cassoviensis (Kosice.) Collectio Schwartzenbachiana nr. 165. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

Nos Petrus dictus Paldawff iudex castri novi montis Pestiensis, alias Budensis, iurati et universi cives de eodem ad universorum tam presentium quam futurorum notitiam, quorum interest aut interesse poterit quomodolibet in futurum, tenore presentium deducimus memorie commendantes, quod nobis dudum, videlicet octavo die festi epiphaniarum domini, cuius nunc, similiter circa festum epiphaniarum domini proxime elapsum prima preteriit revolutio annualis[1], de mandato gloriosissimi ac invictissimi principis et domini domini Sigismundi dei gratia Romanorum regis semper augusti ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc(etera) regis, incliti domini nostri gloriosissimi et naturalis nobis tam oretenus, quam litteratorie tradito et iniuncto ac etiam per magnificum virum dominum Petrum filium Herrici de Brezevicze eiusdem regie maiestatis Hungarie Thauarnicorum magistrum nobis verbo predicti serenissimi domini nostri regis intimato, unacum prudentibus et circumspectis viris Caschouiensis, Tyrnauiensis et Alberegalis civitatum regalium regni sue maiestatis Hungarie iudicibus et iuratis civibus, coassessoribus nostris, super revisione et examine infrascriptarum causarum per ipsam maiestatem regiam specialiter deputatis pro reddenda

unicuique coram nobis querulanti iustitia et signanter super discussione et adiudicatione cuiusdam cause inter Conradum Im Berd dictum, pridem inhabitatorem civitatis Leuchouiensis ut actorem ab una, necnon honestos viros Stephanum dictum Rokkelfinger et fratres ac socios suos, cives et inhabitatores civitatis Lewchouiensis iam dicte, quos infrascriptum tangit negotium ut in causam attractos parte ab altera vertentis et habite, hic in Buda, in sede nostra iudiciaria insimul congregatis et constitutis diversimodeque et diutius occupatis, inter ceteros querulantes de medio aliorum causidicorum nostri exurgendo in presentia prefatus Conradus contra et adversus Stephanum fratresque et socios suos antedictos in figura nostri iudicii proposuerat eo modo, quomodo prefatus Stephanus Rokkelfinger cum fratribus et sociis suis iam dictis universas hereditates ac res et quelibet bona ipsius Conradi in ipsa civitate Lewchouiensi et eius territorio habitas et existentia, mobilia et immobilia, pretextu quorundam debitorum, videlicet duorum millium septingentorum et sedecim florenorum Cameralium, quibus iam dictus Stephanus ac fratres et socii sui ipsis eundem Conradum debitorem fore allegaverant absque omni via iuris et iustitie et sine aliquali estimatione ac non eo modo ut debuissent, occupassent fructusque, proventus et utilitates huiusmodi hereditatum, rerum et bonorum iam fere octo annis elapsis percepissent et habuissent in ipsius Conradi dampnum et preiudicium multum ingens. Quas quidem hereditates, res et bona predicta, necnon fructus, proventus et utilitates, qui de eisdem hereditatibus rebusque et bonis per antedictos octo annos provenissent, necnon dampna exinde secuta insimul computando idem Conradus ad valorem decem et septem millium florenorum Cameralium vel circa se extendere affirmaverat, propter quod ipse Conradus huiusmodi suis hereditatibus, rebus atque bonis sic minus iuste et indebite destitutus ad extreme devenisset inopiam paupertatis. Subiunxerat etiam prefatus Conradus allegando, quomodo ipse et olim Ieronimus de Zelina quandam summam pecunie, super qua presentis litis materia inter ipsas partes mota extitit, eisdem Stephano et fratribus ac sociis suis in quibusdam distinctis et per utrasque partes unanimi voluntate super eo statutis et deputatis terminis iuxta contenta litterarum obligatoriarum eorundem Conradi et Ieronimi sigillis ipsorum consignatarum summam huiusmodi debitorum exprimentium successive solvere et expedire debuissent, sed iam dicti Stephanus fratresque et socii sui antedicti ipsum Conradum in captivitatem serenissimi domini nostri regis incidisse sentientes, nullo inter ipsos huiusmodi statuto et deputato termino expectato, mox et in continenti universas predictas hereditates ac res, necnon quelibet bona ipsius Conradi pro premissis pecuniariis debitis suis, omni obmisso iuris ordine, ut prefertur, occupassent, ipsisque sic occupatis, fructus et utilitates huiusmodi hereditatum rerumque et bonorum, modo quo supra, pro ipsorum voluntatis libitu percepissent. Quas quidem litteras eorundem Conradi et Ieronimi obligatorias, de quibus, ut supra, fit mentio, prenotatus Stephanus per nos iuridice requisitus retulerat se non posse in specie exhibere, quia easdem eisdem Ieronimo et Conrado ante plura iam transacta tempora assignasset; super quibus omnibus idem Conradus postularat per nos sibi ex parte Stephani fratrumque et sociorum suorum pretactorum medelam iuris et iustitie impertiri. Quo percepto prelibatus Stephanus Rokkelfinger suo ceterorumque fratrum et sociorum nominibus, plena eorundem auctoritate procuratoria suffultus responderat ex adverso: Quomodo prefatus Conradus eisdem Stephano et fratribus ac sociis suis antedictis remansisset in quadam notabili pecuniarum summa, utputa duobus millibus septingentis et sedecim florenis Cameralibus debitorie obligatus, super quibus idem Conradus per eosdem Stephanum ac fratres et socios suos prenotatos sepissime et amicabiliter requisitus nullam ipsis per multa transacta tempora curasset impendere satisfactionem, qua de re iam dictus Stephanus cum fratribus et sociis suis prenotatis in presentia predictorum iudicis et iuratorum civium de Lewcha iuridice procedendo quasdam litteras obligatorias predictorum Ieronimi et Conradi super predictis debitis ipsorum emanatas in iudicio producendo satisfactionem sibi exhiberi et fieri postulasset iuris ordine exposcente. Quibus per eosdem iudicem et iuratos cives visis et intellectis, iidem iudex et iurati cives plures hereditates ac res et quelibet bona predictorum Ieronimi et Conradi mobilia et immobilia ad valorem iam dictorum duorum millium septingentorum et sedecim florenorum Cameralium se extendentem prefatis Stephano fratribusque et sociis suis prenarratis iuris observato ordine adiudicassent, prout idem Stephanus hec omnia eisdem iudici et iuratis civibus predicte civitatis Lewchouiensis asserebat, ad perpetuam rei memoriam fore clarius manifesta. Ubi supradictus Ieronimus sentiens ita processum fore cernensque tam ipsius propria quam antedicti Conradi universa bona mobilia et immobilia previa ratione ab eis alienari, recursum ad regiam maiestatem habendo, ab ipsa regia maiestate huiusmodi litteras preceptorias iudici et iuratis civibus prenotate civitatis Lewchouiensis loquentes

obtinuisset, quod iidem iudex et iurati cives mox visis predictis litteris regalibus, omnia et singula bona, libros et registra prefati Conradi occupare et ad manus ac potestatem predicti Ieronimi de Zelina nomine regie maiestatis deberent presentare sub pena in eisdem litteris regalibus expressata, prout hec omnia in tenore dictarum litterarum regalium in transcripto litterarum honorabilis capituli ecclesie beati Martini Scepusiensis coram nobis in iudicio exhibitarum plenius contenta et lucidius declarata fide conspeximus oculata. Quarum quidem litterarum regalium vigore prenotati iudex et iurati cives de Lewcha predicta ipsum Stephanum, necnon fratres et socios eiusdem universos ad resignandum et restituendum et ad manus ipsius Ieronimi presentandum universas hereditates ac res et quelibet bona ipsius Conradi eisdem Stephano fratribusque suis et sociis antedictis prius adiudicata et assignata arctius astrixissent, quibus idem Stephanus cum fratribus et sociis suis humiliter obediens se mandatis regiis per omnia conformasset. Demum vero idem Ieronimus non multo post hoc elapso temporis spatio alias litteras regias impetrando obtinuisset et produxisset preceptorie exprimentes, ut memorati Stephanus fratresque et socii eiusdem omnes hereditates, necnon res universas et quelibet bona antedicti Conradi in condigna estimatione ad summam predictorum debitorum suorum se extendentia assumere et acceptare, residuum vero erga manus ipsius Ieronimi relinquere deberent et tenerentur. Quibus quidem litteris similiter per antedictos iudicem et iuratos de Lewcha predicta eidem Stephano et sociis suis notificatis, tandem factum ipsorum predictum per arbitrariam predictarum partium dispositionem et alia bona media ad hec devenisset, quod Stephanus et fratres ac socii eiusdem antedicti quatuor, necnon Anthonius familiaris eiusdem Conradi ipsius nomine similiter quatuor idoneos viros in arbitros et amicabiles compositores, necnon predictarum hereditatum rerumque et bonorum eorundem taxatores et estimatores elegissent concorditer eo modo, ut quidquid iam dicti octo per utrasque partes electi viri concorditer, conscientiose taxando de predictis hereditatibus rebusque et bonis ipsius Conradi iam dictis Stephano fratribusque et sociis suis universis pro ipsorum debitis prenotatis assignari agnoscerent, hoc idem Stephanus fratresque et socii sui iam dicti acceptare et non plus ad ipsorum manus recipere et super eo contentari, residuum vero erga manus ipsius Ieronimi iuxta mandata regalia relinquere debuissent, propter quod certa bona, necnon plures hereditates ac res ipsius Conradi condigna estimatione et taxatione earundem hereditatum rerumque et bonorum antedictorum prehabita per antedictos octo probos viros iuxta regie maiestatis commissionem per utrasque iam dictas partes equali numero voluntate parili electos facta et celebrata eisdem Stephano fratribusque et sociis suis prenotatis pro ipsorum debitis antedictis, utpote duobus millibus septigentis et sedecim florenis Cameralibus iure hereditario appropriata fuissent et legitime assignata et pro eo fructus et utilitates, necnon proventus huiusmodi hereditatum rerumque et bonorum non occupative, neque pignoris, sed hereditario et pleno iuris titulo ac per omnem viam iuris et iustitie tamquam de ipsorum rebus et bonis hereditariis percepissent. Demumque hiis sic peractis prefati Stephanus fratresque et socii sui sepedicti tunc post aliquod temporis spatium cum eisdem Ieronimo et Conrado super universis et quibuslibet controversiarum materiis pretextu quorumcunque debitorum, necnon premissarum hereditatum rerumque et bonorum premissorum occupationibus ac aliis quibusvis negotiis inter ipsos quomodolibet et qualitercunque suscitatis et actitatis et usque in diem cuiusdam amicabilis compositionis inter ipsas partes facte hincinde deductis et ventillatis plenam et omnimodam pacis celebrassent et firmassent amicabilis concordie unionem, super quo prefatus Stephanus in huiusmodi suorum verborum affirmationem produxit coram nobis quandam simplicem cedulam, in vulgari tewtunico scriptam, ex libro predicte civitatis Lewchouiensis, ut asserebat, extractam, ex cuius continentiis collegimus satis clare, quomodo in anno domini M° CCCC° XXiiij°, videlicet feria sexta proxima ante dominicam, qua in dei ecclesia cantatur Reminiscere[2], prefatus Ieronimus personaliter ab una, parte vero ab altera prenotatus Stephanus, necnon Iohannes frater suus et alter Iohannes Lorberer dictus, civis predicte civitatis Lewchouiensis personaliter in presentia predictorum iudicis et iuratorum civium de Lewcha constituti, idem Ieronimus pro se ac Conrado prenotato fassus publice fuisset, quod ipse cum prefatis Stephano et utroque Iohanne unam iustam et debitam amicabilem compositionem fecisset et ordinasset super omnibus et singulis preteritis causis et negotiis inter ipsos suscitatis et actitatis usque in diem datarum, de quibus in ipsa cedula, ut supra fit mentio sicque omnes cause integraliter et in toto sint relegate, amicabiliter et sopite in tali modo, quod ipsi se mutuo promovere et honorare debeant, prout decens et consuetum est inter honestos homines; insuper promisisset idem Ieronimus prelibatos Stephanum et utrumque Iohannem indempnes conservare ab omni infestatione ipsorum negotiorum, que ipsos tangere seu concernere possent et hoc etiam

cum suis propriis laboribus et expensis ac vellet pro ipsis in iudicio stare et ipsos per omnia libertare; etiam supradictus Conradus manu sua propria se subscribendo assumpsisset sub fidei et honoris suorum obligamine prenotatos articulos et compositionem, de quibus, ut supra, fit mentio, integraliter et in toto velle observare et eisdem in nullo contravenire; e converso promisissent prescripti Stephanus et uterque Iohannes prefati Ieronimo omnes litteras, quas haberent ex parte huiusmodi negotiorum suorum, necnon omnia rescripta spiritualia et secularia restituere et nulla retinere sub pena cassationis et carentia virium eorundem. Quo audito antedictus Conradus responderat replicando, quod licet in continentiis ipsius cedule id clare exprimeretur, quod prenotatus Ieronimus personaliter coram predicte civitatis Lewchouiensis iudice et iuratis civibus astando pro se, necnon ipso Conrado omnia premissa in ipsa cedula contenta sic, ut premittitur, fassus fuerit, tamen idem Ieronimus huiusmodi fassionem per ipsum modo, quo supra, factam tempore detentionis ipsius Conradi, quo ipse in vinculis iam dicti Ieronimi positus fuisset, prout ipse Conradus asserit, fecisset; insuper, licet prefati Stephanus et fratres sui huiusmodi litteras et rescripta deponere promisissent, tamen non appareret, quod easdem et eadem, quando et ubi aut circa quem deposuissent; etiam idem Stephanus ad affirmandum premissa per eum proposita produxit coram nobis quandam litteram ipsius Ieronimi manu in vulgari thewtunico scriptam sigilloque ipsius Ieronimi propriis, ut apparet, consignatam, cum subscriptione ipsius Conradi, ut premittitur, de sua propria manu, uti idem Conradus etiam coram nobis affirmaverat, roboratam, omnia premissa in iam dicta cedula preter promissionem prelibatorum Stephani et utriusque Iohannis super restitutione litterarum et rescriptorum suorum factam, de quibus in predicta cedula fit mentio, contenta declarantem, qua per ipsum Conradum coram nobis visa et intellecta, responderat, quomodo ipse Conradus in captivitate ipsius Ieronimi existens, timore concussus, dictam subscriptionem sub spe, ut de huiusmodi carceribus levius exire posset, fecisset. Quam quidem fassionem per ipsum Ieronimum factam, dum huiusmodi fassio ad ipsius Conradi pervenisset notitiam, necnon predictam litteram, in libertate existens idem Conradus ex certis causis preallegatis reclamando ubilibet locorum revocasset per omnia manifeste. Postremo vero prefatus Stephanus in uberiorem rei evidentiam et clariorem omnium premissorum comprobationem produxit coram nobis quandam litteram patentem per modum sententie serenissimo domino nostro regi rescriptionaliter loquentem sub titulo et nominibus nobilium et honestorum virorum Michaelis Petri Poch de Zygra, vicecomitis de Sarus, Petri Andree de Gorgo et Martini de Bethlemfalwa, castellani Noui castri, officialium predicti magistri Thauarnicorum, necnon decem civitatum terre Scepusiensis iudicum ac quinquaginta electarum personarum predicte civitatis Lewchouiensis in eadem littera sententionali conscriptorum et denotatorum editam et confectam, quibusdam duobus, pro tunc nobis ignotis, nunc autem approbatis sigillis dumtaxat consignatam, vigore cuius idem Stephanus omnia et singula in eisdem contenta et prout coram nobis per ipsum Stephanum narrata fuerant et exposita, asserebat posse legitime comprobare. Qua quidem littera sententionali coram nobis producta et exhibita premissisque partibus coram nobis personaliter astantibus, presentibus et audientibus alta et intelligibili voce perlegi facta vulgariterque tam tewtunice quam etiam hungarice vulgarisata, exposita et intellecta, ipse Conradus mox et in continenti in contrarium allegarat replicando, quod sententia predicta inter ipsas partes lata non suo modo secundum veram ipsius diffinitionem et conclusionem prout per nobiles viros et honestos dictarum decem civitatum ad id deputatos iudices, necnon quinquaginta electas personas in eisdem expressatas diffinita extitisset et conclusa, ac etiam sub manu notarii civitatis Lewchouiensis predicte notata et consignata fuisset, ut debuisset, sed alibi et diversimode extra locum suum debitum variata et sinistre fulminata sub predictis duobus sigillis dumtaxat consignata foret et eisdem Stephano fratribusque et sociis suis sepefatis in preiudicium ipsius Conradi tradita et concessa. Quo percepto prefati nobiles viri Michael filius Petri Poch, Petrus Andree de Gorgo et Martinus de Bethlemfalwa castellanus in persona prefati magistri Thauarnicorum tunc in iudicio consedentes eandem litteram sententionalem sigillis ipsorum roborare, prout idem Conradus asserebat, penitus recusassent. Post quarum quidem partium propositiones, responsiones, allegationes et replicationes coram nobis, ut premittitur, hincinde factas, iam dicti Conradus et Stephanus pro se et ipsorum adherentibus et posteritatibus universis volentes amplioribus parcere laboribus et expensis, matura et digesta inter se prehabita deliberatione, discussionem premisse ipsorum cause de manibus et iudicatu quorumlibet iudicum et iustitiariorum ecclesiasticorum ac secularium et aliorum quorumcunque cuiuscunque dignitatis, status, conditionis aut preeminentie fulgentium hominum removendo, solummodo dictis aut iudicatui seu dispositioni vel amicabili compositioni predictarum civitatum regalium iudicum et iuratorum civium atque

nostris sub certis penarum et obligaminum vinculis hic infra declarandis, etiam in quibusdam litteris predictorum Conradi ac Stephani manibus eorundem propriis editis et confectis, necnon sigillis eorundem consignatis plenius expressatis de non contrafaciendo resignarunt ipsorum voluntate spontanea simpliciter et de plano eo modo, ut si qua partium predictarum dispositionem predictorum iudicum et iuratorum civium atque nostram partes inter easdem causa in premissa aut per rigorem iuris iudicialiter seu per modum arbitrii vel amicabilis compositionis per ipsos iudices et nos pronuntiandam, sententiandam et ordinandam colore seu astutia vel ingenio quibuscunque exquisitis seu adinveniendis revocando non curaret observare vel in parte vel in toto, talis pars huiusmodi nostram dispositionem sic in parte vel in toto verbo vel facto violare attemptans et non observare volens, serenissimo domino nostro regi in sententia capitis predictisque iudicibus et nobis in expensis per ipsos iudices et nos in executione ipsius cause factis et fiendis de universis rebus et bonis suis recipiendis et habendis et contra partem huiusmodi dispositionem nostram observare volentem in fidei et honoris suorum violatione convinci debeat eo facto petentes instantissime prece multa, ut eandem causam ad manus nostras recipere et fine curaremus et vellemus debito terminare. Unde nos ipsorum petitionibus iustis et legitimis benivole inclinati, maturo superinde inter nos colloquio et tractatu digesto prehabitis, discussionem annotate cause ad manus nostras recipientes, pro uberiori eiusdem examine ex certis et rationalibus causis ad octavum diem festi beati Georgii martiris, [3] cuius nunc annualis instat revolutio, commiseramus etiam de voluntate partium prorogari. Verum, licet premisso statuto termino adveniente prelibatus Stephanus pro se personaliter ac fratribus et aliis sociis suis prenotatis plena eorundem auctoritate procuratoria fulcitus prima die prefixi termini cum suis munimentis coram predicte civitatis Cassoviensis iudicibus dumtaxat et nobis, aliarum trium civitatum predictarum iudicibus pro tunc absentibus, comparuerit, iam dictus vero Conradus per iam fatum Stephanum quindecim diebus expectatus tandem similiter cum suis documentis in nostram advenerit presentiam, videlicet hic in Budam, tamen propter resignationem et mutationem officii iudicatus et iuratorum civium pro tunc inter nos, videlicet hic in Buda, more solito, in festo beati Georgii martiris tunc transacto factam, cum etiam propter nonnullorum nostrorum Budensium de mandato regie maiestatis circa ipsam regiam maiestatem sub castro Galamboch pro tunc constitutorum, necnon aliarum civitatum iudicum et iuratorum civium absentiam et nostri paucitatem, tum etiam propter ipsius cause arduitatem de diffinitione seu discussione eiusdem pro tunc nos intromittere nequientes, ipsam causam relinqueramus[a] simpliciter in suspenso. Demum vero feria secunda post dominicam Quadragesime, qua in dei ecclesia cantatur Reminiscere, proxime preterita, [4] predictarum, videlicet Cassoviensis, Alberegalis et Pestiensis civitatum regalium iudicibus et iuratis civibus, pro tunc coassessoribus nostris et nobis, ad mandatum ipsius domini nostri regis, in domo Consulatus nostri more solito congregatis et constitutis partibusque predictis coram nobis personaliter comparentibus, prefatus Conradus exhibuit nobis litteras prenotate maiestatis regie ad sue maiestatis propriam commissionem editas sub hiis verbis: (Vide nr. 937. Sigismundus Hungariae rex 1429. jan. 9.).

Quibus per nos cum reverentia susceptis et earum continentiis visis et sane intellectis ad ulteriora procedere volentes, quia ambe partes allegaverant se documentis ipsorum non plene fore munitos, pro eo discussionem ipsius cause de ambarum partium voluntate ad quintum decimum diem festi pasce domini tunc proxime instantis[5] duxeramus absque partium gravamine prorogandam, committentes predictis utrisque partibus, ut cum universis ipsorum documentis coram nobis termino in prefixo absque ulteriori dilatione deberent modis omnibus comparere finem in ipsorum causa antedicta debitum recepturi. Premisso namque termino occurrente prenotatisque honestis et circumspectis viris, prenominatarum scilicet Cassoviensis, Alberegalis ac Pestiensis civitatum regalium iudicibus et iuratis civibus atque nobis more solito coadunatis et in sede nostra iudiciaria insimul consedentibus partibusque predictis in crastino iam dicti termini[6] coram nobis personaliter astantibus, prenotatus Conradus omnia premissa per ipsum prius, ut prefertur, dicta et proposita denuo et de novo verbaliter tantummodo reiterando, nullo tamen sibi suffragante documento probabili resumebat. Quo audito sepafatus Stephanus Rokkelfinger suo, necnon predictorum fratrum et sociorum suorum nominibus, quorum supra, plena eorundem auctoritate procuratoria munitus similiter coram nobis personaliter adherendo, totalem responsionem suam cum suis annexis articulatis, sicut prius, per omnia declaravit et in uberiorem huiusmodi verborum suorum et omnium premissorum per ipsum, ut prefertur, suo ac nominibus, quorum supra recitatorum comprobationem exhibuit coram nobis certi tenoris duas litteras, unam scilicet honorabilium et prudentum virorum Marci Besteller, comitis terrestris predictarum undecim

civitatum regalium terre Scepusiensis, feria tertia proxima post festum beati Marci evangeliste[7] et aliam Iohannis Hayl, iudicis ac iuratorum civium civitatis Leuchouiensis iam dicte, feria quarta proxima ante festum beatorum Philippi et Iacobi apostolorum[8], ambas sub anno domini M° CCCC° XXVIIJ° proxime transacto patenter emanatas per omnia conformiter declarantes, quomodo providi viri et sagaces, decem utputa predictarum civitatum regalium terre Scepusiensis iurati iudices, necnon quinquaginta electe persone civitatis Lewchouiensis iam dicte, ex mandato regio, maturo prehabito consilio deliberationeque debita precedente, quandam sententiam, de qua, ut supra fit mentio, ratione ventillate cause inter providos viros Stephanum Rokkelfinger et fratres societatemque eiusdem ab una et Conradum predictum parte ab altera serenissimo domino nostro regi rescriptionaliter loquentem tulissent diffinitivam et eandem sententiam honestus vir Nicolaus Maynhartstorff iuratus iudex de Kesmark pro se ac aliis predictarum novem civitatum terre Scepusiensis iuratis iudicibus ipsorum in personis et circumspectus vir Urbanus dictus Polner, civis predicte civitatis Lewchouiensis similiter pro se ac providis et honestis viris quinquaginta electis personis eiusdem civitatis Lewchouiensis, sigillis suis propriis dumtaxat ad instantissimas prelibatorum iuratorum iudicum et quinquaginta electarum personarum petitiones rite et legitime consignando, eandem iuxta mandatum regium sue maiestati rescriptionaliter loquentem prenotato Stephano fratribusque et consodalibus suis antedictis pro ipsorum iurium conservatione, iuris exposcente ordine, assignassent, ipsam sententiam et singula in ea contenta generaliter et per omnia affirmando. Postremo vero allate fuerunt nobis et exhibite tres littere, prima videlicet honorabilium et prudentum Cassouiensis predicte secunda[9], alia vero providorum de Epperies quarta[10], et tertia honestorum virorum de Barthfa similiter civitatum regalium iudicum et iuratorum civium quinta[11], feriis ante festum beati Georgii martiris sub anno domini M° CCCC° XXVIIJ° prenotato elapsum clause edite et confecte nobisque loquentes et absque omni discrepantia conformiter exprimentes, quod in sexta feria ante festum beati Georgii martiris proxime[12] de anno domini M° CCCC° XXVJ°, in civitate Lewcha, coram magnifico viro domino Petro filio Herrici de Brezewicze ipsius regie maiestatis Hungarie Thauarnicorum magistro ac venerabili viro domino Georgio preposito Scepusiensi, necnon presentibus providis viris Petro Henkil comite terre Scepusiensis ac iudice et iuratis civibus civitatis Lewcha, necnon ipsarum, videlicet Cassouiensis, Barthfa et Epperies coniuratis civibus pro discussione et examine et finali decisione premisse cause ex regio mandato ibidem congregatis, predictarum partium propositiones, responsiones et allegationes et super eisdem per prefatos dominos et iudices ac iuratos cives discussiones finalesque decisiones audivissent hoc modo, quo sequitur, fore factas: Primo Conradus prefatus contra Stephanum et socios suos annotatos proposuisset et significare per modum querele curasset, quod ipse Stephanus domos ipsius Conradi, hereditates et alia sua bona pretextu quorundam debitorum, quibus iam dicti Stephanus et socii sui ipsis eundem Conradum debitorem fore allegassent non obstantibus litteris regalibus dicto Conrado per regiam maiestatem gratiose concessis et donatis inter alia continentibus, quod universe hereditates, necnon res et bona dicti Conradi, quas prenominatus Stephanus et socii sui ratione pretactorum debitorum, quibus idem Conradus eisdem obligatus fuisset, occupassent, iuste et condigne estimationi debuissent deputari et taxari et eisdem digne et iuste taxatis suis debitoribus solutionis satisfactio debuisset exhiberi et impendi; attamen prefatus Stephanus et socii sui prenotatam gratiam minime advertentes universas hereditates et bona prenarrata absque omni iuris ordine, qualibet estimatione et taxatione seclusis, pro seipsis occupassent et accepissent sibi per se solutionis satisfactionem percipiendo. Super quibus Stephanus prefatus respondisset: singula per eum in dicta causa acta ex iuris dictamine et amministratione egisse, quodque ipse et socii sui de dictis hereditatibus rebusque et bonis non absque iuris ordine et absque estimatione, sed per viam iuris et per dignam estimationem, per probos octo idoneos viros in arbitros et amicabiles compositores, quatuor scilicet per ipsum Stephanum electos et quatuor arbitros per Anthonium annotati Conradi verbo et in persona deputatos et electos habuissent et recepissent et in eo se ad veridicam attestationem consilii civitatis Lewcha prenotate remisissent, ubi idem consilium, scilicet iudex et iurati cives omnibus et singulis predictis testimonium perhibuissent; insuper ad ipsius Stephani pretactorum ampliorem comprobationem idem Stephanus quandam compositionis et concordie litteram manu quondam Ieronimi de Zelina conscriptam sigilloque ipsius proprio consignatam, in qua idem Conradus uberiorem ad cautelam propria manu se ascribendo includens subscripsisset, produxisset clare continentem, quod omnes cause inter se actitate integraliter et in toto fuissent relegate, amicabiliter sopite in tali modo, quod ipsi se mutuo promovere deberent et honorare sibi invicem amicitiam dumtaxat et dilectionem exhibendo;

etiam ad dictorum maiorem concordie unionem Stephanus annotatus asseruisset omnes litteras obligatorias capitales et principales super pretactis debitis emanatas Conrado sepedicto plenarie restituisse. Nichilominus iam dictus Conradus per dominos magistrum Thauarnicorum, Georgium prepositum et iudices ac iuratos cives memoratos fuisset ibidem interrogatus et requisitus, an de ipsius fuisset consensu et voluntate, quod predicti quatuor arbitri nomine et verbo suo per Anthonium prefatum pro dicte unionis concordia fuissent deputati et electi, qui respondens affirmasset, quod super hoc sua voluntas affuisset favorosa et plenus suus consensus etiam de singulis istis in dicta causa per dictos arbitros actis et negotiatis. Quibus premissis iuxta pretactarum partium propositiones et allegationes taliter dispositum fuisset sententionaliter et conclusum, videlicet quod causa antelata iuxta estimationem pretactorum octo virorum arbitrorum partium antedictarum in suo vigore debeat permanere etiam antedicte littere unionis et condordie dicto Stephano per Conradum et Ieronimum antefatos tradite et concesse; ceterum Conradus sepefatus postulasset ibidem petendo, quod iste due domus cum orto uno, qui per quendam mercatorem de Colonia, Hermannum Hemerden dictum, pro centum et octoaginta quatuor marcis grossorum ab ipso Conrado fuissent empte, etiam digni et iusti pretii deputarentur estimationi et taxarentur, super quo recognitionem et fassionem providorum virorum iudicis et iuratorum civitatis Lewcha antedicte, prout hoc in eorum registro et civitatis libro dinoscitur fore conscriptum, etiam quod Conradus prenotatus fassus recognovisset pretacta centum et octoaginta quatuor marcas grossorum solus debitorie obligari. Similiter fuisset conclusum, quod si eidem Conrado videretur, quod eedem domus et ortus antedictus maioris essent vendendi pretii quam pro eisdem centum et octoaginta quatuor marcis grossorum, extunc ipse Conradus infra unius anni revolutionem easdem centum et octoaginta quatuor marcas grossorum solvendo deponere debuisset cum effectu, quibus per eundem Conradum plenarie depositis dictas domos et ortum apud manus suas tenere debuisset et possidere, sin autem predictorum grossorum et marcarum summam infra eiusdem anni revolutionem non deponeret, extunc dicte domus et ortus qualibet motione, impetitione seu aliquali impugnatione seclusis, apud manus predictorum virorum, qui de dicto Hermanno Hemerden ipsos ortum et domus emissent, deberent permanere. Quibus sic peractis Conradus supranotatus petivisset rogitando de dictis domibus unam minorem, apud manus providi Iohannis Lorberer existentem, ad annum unum, pro annuo censu tantummodo, sibi collocari, qui Iohannes predictorum dominorum et virorum providorum precibus mitigatus dictam domum pro annuo censu consueto sibi collocasset. Verum, licet premissa causa coram regia maiestate ac magnifico viro Thauarnicorum regalium magistro antedicto, necnon diversorum locorum iudicum presentia diutius actitata et ventillata et demum ex regie maiestatis commissione in nostri presentiam deducta et propter sui arduitatem et pluribus aliis causis prenarratis certis interpositis terminorum dilationibus, ut premissum est, usque nunc prorogata fuerit sepefatusque Conradus actor contra et adversus Stephanum Rokkelfinger et socios ac fratres suos prenotatos ut in causam attractos, quomodo ipsi universas hereditates ac res, necnon quelibet bona ipsius Conradi pretextu premissorum debitorum suorum absque omni via iuris et iustitie ac sine aliqua estimatione et non eo modo, ut debuissent, occupasse fructusque et utilitates eorundem minus iuste et indebite percepisse, necnon dampna decem et septem millium florenorum Cameralium vel circa sibi intulisse nulla certa et evidenti comprobatione, sed solum simplici verborum prolatione proposuerit, annotatus vero Stephanus suo ceterorumque fratrum et sociorum suorum nominibus sepedictas hereditates ac res, necnon alia bona ipsius Conradi pretextu debitorum suorum non sic, absque omni via iuris et iustitie et sine aliqua estimatione, prout idem Conradus asserit, sed iuxta mandatum regium per omnem viam iuris et iustitie, debita et conscientiosa prehabita estimatione, ymo sic, ut debuisset, legitime pro ipsorum debitis prius narratis, prout liberarum civitatum regalium consuetudo expostulat et requirit, recepisse et habuisse fructusque et utilitates, necnon proventus huiusmodi hereditatum rerumque et bonorum ex eo non occupative neque pignoris, sed hereditario iuris titulo tamquam de ipsorum hereditatibus, rebus et bonis percepisse et levasse allegavit; tamen quia iam dictus Conradus per nos sepe sepius requisitus et iuridice ammonitus, si premissam suam actionem aliquo evidenti et probabili documento comprobare posset, quem in comprobatione huiusmodi sue actionis penitus defecisse ipsumque Conradum pluribus per eum propositis deviasse, ymmo etiam multis aliis regiam maiestatem tacita veritate, ymmo suggesta falsitate infestasse et inquietasse, memoratos vero Stephanum Rokkelfinger et socios suos atque fratres iuridice processisse sepefatasque hereditates, res, necnon omnia alia bona, de quibus, ut supra, fit mentio, per omnem viam iuris et iustitie, debita etiam earundem et conscientiosa estimatione prehabita, ymmo, ut debuerunt,

legitime pro antedictis ipsorum debitis recepisse et habuisse fructusque et utilitates, necnon proventus huiusmodi rerum et bonorum non occupative, neque minus iuste seu indebite, sed hereditario iuris titulo tamquam de ipsorum hereditatibus, rebus et bonis legitime percepisse et levasse, ex premissis agnovimus manifeste. Et quamvis idem Conradus occasione premissorum suorum excessuum, quia fraus et dolus nemini patrocinari debent, gravioribus correctionibus et sententiis emendandus et plectendus, necnon ad restitutionem etiam omnium fructuum et utilitatum per ipsum Conradum de predictis hereditatibus rebusque et bonis Stephano ac fratribus et sociis suis prenotatis estimatis et pro ipsorum debitis antedictis traditis et appropriatis, ut premissum est, per ipsum Conradum lite pendente occupatis levatorum et perceptorum iure permittente astringendus foret; tamen nos considerata et inspecta gratia per antedictum serenissimum dominum nostrum regem eidem Conrado in pluribus facta, de huiusmodi correctionibus et penis sibi infligi debendis ad presens supersedentes et faventes, Cristi invocato nomine[b] solum deum et eius iustitiam pre oculis habendo, favore, odio, prece, pretio et qualibet alia pravitate, que contra nos per quempiam suspitionis causa allegari posset, proculmotis postpositis, penitus et obmissis, maturo et digesto inter nos prehabito consilio deliberationeque precedente diligenti prenotatos honestos et prudentes viros predictarum decem civitatum terre Scepusiensis iudices, necnon quinquaginta electas personas predicte civitatis Lewchouiensis in premissis bene processisse iusteque diffinivisse et pro eo eandem ipsorum sententiam tamquam legum nostrarum imitatricem et iuribus nostris consonam, bene et iuste latam in suo vigore permanendam, necnon honestorum et sapientum virorum iudicum et iuratorum civium predictarum trium civitatum, videlicet Cassouiensis, Epperies et Bartfa attestationes approbandas fore et confirmari debere et per consequens universas hereditates, necnon quaslibet res et omnia alia bona, que dudum antedicti Conradi prefuerunt, eisdem Stephano et fratribus suis prenotatis pro antedictis ipsorum debitis, videlicet duobus millibus septingentis et sedecim florenis Cameralibus, ut premittitur, estimatas et appropriata predictasque duas domos et ortum prenotatum per Hermannum dictum Hemerden de Colonia ab ipso Conrado pro centum et octoaginta quatuor marcis grossorum emptionis titulo receptas et habitum et per eundem Hermannum quibuscunque hominum personis venditionis titulo assignatas et traditum apud eorundem manus habitas et existentia ac etiam, si de aliquibus hereditatibus et bonis antedictis fortasse per quempiam ex sinistra suggestione ipsius Conradi, ut in pluribus apparet, exclusi haberentur, readiudicandas et reapproprianda fore, ymmo tamquam ipsorum verum et legitimum ius readiudicari et reappropriari debere comperimus luculenter; quas quidem predictarum decem civitatum iudicum, necnon quinquaginta electarum personarum sententionales, quam etiam dictarum trium civitatum, videlicet Cassouiensis, Epperies et Barthfa iudicum et iuratorum attestationales litteras quoad omnes ipsarum continentias, clausulas et articulos acceptamus, approbamus et in dei nomine ratificamus proindeque universas hereditates et res ac domos et ortum antedictos, necnon quelibet alia bona supradicta cum universis et singulis utilitatibus suis, fructibus, pertinentiis, proventibus et emolumentis quibuscunque eisdem Stephano ac fratribus et sociis suis antedictis tamquam ipsorum verum et legitimum ius per hanc nostram sententiam diffinitivam in perpetuum readiudicamus et reappropriamus, ymmo relinquimus et committimus iure perpetuo irrevocabiliter possidendas, tenendas pariter et habenda pacifice et quiete iuribus nostris requirentibus atque lege, contradictione ipsius Conradi et heredum suorum obviare non valente eidemque Conrado et eius adherentibus ac posteritatibus universis in premissis sub antedictis personarum et obligaminum vinculis, utputa ammissione capitis, necnon solutione expensarum et fidei ac honoris suorum violatione silentium perpetuum imponentes; insuper universas et quaslibet litteras sub quorumcunque verborum tenore super premissis quoquomodo harum in contrarium fortassis confectas et emanatas cassas, vanas et viribus carituras ac exhibitoribus earundem nocituras relinquentes et pronuntiantes, alios etiam quoslibet processus et omnia exinde secuta et sequenda annullantes, nullius vigoris peramplius esse volumus vel momenti iudiciaria nostra, ymmo verius, regie maiestatis auctoritate nobis in hac parte iniuncta et imposita ac iustitia mediante. In cuius rei ifficax testimonium et nostre iudiciarie commissionis memoriam firmitatemque perpetuam nos, videlicet iudex et iurati cives predicte civitatis Budensis presentes litteras pro antedictis honorabilibus et circumspectis viris Cassoviensis, Alberegalis et Pestiensis civitatum regalium iudicibus et iuratis civibus, coassesso-

ribus nostris ac etiam pro nobis ex commissione et voluntate eorundem nomine et verbo nostrum omnium iudicum et iuratorum civium predictorum editas et confectas sigilli civitatis nostre appressione iussimus communiri. Datum decima die termini prenotati, anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo nono.

Ad mandatum dominorum in iudicio consedentium
Cristannus Bawman de Coloswar dictus, notarius Budensis.

1 1428. jan. 13.
2 1424. mart. 17.
3 1428. maj. 1.
4 1429. febr. 21.
5 1429. apr. 10.
6 1429. apr. 11.
7 1428. apr. 27.
8 1428. apr. 28.
9 1428. apr. 19.
10 1428. apr. 21.
11 1428. apr. 22.
12 1426. apr. 19.
a recte: reliqueramus
b Verba Christi invocato nomine litteris maioribus sunt scripta.

945 Buda, 1429. maj. 17.

(Bude, f. III. p. penthec.) Sigismundus... Hungarie... rex... capitulo ecclesie Strigoniensis... Dicitur nobis in personis religiosarum dominarum sanctimonialium de Insula leporum, quomodo... Ladislaus de Cethnek gubernator cruciferatus ecclesie s. Trinitatis de Calidis aquis superioribus Budensibus et conventus loci eiusdem circa festum passce[1]... quendam iobagionem ipsarum... vidl. Georgium Bodon dictum circa easdem Calidas aquas commorantem... captivassent, captumque in eorum vinculis diutius conservando et ad nullius fideiussioriam cautionem eundem exmittere curassent, nisi tandem ab eodem quasdam litteras eiusdem super vineis et aliis iuribus ipsi confectas recepissent et sic ipsum de... captivitate emisissent; denique feria sexta... ante festum penthecostes[2]... Iohannes de Kopach, Lorandus, Iacobus faber et Thomas claviger, alii etiam quamplures familiares et iobagiones... domini Ladislai de Cethnek... manibus armatis ad possessionem dictarum dominarum Ienew vocatam irruendo quosdam familiares ipsarum..., vidl. Petrum, Iacobum et Georgium ... captivassent, captosque usque ipsorum beneplacitum conservando tandem abire permisissent, ubi etiam confractis hostiis et seris domorum nonnulla clenodia pro utensione et sustentatione ipsarum dominarum in presentibus nundinis empta et recepta usque ad centum fl. nove monete se extendentia auferendo apportassent... potentia mediante... Super quo fidelitati vestre... mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Anthonius, vel Ladislaus, aut Iohannes de Pechel, sin Laurentius, seu Iohannes de Billye, sive Stephanus Chyk de Tharcha, aliis absentibus homo noster ab omnibus, quibus incumbit, meram de premissis experiant veritatem, quam tandem nobis... rescribatis...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. ecclesiae Strigoniensis 1429. maj. 26. Arch. Nat. Hung. Dl. 12.071. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 8. No. 20.)

1 1429. apr. 3.
2 1429. apr. 20.

946 Kassa, 1429. maj. 18.

(Cassovie, f. IV. a. Elene.) Nos Sigismundus... Hungarie... rex... universis et singulis nostre ac reginalis maiestatum, aliorum etiam quorumcunque tributariis a civitate nostra Budensi usque hanc nostram Cassowyensem civitatem ubivis constitutis eorumque vicetributariis... mandamus, quatenus a barhanistis nostris seu barhani textoribus de... civitate nostra Budensi huc, ad... Cassowiam de nostra commissione venientibus, consortibus etiam et prolibus, ac rebus eorum quibusvis eorumque conductoribus (in)... nostrorum (regalium et) reginalium et quorumcunque aliorum tributorum locis nullum tributum... petere et recipere presumpmatis... eosdem de huiusmodi tributorum locis... pacifice absque quavis solutione... abire... cum ipsorum rebus universis permittendo...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. maioris simplicis tergo appressi. In superiore margine et sub sig. Commissio propria domini regis not. canc. est scripta. Arch. civit. Cassov. (Kosice) Secr. F., nr. 30. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

947 1429. maj. 20.

Magistratus civitatis Pestiensis iudicem et iuratos cives civitatis Posoniensis requirunt, ut iuxta contenta litterarum obligatoriarum eisdem transmissarum concives suos ad satisfactionem faciendam compellere dignentur.

ORIG.: Chart. pap. cum fragmento sig. minoris rubri col., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 43.786.

Salutem et amicitie uberrimum incrementum ! Providi ac honesti viri, amici nostri carissimi ! Ad litteratorias nostras requisitiones nuper circa festum medii Quadragesimi[a] vobis directas de debitis Laurentii Lenche et Petri litterati nostrorum concivium pro parte concivium vestrorum nullam adhuc impendistis satisfactionem, cum tamen a viris cariis[b] et dilectissimis amiciis[c] iudicium et iustitiam superinde contentam diu expectassemus. Et quia nos ipsas vestras amicitias non quod in aliquibus offenderemus, sed potius in omnibus nobis possibilibus eisdem famulari atque complacere niteremur, ne etiam aliqui vestri concives ratione debita huiusmodi per nos hic perturbari atque damnificari videantur, proinde vestras predilectas amicitias obnixe flagitamus per presentes, quatenus agnitis presentium notitiis, alia nostra intimatione superinde causa nostri minime expectata, iuxta contenta litterarum obligatoriarum cum presentibus vobis transmissarum contra prefatos nostros concives singulos vestros concives, quos ipse littere obligatorie nominatim demonstraverint, ad satisfactionem arctius compellere et astrigere dignemini. Si feceritis, eisdem vestris amicitiis in simili, ymmo in maiori studebimus refundere omnibus modis, alioquin quoscunque prius hic ex vestris concivibus reperire poterimus, pro debita huiusmodi detineri non postponimus modo aliquali, de quo tandem nobis minime valebitis imputare. Datum in Pest, feria sexta proxima post penthecosten, anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo nono.

Iudex, iurati ceterique cives Pestienses,
amici vestri in omnibus carissimi.

In dorso: Providis et honestis viris: iudici,
iuratis totique communitati Posoniensi,
amicis nostris plurimum carissimis.

[a] recte: Quadragesime
[b] recte: carissimis
[c] recte: amicis

948 1429. maj. 26.

(VI. die sab. a. trinit.)... domino Sigismundo... Hungarie... regi... Capit. ecclesie Strigoniensis... Litteras inquisitionales vestre serenitatis... noveritis nos recepisse in hec verba: (Vide nr. 945. Sigismundus rex Hungariae 1429. maj. 17.) Nos... preceptis vestre serenitatis... obtemperare volentes... unacum homine vestro Stephano Chyk de Tharcha... magistrum Georgium de Mendzenth... concanonicum nostrum... pro testimonio transmisimus ..., qui... nobis... retulerunt, quod ipsi sabbatho... ante festum s. Trinitatis[1] in comitatu Pestiensi simul procedendo ab omnibus cuiusvis status et conditionis eiusdem comitatus hominibus... inquisitione palam et occulte facta... sic scivissent, ut omnia... eatenus quemadmodum vestre dictam extitisset maiestati acta et perpetrata fuissent..., sicut per omnia vestrarum tenor continet litterarum...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. minoris tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 12.071. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 8. No. 20.)

[1] 1429. maj. 28.

949 Székesfehérvár, 1429. jul. 1.

(In vig. Visit.) Nos conventus cruciferorum domus hospitalis ecclesie b. regis Stephani de Alba m. comm., quod Thomas filius Johannis de Adon ac Augustinus et Petrus filii Benedicti de Sorwksar in ipsorum, necnon domine Clare matris eiusdem Thome (cum onere)... ab una, parte vero ex altera Nicolaus et Joseph filii Georgii de dicta Sorwksar similiter in ipsorum, necnon Pauli fratris carnalis eorundem personis modo simili (cum onere)... coram nobis personaliter constituti, per easdem partes confessum extitit..., quod ipsi universas... causas ipsorum factum portionum possessionariarum... arbitrio... octo... nobilium virorum... submisissent... eo modo, ut quitque iidem... viri in facie ... possessionis Sorwksar octavo die f. b. Michaelis archang.[1]... coram nostris testimoniis ... facto in premisso... ordinarent..., hoc ambe partes... acceptare teneantur...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 80.218. (Sign. ant.: Arch. famil. Zichy Fasc. 160., nr. 6104.) - ED.: Zichy oklt. VIII. p. 380-381.

[1] Oct. 6.

950 Székesfehérvár, 1429. jul. 8.

(XII. congr./f. II. a. Petri et Pauli.) Nos Sigismundus ... Romanorum... ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc(etera) rex m. comm., quod cum... inter ceteros comitatus universitati nobilium... comitatus Albensis pro compescendis furibus et latronibus ac quibuslibet malefactoribus extirpandis... f. secunda... a. f. b. Petri et Pauli apost. prope Albam congregationem celebrassemus generalem[1]... per universitatem nobilium dicti comitatus (inter caeteros malefactores) Georgium Chaak de Sikator... (ac) Benete de Jenew ... de sede Albensi... (demum) Berthok dictum Cheh nobilem de Ewrs furem... pro publicis ... malefactoribus... assigna(runt)..., qui quidem prescripti malefactores... ad eandem congregationem nostram venire vel mittere et iuri parere non curarunt, unde nos... eosdem ... in capitali sententia et ammissione omnium possessionum... commisimus convictos extitisse...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. maioris simpl. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 80.220. (Sign. ant.: Arch. famil. Zichy Fasc. 61., nr. 6.) - ED.: Zichy oklt. VIII. p. 383-387.

[1] Jun. 27.

951 1429. jul. 25.

Litterae expeditoriae abbatissae caeterarumque sororum claustri b. Mariae virginis Veterisbudensis ratione solutionis tributi in possessione ipsarum Szond vocata exigi consueti Ladislao dicti Tytheus de Bakmonostra datae.

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. (35x25 mm) flavei coloris tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 80.222. (Sign. ant.: Arch. famil. Zichy. F. 5. Bách. Mon. N. 2140.)

Nos Clara abbatissa cetereque sorores sanctimoniales claustri beate virginis de Veteribuda memorie commendamus, quod nobilis vir, Ladislaus dictus Tytheus de Bakmonostra ratione conservationis tributorum seu toloniorum[a] nostrorum in Zond et suarum pertinentiarum nostrarum possessionariarum exigi consuetarum[b] de feudo seu proventibus presentis anni centum florenos nove monete regalis nobis et ecclesie nostre solvit; pro eo nos eundem Ladislaum de et super ipsis centum florenis persolutis dedimus et commisimus expeditum, quitum atque satisfactum, ymmo damus et committimus harum litterarum nostrarum testimonio mediante. Datum in festo beati Iacobi apostoli, anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo nono.

[a] recte: teloniorum
[b] recte: consuetorum

952 Buda, 1429. sept. 16.

(Bude, f. VI. p. Exalt. Crucis.) Nos Sigismundus... Romanorum... ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc(etera) rex m. comm., quod... frater Cozmas, prior claustri b. Virg. de Insula leporum in personis rel. dominarum sanctimonialium de eadem Insula... nobis significare curavit, ... quod... Jacobus... plebanus de Rakosy... in possessione Ethe residens, quandam portionem possessionariam in dicta Ethe... fraudulenter... et aliam... in eadem Ethe in comit. Simigiensi existentem, ipsas dominas... concernentes.... quarum... unam a filiis condam Martini bani... obtinuissent, sibi ipsi occupasset.... Unde... prefatus Cozmas... memoratum Jacobum... plebanum... ab huiusmodi occupatione... coram nobis... inhibuit...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. mediocris tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 12.120. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 48. No. 28.)

953 Buda, 1429. sept. 22.

(Bude, apud s. Trinitatem, f. V. p. Mathei.)... Gregorius prothonot. regie maiestatis, mag. Wenceslaus Tanner de Montibus Cuttensibus can. ecclesie Waciensis, Iohannes de Gyep castellanus castri Veterisbudensis et Michael Nodlar civis opidi Budensis arbitratores in facto officiolatus possessionis Ladislai de Chetnek, gubernatoris cruciferatus s. Trinitatis de superioribus Calidis aquis Budensibus Zeplak vocate et anno 1424. Alberto de Iobagy, canonico ecclesie Colocensis commissi ac proventuum possessionis eiusdem per viam amicabilis compositionis pacem pronuntiant.

ORIG.: Non estat. - COPIA SIMPL.: Chart. pap. in forma transversa verosimiliter saec. XV. vel XVI. confecta. In dorso manu coaeva Copia arbitratorum adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 12.123. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 1550. No. 34.)

954 Buda, 1429. sept. 23.

(Bude, II. die inquisit. /f. V. p. Mathey.) Nos Sigismundus... Romanorum... ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc(etera) rex m. comm., quod cum nos ad... instantiam rel. dominarum sanctimonialium de Insulaleporum nostrum hominem, vidl.

Mathiam de Gyarmath unacum Petro de Zelews... Nicolai de Gara... regni Hung. palatini, necnon Moyse de Nagmihal, iudicis curie litteratis... de curia nostra regia... duximus transmittendos, qui... nobis retulerunt..., quod ipsi f. quinta... p. f. b. Mathey apost. et evangeliste[1] in comit. Pilisiensi... inquirendo talem... scivissent veritatem, quod Benedictus filius Dyonysii de Makra et Johannes de Gepy, castellani castri Veterisbudensis, unacum El...[2] filio Johannis magni de Taxon, Valentino, Stephano et Andrea familiaribus ipsorum circa festum b. Margarethe virg. et mart.... preteritum[3]... ad possessiones Taxon et Wassan vocatas irruendo universas pecudes, necnon equos equatiales ac alias res et bona iobagionum earundem dominarum... depelli et asportari fecissent..., in quibus ipsis... septingentorum fl. novorum dampna intulissent...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. dorso appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 12.124. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 5., No. 37.)

[1] Sept. 22.
[2] Nomen hoc propter laesionem Chartae non est legibile.
[3] Jul. 13.

955 Buda, 1429. sept. 23.

(Bude, II. feriae V. p. Mathei.) Nos Sigismundus... Hungarie... rex m. comm., quod cum nos... ad... instantiam religiosarum dominarum sanctimonialium de Insula leporum nostrum hominem, vidl. Mathiam de Gyarmoth unacum Petro de Zeles viri magnifici Nicolai de Gara... regni nostri... palatini, necnon M(ichae)le de Nagmihal iudicis curie hominibus de curia nostra regia ad infrascriptas inquisitiones faciendas duxissemus transmittendos, qui... nobis... retulerunt..., quod ipsi feria quinta... post festum b. Mathei apostoli et ewangeliste[1] in civitate nostra Budensi simul... procedendo ab omnibus nobilibus et ignobilibus ac alterius cuiusvis status et conditionis eiusdem civitatis hominibus... palam et occulte... inquirendo talem de infrascriptis... scivissent veritatem: Quomodo Nicolaus Farkas, Andreas Sthwbihen, Martinus Hohnawer, Erhardus Kerner, Iacobus de Pah, Gentherus, Paulus Hooz dictus, Mathias aurifaber, Iohannes carnifex, Ladislaus Erdy, Mathias et Georgius litterati, Iohannes pellifex, Laurentius Hencz, Emericus litteratus, Michael Fekethe, Georgius Thymar, Mathias filius Pauli, Dominicus Thelky, Martinus pellifex, Petrus filius Iohannis, Dyonisius Tholway, Nicolaus dictus Kyraly iudices et iurati ceterique cohospites Budensis, Veterisbudensis et Pestiensis civitatum nostre et reginalis maiestatum universos proventus tributi tempore nundinarum in festo nativitatis virginis gloriose[2] singulis annis in suburbio eiusdem civitatis Budensis celebrari consuetarum ipsis dominabus iuxta constitutiones et ordinationes privilegiales divorum regum provenire debendos... ab eisdem dominabus alienare machinati fuissent et machinarentur de presenti; eo non contenti iidem nullum tributum de rebus et bonis mercimonialibus ipsorum ac aliorum... hominum in eisdem civitatibus mercantias exercentium ipsis dominabus ab antiquo exigi consuetum a tempore disturbii huius regni solvissent, aliisque solvere minime permisissent, nec permitterent de presenti. Preterea, quod cum certi familiares annotatarum dominarum, exactores vidl. thelonii in festo ad vincula b. Petri apostoli[3] singulis annis in civitate Pestiensi... tempore fori annualis exigi soliti anno in presenti ex commissione earundem dominarum ab hominibus in eodem foro mercantias exercentibus ipsum thelonium exigere habuissent, tunc iidem iudex et iurati ceterique cives et cohospites... manibus armatis... in ipsos familiares irruissent, eosdem... vulnerum ac verberum plagis afficissent, ipsum tributum exigere non permittendo, in quo eedem domine plus quam...[a] fl. auri puri dampna perpesse extitissent. Item dum sabatho... post festum nat. eiusdem virginis gloriose[4]... quidam familiares dictarum religiosarum dominarum unum vas vini de vineis earundem propriis portando ante domum seu curiam... Ladislai de Chytnek, gubernatoris cruciferatus de superioribus Calidis aquis Budensibus... pervenissent, tunc dictus... Ladislaus... plures cubulos vini de ipso vase excipiendo, idem vas fere ad medium evacuari fecisset lite tamen inter ipsos pendente. Item prescripti Matheus litteratus et Ladislaus Erdy iurati, necnon Stephanus apotecarius et Georgius litteratus concives... civitatis nostre Budensis in anno novissime revoluto[5] quasdam decimas vinorum ...a... Symone episcopo ecclesie Wesprimiensis arendative emissent, pluraque vina, puta ad centum vasa se extendentia, de eisdem decimis annotatis iuratis et civibus proventa et

ad... civitatem Budensem conduxissent; de quibus... vinis iidem cives nullum tributum ab antiquo ipsis dominabus exigi consuetum amministrare voluissent, nec vellent de presenti. Nichilominus antedicti iudex, iurati, ceterique cives et cohospites... civitatis Pestiensis universas terras usuales et arabiles, necnon prata seu fenilia ad possessionem earundem dominarum Ienew appellatam spectantia... sibi ipsis occupando diutius usi fuissent et uterentur de presenti potentia mediante in... ipsarum dominarum sanctimonialium... dampnum...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. mediocris. In dorso manu saec. XV. Inquisitio dampni irrogati per usurpationem Thelony Pestiensis per cives Budenses, Pestienses, Veterisbudenses etc(etera) adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 126. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 60. No. 17.)

1 1429. sept. 22.
2 Sept. 8.
3 Aug. 1.
4 1429. sept. 10.
5 1428.

a 2-3 vocabula legi non possunt.

956 Buda, 1429. sept. 23.

(Bude, II. die ferie V. p. Mathei.) Nos Nicolaus de Gara regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum m. comm., quod cum nos ad... instantiam religiosarum dominarum sanctimonialium de Insula leporum unacum Mathia de Gyarmath regio, necnon Moyse de Naghmyhal iudicis curie regie litteratis hominibus nostrum hominem, vidl. Petrum de Zelews de curia regia ad... inquisitiones faciendas duxissemus destinandum, qui... nobis... retulerunt..., quod ipsi feria quinta... post festum b. Mathei apostoli et evangeliste[1] in comitatu Pilisiensi... ab omnibus nobilibus et ignobilibus ac alterius cuiusvis status et condicionis eiusdem comitatus hominibus... inquirendo talem... scivissent veritatem: Quomodo Benedictus filius Dionisii de Maka et Iohannes de Geppy, castellani castri Veterisbudensis, unacum Elia filio Iohannis Magni de Taxon, Valentino, Stephano et Andrea familiaribus ipsorum circa festum b. Margarethe[2]... manibus armatis... ad possessiones Taxon... et Wassan... irruendo universas[a] pecora et pecudes, necnon equos equatiales et alias res et bona iobagionum earundem dominarum in dictis possessionibus commorantium asportari fecissent..., tandem quedam ex ipsis pecoribus reddidissent et alia pro seipsis reservassent potentia mediante, in quibus ipsis dominabus sexingentorum fl. novorum dampna intulissent...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. minoris tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 127. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 5. No. 14.)

1 1429. sept. 22.
2 1429. jul. 13.

a recte: universa

957 Buda, 1429. sept. 29.

(Bude, II. inquisit./f. IV. p. Matthaei.) Nos Nicolaus de Gara regni Hungarie palatinus et iudex Cumanorum m. comm., quod cum nos ad... instantiam religiosarum dominarum sanctimonialium de Insula leporum unacum Mathia de Gyarmath regio,... Moyse de Nagy Mihaly iudicis curie... nostrum hominem... ad inquisitionem faciendam duximus destinandum; qui... nobis retulerunt..., quod ipsi feria quarta... p. f. b. Matthaei[1]... in comitatu Pilisiensi... investigando... rescivissent..., quomodo Benedictus filius Dionysii

de Modas et Johannes de Gepi, castellani castri Veteris Budensis, unacum...ipsorum familiaribus ad festum b. Margarethe[2]...manibus armatis ad possessiones Taxon et Vonyan vocatas irruentes, universa pecora et pecudes, in iis copias equaţiales et alias res et bona iobagionum earundem dominarum in diversis possessionibus commoratorum levando, depelli et asportari fecissent...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Gen. congr. prelatorum, baronum, magnatum et nobilium comitatuum Pest, Pilis et Solt unitarum 1738. oct. 28. Arch. Nat. Hung. Dl. 36.438.

[1] Sept. 28.
[2] Jul. 13.

958 1429. nov. 24.

Abbatissa caeteraeque sorores sanctimoniales claustri b. Mariae virginis de Veteribuda quendam fundum curiae in possessione Fewlyanok habitum Iacobo dicto Petre iobagioni ipsarum pro trigintatribus fl. vendunt.

ORIG.: Non extat. - COPIA SIMPL.: Chart pap. (sine sig.) manu coaeva scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 12.155. (Sign. ant.: Fasc. 12. No. 28.) - ED.: Zichy oklt. VIII. p. 263.

Nos Clara abbatissa cetereque sorores sanctimoniales claustri beate Marie virginis gloriose de Veterybuda memorie commendamus per presentes, quod cum nos quendam[a] sessionem sew fundum curie existentem in possessione nostra Fewlyanok vocata, a Nicolao dicto Gewren legitime super nos devolutum cum omnibus suis utilitatibus et proprietatibus Iacobo dicto Petre et nobili domine Margarethe consorti ipsius Iacobi Petre, iobagioni nostro de eadem possessione nostra Fewlyanok et suis heredibus ac posteritatibus dedimus et vendidimus ipso Iacobo Petre unacum suo[b] consorte et suis heredibus perpetuo pro triginta tribus florenis cum magna moneta computandos[c] utendam et possidendam. In cuius rei memoriam eidem Iacobo unacum consorte sua et suis heredibus presentes litteras nostras concessimus. Datum in vigilia sancte Katherine virginis gloriose anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo nono.

[a] recte: quandam
[b] recte: sua
[c] recte: computandis

959 1429-1437[1]

In conscriptione thesaurorum Capituli Vesprimiensis eccl. inter cetera sequens adnot. legitur: Item unum missale novum et valde utile apud quondam fratrem Ladislaum ordinis sancti Francisci in claustro beati Johannis Bude commorantem, pro redemptione unius infule eidem impignoratum valde pretiosum, quasi bonum in bona quantitate, quod est ammissum, ut timetur.

ORIG.: Fasc. pap. in Arch. eiusdem Capituli. - ED.: Fejérpataky László: A veszprémi káptalan kincseinek összeirása az 1429-1437. évekből. Történelmi Tár. 1886. p. 570.

[1] Vide ap. Fejérpataky in ED.

(Bude, f. IX. p. circumc.) Sigismundus... Hungarie... rex... iudicibus nobilium comitatus Pestiensis... Dicitur nobis in personis religiosarum dominarum sanctimonialium de Insula leporum, quomodo Iacobus filius Petri iobagio earundem dominarum in possessione ipsarum Taxon commorans... circa festum b. Iohannis ewangeliste[1]... absque licentia et iusto terragio suo depositione in possessionem Zenthmiklos... se transtulit moraturum; idem... de mandato Rosenberck, comitis magne insule de Chepel, Petri litterati ac alterius Petri dicti Takach, Iacobi dicti Kyral, Symonis fratris Iacobi sartoris, Valentini dicti Godian, Benedicti Barath, Alberti Zaabo, Thome similiter Zaabo, Barnabe Buzas, Andree Lestah, Galli filii Leustacii, Alberti Balogh, Petri filii Blasii, alterius Petri de Makady, Gregori Feyer, Andree fratris eiusdem, Symonis Buzas, Francisci filii Zenthe, Sebastiani unucka, Iohannis filii Michaelis iobagionum in Zenthmicklos residentium permissione... unacum Symone, Iacobo Iohanne filio Blasii dicti Fekethew, Petro filio Blasii, Emerico filio Iohannis, Anthonio fabro, Barnaba filio Iohannis et Michaele filio Iohannis in eadem Zenthmicklos residentibus feria quinta... ante festum nativitatis domini[2]... manibus armatis.... ad... possessionem Taxon accedendo, ibique ad domum Mathei et Alberti dictorum Kowach irruendo, hostia domus eorundem confrangendo matrem prefati Mathei... wlnerum et verberum plagis afficiendo eandem semivivam domo in eadem relinquentes, ipsosque Matheum (et) Albertum miserabili nece similiter domo in eadem, si effugere non valuissent..., interimere attemptassent. Tandem cum dictus Iacobus (et) Albertus prefatum Iacobum filium Petri simulcum suis sociis... per Iacobum civem iuratum in eadem Taxon commorantem inibi detineri fecissent, tunc prefatus Rozenberck, comes Insule de Chepel... unacum prefato Petro litterato et aliis familiaribus et complicibus suis, ac Iohanne filio Stephani Molnar, Michaele filio Pauli, Dyonisio de Zazhalom, Benedicto Rach, Vince Erdews, Valentino filio Ioannis, Petro Rusa, Alberto filio Ladislai, Benedicto Biro, Luca filio Pauli, Demetrio Isteny dicto, Vince filio Andree, Matheo filio Pauli, Andrea filio Clementis, Iohanne Armeny, Benedicto Alch, Emerico filio Michaelis, Iacobo filio Dyonisii, Michaele Parvo, Clemente filio Iohannis, Anthonio Thakach, Elya Kewllew, Georgio Parvo, Ioanne Chyko, Paulo Magno Bakach dicto, Blasio Pewthe, Emerico Buza, Egidio de Zaazhalom, Petro filio Benedicti, Valentino Molnar, Stephano Kowach, Symone filio Lucasy, Gallo filio Pauli, Michaele Barna, Gallo filio Blasii, Anthonio filio Ioannis, Michaele filio Augustini, Ioanne filio Geree et Petro filio Briccii in Thewkwl; Dyonisio filio Anthonii, Clemente filio Andree, Ioanne de Gyood, Nicolao Kaythor, Nicolao fabro et Vince filio Petri in Laak; Petro Polgar, Blasio dicto Kerthez, Paulo filio Georgii, Vince Rewez, Ambrosio similiter Rewez, Vrbano de Chepel, Barthws, Iacobo filio Anthonii, Vlrico, Floriano Tewthunico et Michaele Fodor in Chepel; Ladislao Weres, Brictio filio eiusdem, Francisco de Zewlews, Michaele Takach, Georgio Fodor, Egidio filio Ladislai, Gallo Thakach in Zewlews; item Ladislao Fodor, Iohanne Balogh, Nicolao Chyk, Andrea de Hathwan, Stephano Kewer, Michaele Balogh, Ioanne filio Michaelis, Symone dicto Baack et Alberto Hayas iobagionibus et populis in Gwbach, possessionibus vidl. in Insola Chepel... residentibus, ac aliis quampluribus in festo b. Iohannis apostoli et ewangeliste[3]... sole prope crepusculum vergente, manibus armatis... in dictam possessionem Taxon irruendo, ibique in domum Iacobi civis iurati predicti irruentes, sepetactos nocticoraces de vinculis ipsius excipiendo, ipsum Iacobum iuratum in ecclesiam parochialem in eadem Taxon habitam affugasset, eundemque percussionibus saggittarum ecclesia de eadem excipere procurabat; preterea hostia et seras domorum iobagionum in eadem Taxon existentium confrangendo res et bona eorundem universas ac duo vasa vini domibus de eisdem excipiendo, unum vas vini in currum Iacobi iurati aponendo unacum curru deduxisset, aliud vero vas vini per prefatos suos complices populos et iobagiones ebibi permisisset; hiis non contentus pecudes et pecora ipsorum iobagionum de Taxon... universa... depelli fecisset et quedam ex eisdem in usum suum convertisset. Insuper providam dominam, sociam prefati Mathei dicti Kowach... captivando verberari fecisset, in dicta Zenthmiklos in suis vinculis conservaret... ad... petitionis nobilis Sigismundi de Harthyan et dictarum exponentium minime reddere et exmittere curasset et nec curaret de presenti... potentia mediante in... dampnum prefatarum exponentium... magnum, in quo plusquam septingentorum fl. novorum dampna perpesse extitissent. Super quo fidelitati vestre... mandamus, quatenus unum vel duos ex vobis transmittatis, qui... meram de premissis experiantur veritatem, quam tandem nobis... rescribatis...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Iudices nobilium comitatus Pestiensis 1430. jan. 5. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 181. - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 158. nr. 628.

[1] 1429. dec. 27.
[2] 1429. dec. 21.
[3] 1429. dec. 27.

961 Hartyán, 1430. jan. 5.

(In Harthyan, III. die ferie III. a. epiph.)... domino Sigismundo... Hungarie... regi... iudices nobilium comitatus Pestiensis, vidl. Georgius filius Lorandi, Paulus de Gyood et Iacobus de Bykche... Litteras vestre serenitatis nobis directas... recepimus in hec verba: (Vide nr. 960. Sigismundus rex Hungariae 1430. jan. 2.) Nos... mandatis vestre serenitatis... obedire cupientes... unum ex nobis... duximus transmittandum, qui... nobis retulit..., quod ipse tertia... feria ante festum epiphaniarum[1]... in dicto comitatu... investigando talem... scivisset veritatem, quod omnia... eo... modo facta... fuissent, ... prout... vestre dictum extitisset maiestati et... tenor litterarum vestrarum contineret predictarum...

In dorso: Domino regi pro religiosis dominabus sanctimonialibus de Insula leporum contra Rozenberck comitem magne insole de Chepel et aliis intrascriptis inquisitorialis.

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. duorum sigillorum, quibus erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 181. - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 158.

[1] 1430. jan. 3.

962 Pest, 1430. febr. 4.

Magistratus civitatis Pestiensis iudici, iuratis universisque civibus civitatis Posoniensis. Quia nonnulli concives ipsorum quibusdam civibus Pestiensibus in certis pannis debitorie obligantur; ideo - agnitis praesentibus - de praemissis debitis memoratis civibus Pestiensibus effectivam satisfactionem impendere dignentur.

ORIG.: Chart. pap. cum fragmento sig. minoris rubri col., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 43.824. - MENT.: Lederer, Pénzüzletek 110., not. 136.

Salutis et omnium bonorum incrementum. Providi ac honesti viri, amici nostri carissimi ! Sicuti et quemadmodum serie aliarum litterarum nostrarum vobis transmissarum vestras amicitias informaverimus, sic et modo consimili harum serie easdem vestras amicitias volumus informare, quomodo nonnulli forent ex vestris concivibus, qui in certis pannis sive pecuniarum summis quibusdam nostris concivibus debitorie obligarentur, de quibus ad plurimas prefatorum concivium nostrorum requisitiones ac iuxta nostras litteratorias petitiones sive intimationes ex parte predictorum concivium vestrorum nullam hucusque impendissetis satisfactionem. Nuper etiam, videlicet circa festum beati Michaelis archangeli proxime preteriti, dum tres ex nostris concivibus et consiliariis pro quibusdam certis factis nostris et agendis negotiis, puta Emericum litteratum, Michaelem nigrum, Anthonium Kalmar ad serenissimum principem dominum nostrum regem transmiseramus destinandos, tunc temporis Iohannes Heppel vester concivis, qui predicto Anthonio Kalmar in quatuor peciis pannorum Colonicalium, Georgio vero Czolnok septuaginta quinque florenos, singulos singulariter per centum denarios novos computandos debitorie obligaretur coram antedictis concivibus nostris, videlicet Emerico litterato, Michaele nigro infra huc venturum se promisisset, ut hic, debita huiusmodi unacum prelibatis nostris concivibus: Anthonio Kalmar, Georgio Czolnok omnibus modis disponeret. Qui quidem Iohannes Heppel ad terminum illum, ad quem infra venturum se spopondisset, non venit, neque aliquem pro seipso transmisit destinandum, propter[1] quod memorati nostri concives Dyettel carnificem,

vestrum concivem hic sub arresto teneri facere nobiscum commiserant, quem nos ob amicitias vestras ulteriores, huic similes, liberum et pacificum transire permisimus. Quare adhuc vice iterata ipsas vestras amicitias presentibus affectuosius requirimus et rogamus, quatenus agnitis presentibus, nulla alia nostra intimatione sive petitione expectata superinde, super et de premissis debitis huiusmodi memoratis concivibus nostris ex parte dicti Iohannis Heppel omnimodam ac effectivam satisfactionem impendere et exhiberi facere dignemini. Si feceritis, bene quidem, alioquin scire, velitis a certo, quod eosdem nostros concives dampnum in hac parte minime pati permittimus aliquale, sed quamprimum quemcunque ex vobis hic reperi facere poterimus, super eundem debita huiusmodi simulcum expensis rehabere intendimus, de quo tandem nobis non dignemini imputare. Datum in Pesth, sabbato proximo post festum purificationis virginis gloriose, anno domini millesimo quadringentesimo trecesimo[a].

Iudex, iurati ceterique cives civitatis
Pestiensis, amici vestri in omnibus carissimi.

A tergo: Providis ac honestis: iudici, iuratis universisque
civibus seu hospitibus Posony commorantibus,
amicis nostris sincere carissimis atque predilectis detur.

[a] recte : tricesimo

[1] Post vocabulum destinandum sequentia: Igitur eundem Johannem Heppel vestrum concivem iidem nostri concives causa in premissa contra ipsos reddiderunt et commiserunt coram nobis se fore convicturum deleta sunt.

963 Pozsony, 1430. febr. 13.

(Posony, f. II. a. Valent.) Sigismundus... rex... Hungarie... magnificis palatino et iudici curie nostre vestrasque in iudicatu vicesgerentibus... Dicit nobis nobilis domina Katherina... rel.... Andree de Chap, quod vos... causam per nobilem dominam relictam... Pauli de Peren occasione... castelli Dyod..., quod condam Iohannis et Nicolai nobilium de Chew prefuisset, contra ipsam coram vobis motam adiudicassetis et iuxta ipsam adiudicationem idem castellum cum suis pertinentiis estimari fecissetis, ipsamque estimationem per prefatam dominam exponentem a relicta dicti... Pauli de Peren in presentibus octavis festi epiph. domini[1] recipi... commisissetis. Et quia nos in finali... determinatione eiusdem cause personaliter interesse volumus,... fidelitati vestre... mandamus, quatenus... levationem estimationis prefati castelli per... dominam exponentem... fieri debendam usque nostrum in Budam adventum, ubi hiis diebus proximis duce domino modis omnibus constituemur, prorogare... debeatis...

ORIG. :Chart. pap. cum sig. secr. appresso. In superiore margine et sub sigillo Commissio propria domini regis not. canc. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 103.538. Sign. ant. : Famil. Batthyany de Körmend Acta Antiqua. Alm. 2. Lad. 4. Göd. nr. 41.)

[1] 1430. jan. 13.

964 Pozsony, 1430. febr. 14.

(Posony, in Valent.) Nos Sigismundus... Hungarie... rex... m. c. t. pr. signif. quibus exp. univ., quod... consideratis... laude dignorum obsequiorum... meritis... egregii Nicolai Ewrdug filii Stephani similiter Ewrdug dicti de Prodawyz, quibus idem in... nostris... arduis agendis... studuit complacere... maiestati nostre... quoddam castrum nostrum Peliske appellatum in comitatu Zaladiensi situatum, quod olim predecessorum eiusdem Nicolai Ewrdug prefuerat, sed propter quasdam causas... ad manus nostre devenerat maiestatis, quodque tandem nos condam Noffrio Bardi de Florentia ac filiis suis in perpetuum

duxeramus conferendum, nunc. a manibus ipsorum filiorum Noffry per modum certe concambialis permutationis, vidl. pro castro nostro Baymocz eliberantes et ad nostras manus accipientes simulcum possessionibus, oppidis seu villis similiter Peliske, Zenthlelek, Kylyng, Hene, Kwthws, Holtho, Felsewholto, Felzerbak, Naghbak, Napradfalwa, Erdedfalw, Terpen, Nena, Weneczye, Peliskefew, Kerbew, Twrol, Hemhaz et Gyertheleke vocatis, in eodem comitatu Zaladiensi habitis..., necnon tributis in prefatis possessionibus Peliske, Hene et Naghbak ...exigi consuetis...ex certa nostre maiestatis scientia et animo deliberato prelatorumque et baronum nostrorum ad id accedente consilio prematuro, prefato Nicolao Ewrdug et per eum suis heredibus et posteritatibus universis...donavimus..., ymo...conferimus iure perpetuo...possidendas...salvo iure alieno...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Sigismundus rex Hungariae 1430. aug. 23. Arch. Nat. Hung. Dl. 43.850. (Arch. Mus. Nat. famil. Illésházy.) - ED.: Zala m. II. p. 464-467.

965 Buda, 1430. febr. 22.

(Bude, II. termini/f. III. a. Kath. Petri) Nos comes Mathius de Paloch, iudex curie...m. comm., quod cum iuxta nostram iudiciariam commissionem Johannes dictus Mykacha de Rede contra Stephanum filium Georgii de Daroch et Ladislaum de Vech super eo, ut ipse, in anno, cuius iam tertia intrasset revolutio[1]; dum idem Stephanus...et Barnabas de Vech, frater dicti Ladislai in comitatu Heuesuyuariensi exactor lucri camere... fuisset, et ipso eotunc iudice nobilium existente, certas pecunias dicti lucri camere..., quindecim scil. portarum, sibi ipsi non usurpavit..., neque per hoc eisdem Stephano... et Barnabe...centum fl. novorum dampna intulerit, f. teria...a. f. Kathedre b. Petri[2]... in capella beati Georgii mart. hic Bude fundata, coram homine nostro...sacramentum prestare debuisset; tandem quia ex certa relatione...hominis nostri prefatum Johannem Mikocha prescriptum suum iuramentum...termino et loco prescriptis...deposuisse agnovimus, ideo nos (eundem) Johannem... (tam) super prescripta sua sacramentali depositione, quam actione et aquisitione dictorum Stephani et Ladislai prenotata reddidimus...expeditum...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. virid. col. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 26.597.

[1] 1428.

[2] Febr. 21.

966 1430. febr. 27.

Iudex, iurati ceterique cives Pestienses civitatis Posoniensis magistratum requirunt, ut ex parte quorundam suorum concivium dominae relictae condam Benedicti Saffar concivissae ipsorum in facto certorum debitorum plenariam satisfactionem impendere dignentur.

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. rubri minoris (30 mm), quo erat clausa. Arch. Civit. Poson. (Bratislava.) Chart. nr. 3465. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - REG.: Inventár, nr. 1111.

Sincere dilectionis et amicitie omnium bonorum incrementum ! Providi ac honesti viri, amici nostri carissimi ! Refert nobis provida domina relicta condam Benedicti Saffar pie memorie, nostra concivissa, quomodo quidam forent ex vestris concivibus, qui sibi et eidem Benedicto Saffar, suo domino ac marito carissimo, ipso adhuc vivente, in certis debitis debituri remansissent, de quibus iuxta continuas eorum requisitiones iidem vestri

concives nundum[a] impendissent satisfactionem. Et quia iam ad presens idem honesta domina relicta condam Benedicti Saffar unum certum hominem suum ac specialem in factis debitorum huiusmodi ad vestras amicitias illac transmittit dirigendum, preterea ipsas vestras honestates ac amicitias obnixe flagitamus in presentibus, quatenus super et de premissis debitis huiusmodi ex parte prefatorum concivium vestrorum, quos lator presentium nominatim indicaverit seu demonstraverit, plenariam et effectivam satisfactionem impendere et exhibere ac per predictum hominem eiusdem provide domine relicte, ut premittitur, condam Benedicti Saffar, olym nostri concivis, latorem utputa presentium, ipsi domine antedicte infra transmittere dignemini destinandum. Quod si vestra fecerit amicitia, bene quidem, alioquin nos prescriptam dominam nostram concivissam dampnum in hac parte minime pati permittimus aliquale, de quo tandem nobis nullatenus valebitis imputare. Datum feria secunda proxima post dominicam Esto michi, anno domini millesimo CCCC^{mo} tricesimo.

Iudex, iurati ceterique cives Pestienses,
amici vestri in omnibus sincere carissimi.

In dorso: Providis ac honestis viris:iudici, iuratis, ceterisque civibus seu hospitibus Posoniensibus, amicis nostris sincere dilectis atque eorum vices(gerentibus) detur.

[a] recte: nondum

967 Buda, 1430. mart. 5.

(Bude, in Invocavit.) Nos comes Mathius de Palocz iudex curie... Sigismundi... Hungarie... regis... m. comm., quod... Nicolaus ep. ecclesie Waciensis comesque capelle regie maiestatis et Ladislaus filius Stephani de Alcheb... sunt confessi..., quod quia circumspectus vir:Petrus Ryhel de Mohalfalwa, alias urburarum regalium comes de mille et quadringentis fl. puri auri, pro quibus possessiones Wereseghaz et Zada... in comitatu Pesthiensi habite a regia maiestate apud manus ipsorum... hactenus pignoris titulo tente fuissent..., quingentos fl.... puri auri... domino episcopo et Ladislao in redemptionem dictarum possessionum plenarie persolvisset, ideo ipsi eundem Petrum... super solutione predictorum quingentorum fl. auri hac vice dumtaxat... expeditum... commisissent, ymmo reddiderunt... coram nobis...

ORIG.:Non extat. - TRANSCR.: Stephanus de Bathor iudex curiae regiae 1486. nov. 26. Arch. Nat. Hung. Dl. 11.859. (Sign. ant.:N. R. A. Fasc. 215. No. 38.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 158., nr. 630.

968 Tata, 1430. maj. 23.

(In Thata, F. III. a. Urbani.) Sigismundus... Romanorum... ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc(etera) rex... Capitulo ecclesie Vaciensis... Dicitur nobis in personis religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. Marie virg. Veterisbudensis, quod quedam possessio ipsarum Kande vocata, in comit. Pilisiensi (habita)... reambulatione... indigeret; super quo fidelitati vestre... mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem..., quo presente Fabianus de Kouachy, vel Petrus filius Blasii, aut Johannes filius Petri, seu Blasius...[1], seu Johannes filius Thome, sive Blasius dictus Dobos de Felkezy, neve Johannes filius Chyko de Pomaz, ceu Marcus de Jenew, neve Johannes filius Egidi de Gerse, aliis absentibus homo noster ad faciem prescripte possessionis... vicinis et commetaneis... inibi presentibus accedendo reambulet eandem... separatamque relinquat memoratis dominabus... perpetuo possidendam...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. maioris simplicis, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 12.253. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 24., No. 11.)

[1] Unum vocabulum illegibile.

969 Tata, 1430. maj. 27.

(In Tatha, sab. p. Asc.) Sigismundus... Hungarie... rex... m. comm., quod nos pro... fidelibus servitiorum meritis Gregorii et Bartholomei filiorum Georgii dicti Vras in possessione nostra Harazth vocata residentium... maiestati nostre... exhibitis... totum et omne ius nostrum regium, quod in... predio eorum... Soroksar appellato, nunc, ut dicitur, deserto et habitatoribus destituto, in comitatu Pestiensi existenti, in cuius pacifico dominio ipsi Gregorius et Bartholomeus progenitores eorum perstitisse seipsosque existere asserunt etiam de presenti, quoquomodo haberamus, simulcum universis suis utilitatibus et pertinentiis... ad huiusmodi ius nostrum regium de iure spectantibus, sub suis veris metis et antiquis limitibus, quibus idem hactenus... tentum fuit..., prefatis Gregorio et Bartholomeo ac ipsorum heredibus... donamus... iure perpetuo et irrevocabiliter possidendum... salvo iure alieno...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Sigismundus rex Hung. 1436. febr. 25. Arch. Nat. Hung. Dl. 59.190. (Arch. famil. Forgách.)

970 Tata, 1430. jun. 2.

(In Tata, f. VI. a. penthec.) Sigismundus... Hungarie... rex capitulo ecclesie Albensis ... Cum nos... pro... fidelium servitiorum... meritis egregii Nicolai Wrdwg filii Stephani similiter Wrdug de Prodauiz per ipsum... maiestati nostre... exhibitis... castrum nostrum Pyliske... in comitatu Zaladiensi situatum, quod olim predecessorum eiusdem Nicolai Wrdwg prefuerat, sed propter quasdam causas... ad manus nostre devenerat maiestatis, quodque tandem... condam Noffrio Bardi de Florentia ac filiis suis in perpetuum duxeramus conferendum, nunc autem de manibus ipsorum filiorum Noffry per modum certe concambialis permutationis, vidl. pro castro nostro Baymocz eliberantes et ad nostras manus accipientes simulcum possessionibus, oppidis..., villis... et quibuslibet pertinentiis... ad huiusmodi castrum Pyliske... spectantibus[1]... prefato Nicolao Wrdwg et per eum suis heredibus et posteritatibus... vigore aliarum litterarum nostrarum donationalium exinde confectarum[1] in perpetuum duxerimus conferendum... ideo fidelitati vestre... mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Stephanus filius Bothka... aliis absentibus homo noster ad facies prescripti castri Pyliske... accedendo... vicinis et commetaneis suis ... presentibus introducat prefatum Nicolaum Wrdwg in dominium eiusdem..., statuatque idem... eidem perpetuo possidendum, si non fuerit contradictum; contradictores vero, si qui fuerint, evocet ipsos... contra annotatum Nicolaum Wrdwg nostram in presentiam... rationem contradictionis eorum reddituros...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. ecclesiae Albensis 1430. jul. 26. > Sigismundus rex Hungariae 1430. aug. 23. Arch. Nat. Hung. Dl. 43.850. (Sign. ant.: Arch. Mus. Nat. famil. Illésházy. Lad. 23. Capsa C. Fasc. 33. N. 472.)

[1] Vide in litteris Sigismundi regis Hungariae 1430. febr. 14. emanatis. (Nr. 964.)

971 Buda, 1430. jun. 6.

(Bude, XXXVII. die oct. Georgii.) Nos comes Mathius de Paloch iudex curie... Sigismundi... regis... Hungarie... d. pro m., quod causam, quam Iacobus litteratus civis civitatis Veterisbudensis, pro quo Petrus de Garanch... astitit contra Iohannem filium Andree litterati de Kapy ac dominam matrem eiusdem, pro quibus Leustachius de Tomor... comparuit iuxta continentiam litterarum nostrarum evocatoriarum et... capituli ecclesie Budensis rescriptionalium super factis in eisdem contentis in octavis b. Georgii martiris[1] movere habebant coram nobis, de partium procuratorum voluntate ad octavas b. Michaelis archangeli[2]... duximus prorogandam...

In dorso: Pro Iohanne filio Andree de Kapy et domina matre eiusdem contra Iacobum litteratum, civem civitatis Veterisbudensis ad octavas festi b. Michaelis archangeli prorogatorialis.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. minoris, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 64.273. (Arch. Mus. Nat. famil. Kapy.).

[1] 1430. maj. 1.

[2] 1430. oct. 6.

972 Buda, 1430. jun. 7.

(Bude, XXXVIII. die oct. Georgii.) Nos comes Mathyus de Paluch iudex curie... Sigismundi... regis... Hungarie... d. pro m., quod Leustachius de Thomor pro Iohanne filio Andree litterati de Kapi ac domina matre eiusdem... contra Iacobum litteratum civem civitatis Veterisbudensis ab octavis festi b. Georgii[1]... triginta septem diebus... astitit in termino coram nobis, qui iuxta continentiam litterarum nostrarum prorogatoriarum super factis in litteris nostris evocatoriis et capituli ecclesie Budensis rescriptionalibus contentis actor exinde nostram in presentiam non venit, neque misit, unde ipsum in iudicio regali commisimus convictum, si se... non poterit excusare...

In dorso: Pro Iohanne filio Andree litterati de Kapy et domina matre eiusdem contra Iacobum litteratum civem civitatis Veterisbudensis iudicialis.

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. minoris, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 64.274. (Sign. ant.: Famil. Kapy. K. Fasc. III, No. 55.)

[1] 1430. maj. 1.

973 Bude, 1430. jun. 25.

(III. d. vig. nat. Joh. bapt.) Nos comes Matthius de Paloch iudex curie... Sigismundi regis... Romanorum, ... Hung., Bohemie, Dal., Croat. et(ceter)a regis damus pro mem.: Quod cum... Johannes de Thayna contra Petrum dictum Keselew de Kyskyveth super eo, quod ipse unam sellam unum fl. valentem memorato Petro sub spe restitutionis dederit..., eandemque... ipse Petrus sibi non restituerit, in vig. f. nat. b. Joh. babt.[1] in capella s. Georgii mart. hic Bude fundata coram homine nostro... sacramentum prestare debuisset. Tandem, quia ex relatione... hominis nostri... memoratum Johannem... suum iuramentum... rite... deposuisse... agnovimus, pro eo commisimus..., ut prescriptus Petrus dictum unum fl. auri memorato Johanni in oct. f. b. Jacobi ap.[2]... coram nobis persolvere teneatur...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. minoris tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 59.150. (Sign. ant.: Arch. famil. Forgach, nr. 816.)

[1] 1430. jun. 23.

[2] 1430. aug. 1.

974 Roma, 1430. jul. 4.

(Rome, ap. S. Apostolos, IV. Non. Jul., a. XIII.) Martinus... (papa V.)... preposito eccl. s. Petri Veteris Budensis Vespr. dioc. ... Volentes... Johannem Vruest rectorem paroch. eccl. s. Michaelis Vaciensis... apud nos... commendatum... favore prosequi gratioso..., discretioni tue... mandamus, quatenus ... ei de uno Strigoniensis et alio Waradiensis ecclesiarum... canonicatibus... provideas...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Liber 298., fol. 25. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. 10.656., I. p. 3398-3405. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. I., p. 258., nr. 1414.

975 Buda, (1430.) jul. 6.[1]

(Bude, VIII. die Petri et Pauli.) Venerabilis domine crucifer ! Litteras Donyni super restitutione castri Bene et aliarum tenutarum reginalium et signum dandum castellano invenietis aput Iohannem de Septemtilys etc(etera). Item imposui ad Teten C. l. fl. $\frac{c2}{p}$[2] et ad Kelenfewld $\frac{c}{p}$ fl. l.[3], quos commisi ad manus vestras assignari, ut cum eisdem vina sursum ducantur; attamen scitote, quod domine nostre regine scripsi super eodem facto, ideo differatis, donec habuerimus responsum a sua serenitate, si cum pecuniis predictis commiserit ipsa vina sursum duci, aut propria vectura sua adducere velit...

Iohannes prepositus et cancellarius
domine regine.

In dorso: Venerabili domino meo Ladislao de Chethnek, gubernatori Criciferatus etc(etera).

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. annulei viridis, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 290.

[1] Annus, qui in pallio probabiliter pro 1430-mo sumitur, deest in documento.
[2] = centum quinquaginta florenos per centum
[3] = per centum florenos quinquaginta

976 Pozsony, 1430. aug. 9.

(Posony, f. IV. a. Laurentii.) Sigismundus... Hungarie... rex... capitulo ecclesie Veterisbudensis... Dicitur nobis in personis Petri Ryhel de Machalfalua et domine Katherina[a] consortis sue, quomodo... possessiones ipsorum Wereseghaz et Zada vocate, in comitatu Pestiensi habite, ipsos omnis iuris tramite concernentes... reambulatione et metarum erectione... indigerent; super quo fidelitati vestre... mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Blasius de Wan, vel Thomas de eadem, sin Ladislaus filius Lorandi de Palatha, seu Nicolaus de Alagh, sive Iohannes filius Iacobi de Harasth, neve Ladislaus de eadem, aliis absentibus homo noster ad facies prescriptarum (possessionum) Wereseghaz et Zada... vicinis et commetaneis earundem... inibi... convocatis et presentibus accedendo reambulet easdem per suas veras metas et antiquas, novas iuxta veteres in locis necessariis erigendo, reambulatasque et ab aliorum iuribus possessionariis metaliter separatas... relinquat prefatis Petro Ryhel et domine Katherine consorti eiusdem iure ipsis incumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatos Petrum Ryhel et dominam suam consortem nostram in presentiam... rationem contradictionis eorum reddituros...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. ecclesiae Budensis 1430. sept. 26. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 298. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 571. No. 40.)

[a] recte: Katherine

977 1430. sept. 26.

(XVI. die ferie II. p. nat. virg.)... domino Sigismundo... Hungarie... regi... Capitulum ecclesie Veterisbudensis... Nos litteras vestras reambulatorias... recepimus in hec verba: (Vide 976, nr. Sigismundus rex Hungariae 1430. aug. 9.) Nos igitur mandatis vestre maiestatis... obedire cupientes... unacum... Ladislao filio Lorandi de Palatha... dominum Valentinum lectorem et canonicum ecclesie nostre... ad contenta... litterarum vestrarum... exequenda... pro testimonio duximus destinandum, qui... nobis... retulerunt, quod ipsi feria secunda... post festum nativitatis virginis gloriose[1]... ad faciem... possessionis Wereseghaz ...vicinis et commetaneis eiusdem... inibi... convocatis et presentibus accedendo metas

eiusdem a partibus Daman et Bessenew... possessionum hoc modo reambulassent:Quod primo incepissent a plaga orientali a fluvio Sarfew vocato in loco Rew appellato ex opposito cuiusdam magni fossati wlgo Kechkezwrdwk vocati habito, qui scil. locus terminus angularis inter possessiones Wereseghaz ab una, Sydow a secunda et Daman a tertia partibus esset deputatus, in cuius scil. loci exitu de ipso fluvio penes viam signum metale fecissent. Abhinc ad partem sinistram versus plagam meridionalem modicum girando in monticulo ibidem adiacenti signum metale de terra fecissent et ab eodem monticulo versus eandem plagam meridionalem paulisper procedendo et ad silvam intrando in quadam via graminosa silva in eadem ad modum semite habita ascendissent et in vertice montis in eadem silva unam magnam metam terream optime apparentem reperissent, penes quam a parte septemtrionis signum metale de terra presignassent. Deinde ad eandem plagam eundo in modica distantia silva in eadem venissent ad quandam magnam antiquam arborem iliceam, in cuius circuitu quendam tumorem terre ad modum mete habitum conspexissent, penes quem signum metale de terra prefecissent. Abinde adhuc ad eandem plagam meridionalem per silvas procedendo venissent ad quandam vallem Herench vocatam, relictis metis dicte possessionis Daman metas possessionis Bessenew valle in eadem attigendo, in cuius scil. vallis profunda medietate signum metale de terra cumulassent. Sed cum iidem vester et noster homines locis in prescriptis metas erigere et sub inclusionibus earundem eandem possessionem prenominatis Petro Ryher et domine consorti sue relinquere voluissent, tunc Ladislaus filius Nicolai de Daman inibi personaliter adherendo ipsis vestro et nostro hominibus contradictionis velamine obviasset. Demum ab ipsa valle ad partem australem inter dictam peridionalem et occidentalem plagas adiacentem in silvis montes ascendendo in bono spacio pervenissent ad montem aliis montibus eminentiorem wlgo Hewhalm vocatum, supra vallem Babd habitum, in cuius cacumine signum metale de terra ordinassent. Preterea monte in eodem versus plagam aquilonalem ad alium montem decliviorem wlgo Beerch vocatum descendissent et in eodem Beerch plagam aquilonalem ad eandem in rubetis et silvis longe eundo in duobus locis eminentioribus signa metalia de terra facientes pervenissent ad quandam viam graminosam wlgo Hangaswth vocatam de ipsa valle Babd ad ipsum Beerch asscendentem, penes quam scil. viam signum metale fecissent et ibi relictis metis possessionis Bessenew metas possessionis Zada predicte attigissent. Sed cum iidem vester et noster homines eandem possessionem Wereseghaz ab aliorum iuribus possessionariis metaliter distinguere et eisdem Petro Ryher et domine consorti sue iure ipsis incumbenti relinquere voluissent, tunc Michael Magnus familiaris seu officialis Mathie filii Nicolai de Hathwan inibi adherendo in persona ipsius Mathie domini sui a prescripta valle Herench usque ad dictum montem Hewhalm et deinde usque ad dictam viam Hangaswth ipsis vestro et nostro hominibus contradictor apparuisset. Demum vero metas dicte possessionis Zada hoc ordine reambulassent, quod primo incepissent a prescripta via graminosa Hangaswth vocata et abhinc monte et via de eisdem directe ad partem occidentalem ad dictam vallem Babd vocatam recto tramite descendendo et in subpede alterius montis a plaga occidentali habiti ad unam antiquam arborem pervenissent illiceam, prope quam unum tumorem terre ad modum bene apparentis mete conspexissent, penes quem signum metale de terra presignassent. Deinde versus eandem plagam occidentalem montem predictum in silvam valde obscuram ascendendo in cacumine seu planitie ipsius montis silva in eadem signum metale de terra cumulassent. Demum ad eandem plagam monte in eodem procedendo in altero descensu ipsius montis iuxta quasdam duas arbores tyly unam metam terream antiquam bene apparentem vidissent, penes quam signum metale de terra agregassent. Abhinc ad eandem plagam occidentalem de clivio montis de eodem descensu descendissent et per terras arabile satis in bono spacio procedendo venissent ad decursum cuiusdam rivuli seu loci paludinosi wlgo passagh vocati, iuxta quem scil. rywlum unam maximam antiquam metam reperissent, penes quam signum metale de terra posuissent. Abinde ipsum rywulum persaltando et ad eandem plagam occidentalem longe progrediendo venissent ad unum monticulum pre aliis monticulis apparentem in fine silve iunipery ibidem existentis habitum, in cuius monticuli planitie unum locum concavum et exfossatum ad modum amplitudinis seu latitudinis prescripte precedentis maxime mete conspexissent, ubi Dyonisius familiaris seu procurator dictorum Petri Ryher et domine consortis sue in personis eorundem dudum similiter magnam metam ad modum prescripte precedentis maxime mete prefuisse, sed per populos de possessione Gedelew ex mandato condam Petri Poharus dicti domini scil. ipsorum potentialiter destructa et abolita fuisse et esse asseruissent, penes quem scil. locum a parte aquilonis signum metale de terra preordinassent. Preterea similiter ad eandem plagam occidentalem

directe procedendo in competenti spacio venissent ad alium monticulum aliis monticulis ibidem habitis apparentiorem wlgo Kwkulleto vocatum, in cuius vertice modo premisso unum concavum exfossatum locum ad instar latitudinis prelibate maxime mete esse et existere vidissent, ubi idem procurator ipsorum Petri Ryhel modo premisso allegasset, quod prenominati populi tempore dicti condam Petri Poharus disipassent, ubi similiter signum metale de terra cumulassent. Postmodum ad eandem plagam directe tendendo in bono spacio venissent ad caput unius parve vallis, in quo capite iuxta quasdam arbores quidam fons aque Nyarkwth vocatus extitisset, ubi signum metale de terra presignassent. Dehinc adhuc ad eandem plagam inter terras arabiles per unum terminum wlgo mesde alio nomine mege vocatum similiter ad bonum spacium progrediendo pervenissent ad aliam longam vallem, iuxta quam ex alia parte non remote duas metas terreas antiquas bene apparentes reperissent, penes quas similiter signum metale prefecissent. Abinde paulisper ad plagam meridionalem versus partem sinistram sursum ad montem girando in parvo spacio in ascensu unam metam terream bene apparentem invenissent, iuxta quam signum metale de terra construxissent. Demum ad eandem plagam montem similiter ascendendo per longitudinem ipsius montis wlgo Beerch vocatam remote peragrando iuxta rubeta penes unam viam graminosam unam metam terream antiquam bene apparentem reperissent, penes quam etiam signum metale de terra ordinassent. Preterea continue ad eandem plagam meridionalem longe procedendo pervenissent ad montem Gardon vocatum, in cuius subpede penes unam viam graminosam signum metale de terra erexissent. Tandem ipsum montem Gardon vocatum a parte sinistra circumeundo et ad dextram partem omnino relinquendo pertransito quodam antiquo longo fossato reperissent quedam alia antiqua fossata wlpium, que scil. fossata prefatus Dyonisius procurator dictorum Petri Ryhel et domine consortis eiusdem tam antiquitus, quam nunc inter Zada et Gedelew predictas, necnon Zenthiakab vocatas possessiones pro meta seu termino angulari a sese distinguentes fuisse et esse asseruisset. Penes que scil. fossata signum metale de terra cumulassent, ibique relictis metis... possessionis Gedelew predicte, metis possessionis Zenthiakab prenotate aplicuissent, ubi Ladislaus villicus in prescripta possessione Gedelew vocata constitutus in persona... domine Barbare regine, consortis scil. vestre maiestatis adherendo, cum iidem vester et noster homines eandem possessionem Zada ab aliorum iuribus possessionariis a parte dicte possessionis Gedelew metaliter sequestrare et eisdem Petro Ryhel et domine consorti eiusdem iure ipsis incumbenti relinquere voluissent a prescripta via graminosa Hagaswth vocata, unde premissam reambulationem incepissent usque ad prescripta fossata wlpium ipsis vestro et nostro hominibus contradictionis velamine obviasset Ladislaus villicus prenotatus. Postmodum ab illis fossatis semper gressu sinuoso concavatim ipsum montem Gardon circumeundo et modo premisso ad partem dextram relinquendo venissent ad caput unius maxime profonde et longe vallis habentis in se fontem aque non remote ab alia valle et fonte Pispukkutha vocate habitam et in portu capitis ipsius vallis a parte dextra signum metale de terra cumulassent. Deinde per cursum ipsius vallis versus plagam aquilonalem descendendo et ipsam possessionem Zenthiakab ad partem sinistram relinquendo in magna distantia pervenissent ad publicam viam de dicta possessione Zada versus Budam tendentem, penes quam scil. viam signum metale a parte dextra faciendo ipsam vallem in sua longitudine inter ipsas duas possessiones Zada et Zenthiakab vocatas pro termino metali relinquissent[a], vice iterata metas prescripte possessionis Wereseghaz et predii Iwach vocati ad eandem possessionem Wereseghaz pertinentis attigendo. Demum per eandem viam versus plagam occidentalem ad longitudinem unius iugeris terre peragrando venissent ad unum monticulum wlgo Dobogohalm vocatum, in quo quidem monticulo a parte dextra unum tumorem terre ad modum mete conspexissent, ubi signum metale de terra pro distinctione inter Wereseghaz simul et Iwach predium ac Zenthiakab vocatas possessiones collocassent et sic metas dicte possessionis Zada a partibus dictarum possessionum Gwdwlew et Zenthiakab vocatarum in reambulando inibi terminassent. Quia autem ipse ambe possessiones Wereseghaz vidl. et Zada simulcum dicto predio Iwach prefatorum Petri et domine consortis sue haberentur inter easdem, uti iidem vester et noster homines asseruerunt, metarum reambulationem et consignationem facere obmittendo ulteriores metas eiusdem possessionis Wereseghaz et predii Iwach simul hoc modo continuassent, quod prescriptam viam publicam de dicta possessione Zada versus Budam tendentem ad dictam plagam occidentalem longe eundo pervenissent... ad unum longum pratum paludinosum et ipso prato pertransito per ipsam viam ad eandem plagam similiter longe perrexissent incidendo ad aliud longum pratum precedenti prato in longitudine consimile, penes quod scil. pratum a parte dextra prope

ipsam viam signum metale de terra presignassent. Tandem penes ipsum pratum versus plagam aquilonalem concavatim gressu sinuoso ad bonum spacium pergendo iuxta giros terrarum arabilium in fine cuiusdam piscine arondinose Labasto vocate ex opposito quarundam arborum salicum habite signum metale de terra prefecissent. Demum per longitudinem ipsius piscine usque ad alium finem eiusdem a parte dextra perrexissent, ubi signum metale de terra fecissent. Abhinc ad eandem plagam properando pervenissent ad aliam rotundam piscinam Kerektho vocatam, in cuius latere a parte occidentali signum metale de terra cumulassent. Abinde ad eandem plagam eundo in competenti spacio attigisent quasdam arbores wlmi wlgo zylos vocati, penes quas signum metale prefixissent. Deinde plagam ad eandem ulterius proficiscendo similiter in competenti distantia pervenissent ad unum monticulum, in cuius vertice unum magnum album lapidem pro antiqua meta positum reperissent, ubi modo simili signum metale de terra cumulassent. Tandem adhuc ad eandem plagam aquilonalem versus montes in tenutis possessionis Chamad adiacentes procedendo et unam viam publicam de possessione Zenthmyklos ad possessionem Monyorod tendentem persaltantes in modica distantia attigissent metas dicte possessionis Chamad in monticulo uno, in quo scil. monticulo quedam antiqua fossata vinearum haberentur, in cuius latere signum metale de terra aggregassent. Et cum iidem vester et noster homines dictas possessiones Wereseghaz et Zada vocatas simulcum dicto predio Iwach et aliis pertinentiis earundem ab aliorum iuribus possessionariis a parte dicte possessionis Zenthiakab metaliter distinguere et prenominatis Petro Ryhil et domine consorti eiusdem iure ipsis incumbenti relinquere voluissent, tunc... Ladislaus can. ecclesie Wachiensis inibi comparendo in persona... domini Iohannis cardinalis, gubernatoris scil. episcopatus... ecclesie Wachiensis a prescripto loco seu termino fossatorum wlpium incipiens in omnibus locis signorum prescriptorum usque ad ultimum locum in latere dicti monticuli habitum ipsis vestro et nostro hominibus contradictionis velamine obviasset. Postmodum ad plagam septemtrionalem declinando in bono spacio penes viam publicam de possessione Zenthmyklos predicta versus Budam tendentem iuxta rubeta virgultorum in monticulo aparentiorum signum metale de terra fecissent. Preterea per eandem viam ulterius pergendo in competenti distantia pervenissent ad finem unius longi fossati penes ipsam viam a parte dextra adiacentis, ubi signum metale de terra cumulassent. Deinde per ipsum fossatum longe proficiscendo in alio fine eiusdem fossati similiter signum metale de terra locassent. Deinde ad plagam orientalem versus possessionem Zenthmyklos predictam vergendo et quandam viam ad dictam Wereseghaz tendentem persaltando in magna distantia pervenissent ad tres metas terreas antiquas et bene apparentes prescriptas tres possessiones Wereseghaz, Chamad et Zenthmyklos vocatas ab invicem angulariter distinguentes, quas quia in loco debito et communi dudum locatas fore considerassent, ob hoc easdem intacte stare permisissent. Dehinc ad eandem plagam orientalem in competenti spacio pertransita quadam parva valle in introitu eiusdem signum metale de terra prefixissent. Deinde plagam ad eandem longe proficiscendo in plano agri in duobus locis necessariis ordinatim duo signa metalia de terra facientes pervenissent ad fluvium de dicta Wereseghaz ad Zenthmyklos possessionem prescriptam currentem, ubi penes quandam obstructuram antiquam ipsius fluvii ex utraque parte signa metalia de terra cumulassent. Demum ad eandem plagam versus magnam silvam super ipsam possessionem Zenthmyklos adiacentem ascendentes in latere eiusdem silve signum metale de terra presignassent. Abinde semper ad eandem plagam orientalem versus montem Borostyanhege vocatum per terras planas, rubeta et silvas recto tramite usque ad publicam viam de possessione Wereseghaz predicta ad villam Bathyan tendentem in magna distantia peragrando in quinque locis necessariis et eminentioribus quinque signa metalia, sextum vero signum metale penes eandem viam ordinatim de terra cumulassent. Et cum iidem vestre maiestatis et noster homines a partibus... possessionum Chamad, Zenthmyklos et Bathyan... presentibus prescriptis viris et commetaneis... possessionem Wereseghaz ab aliorum iuribus possessionariis metaliter distinguere... et... Petro Ryhel ac nobili domine consorti eiusdem iure ipsis incumbenti perpetuo possidendam relinquere voluissent, tunc Paulus Magnus villicus in... possessione Zenthmyklos constitutus in personis magnifici domini Nicolai de Gara regni... Hungarie... palatini et Gregorius filius Blasii de Chamad, ac Andreas officialis magnifici Pauli bani de Thorna in persona... domini sui inibi adherentes prefatus Paulus Magnus villicus a prescripto monticulo, in quo prescripta antiqua fossata vinearum haberentur usque ad... viam de... Wereseghaz ad... possessionem Bathian tendentem, dictus etiam Andreas a secundo loco consignationis dictarum sex consignationum similiter usque ad... viam de... Wereseghaz ad... Bathian... tendentem in omnibus

locis signorum prescriptorum, sicuti alii prescripti contradictores... eisdem vestre maiestatis et nostro hominibus contradictores apparuissent, ob quas... contradictorias inhibitiones... homo vestre maiestatis... presente... nostro testimonio... Ladislaum filium Nicolai de Daman, Mathiam filium Nicolai de Naghathuan, ... dominam Barbaram reginam..., Iohannem cardinalem gubernatorem episcopatus... ecclesie Wachiensis, ... Nicolaum de Gara... palatinum, Gregorium filium Blasii de Chamad et Paulum banum de Thorna, quemlibet... eorum in locis prescriptorum signorum metalium, ubi... prohibitiones in personis eorum facte extitissent... separatim... contra annotatos Petrum Ryher et nobilem dominam Katherina vocatam, consortem eiusdem ad octavas festi beati Michaelis archangeli[2]... in vestre maiestatis presentiam evocassent rationem contradictionis eorum reddituros...

In dorso: Domino regi. Pro Petro Ryher de Machalfalua et nobili domina Katherina vocata consorte eiusdem contra Ladislaum filium Nicolai de Daman, Mathiam filium Nicolai de Naghathwon, ... dominam Barbaram... reginam..., Ioannem cardinalem, gubernatorem episcopatus ecclesie Wachiensis..., Nicolaum de Gara regni Hungarie palatinum, Gregorium filium Blasii de Chamad et Paulum banum de Thorna super quadam possessionaria reambulatione et metali consignatione modo infrascripto factis et ad octavas festi b. Michaelis archangeli[2] evocatorialis relatio.

ORIG.: Membr. cum vestigio sig., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 12.298. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 571. No. 40.) - ED.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 160-164. (Sine protocollo et eschatocollo.)

[1] 1430. sept. 11.
[2] 1430. oct. 6.
[a] recte: reliquissent

978 1430. sept. 27.

(In Cosme et Damiani.) Nos capitulum ecclesie Budensis m. comm. t. pr. signif. quibus exp. univ., quod provida domina Clara..., filia condam Pethermon, consors... Iacobi litterati civis civitatis Veterisbudensis reginalis, ac Iohannes filius eiusdem... in eorum, necnon prefati Iacobi litterati et Ladislai filii eiusdem personis (cum onere) confessi extiterunt, quod ipsi molendinum... in fine Calidarum aquarum prope balneum sanctimonialium de Insula leporum existens sew decurrens, in ipsos a prefato Pethermon patre eorum iure hereditario... devolutum tum pro eo, quia proprietas et perpetuitas eiusdem molendini, si ipsos in semine utriusque sexus deficere contingeret, iuxta testamentariam dispositionem antedicti Pethermon in claustrum b. virginis... devolvi... deberet..., tum etiam propter eorum nimias inopias et paupertates multiplices, signanter nuditates et esuries ipsos ad presens vehementer urgentes... antedicto claustro b. virginis de Veteribuda ac sanctimonialibus in eodem degentibus... pro octingentis fl. nove monete regalis (cum exp. caut.) vendidissent et ipsis adhuc superviventibus perpetuassent... omnem dominii proprietatem in ipsum claustrum et sanctimoniales transferendo...

ORIG.: Membr. cum plica et sig. de filo sericeo coerulei coloris pend. In dorso manu saec. XV-XVI. Littera hereditaria super molendinum Peterman in Calidis aquis superioribus adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 12.317. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 21. No. 25.)

979 1430. oct. 3.

(F. III. p. Michaelis.) Nos capit. ecclesie Budensis m. comm. t. pr. signif. quibus exp. univ., quod Iohannes filius condam Stephani filii Tylmani, civis civitatis Budensis... confessus extitit..., quomodo ipse unacum nobili viro Michaele dicto Nodlar de Regenzenthamas, pridem iudice... civitatis Budensis, in una linea generationis essent propagati, ac ab uno avo et prothavo duxissent originem, ideo ipse... universa iura sua in... possessione Regenzenthamas ac domibus, vineis, prediis, allodiis in quibusvis locis, civitatibus et

comitatibus intra ambitum regni habitis et existentibus ipsum quoquomodo tangentia, item generaliter res et bona sua mobilia et inmobilia ubilibet habita... prenotato Michaeli Nodlar ac per eum Michaeli, Iohanni filiis et Anne filie suis eorumque heredibus et posteritatibus universis cum omnibus eorundem utilitatibus et pertinentiis... in perpetuum... contulisset... et perpetuavit nostri in presentia...

ORIG.: Membr. cum plica et duabus incisuris pro filo sericeo vel cord. membr. sig. pend. iam deperditi. In dorso manu saec. XV-XVI. Donatio Iohannis Tilmany pro Michaeli[a] Nadler continentem (!) ad Regon Sent Thomasch adnot est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 320. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 604. No. 26.)

[a] recte: Michaele

980 1430. oct. 4.[1]

Magistratus civitatis Veterisbudensis providam dominam Claram, filiam Petermani olim eiusdem civitatis civis, consortem magistri Jacobi litterati, ac Johannem filium eiusdem quoddam molendinum ipsorum in fluvio Calidarum aquarum superiorum prope balneum sanctimonialium de Insula leporum a parte Danubii decurrens (cum onere) claustro b. Mariae virg. de Veteribuda pro octingentis fl. (cum exp. caut.) vendidisse testatur.

ORIG.: Membr. cum sig. de filo sericeo rubri et viridis col. pend. In dorso manu coaeva scripta Littera super molendinum Petermen in Calidis aquis superioribus adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 10.024. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 21. No. 19.) - REG.: Bártfai Szabó: Óbuda p. 135., nr. 147.

Nos Dominicus dictus de Thelky iudex civitatis Veterisbudensis, necnon Nicolaus Kyral vocatus, magister Martinus pellifex, Gregorius filius Iohannis ac Benedictus de Garanch iurati cives de eadem Veteribuda memorie commendantes tenore presentium significamus quibus expedit universis, quod provida domina Clara nuncupata, filia condam Petermani olim similiter concivis nostri, consors videlicet magistri Iacobi litterati, modo simili concivis nostri ac Iohannes filius eiusdem, in ipsorum et prefati magistri Iacobi litterati ac Ladislai filii eiusdem, pueri, quorum onera et gravamina super se assumpmentes si iidem in infrascriptis persistere nollent, ad nostram personaliter venientes presentiam sponte confessi extiterunt vive vocis[a] pariter et relatum in hunc modum: Quod ipsi quoddam molendinum ipsorum in fluvio calidarum aquarum superiorum prope balneum sanctimonialium de insula leporum, a parte Danoby existentem[b] seu decurrentem[c], quodque molendinum a prefato condam Petermano patre ipsius domine Clare et ab avo eiusdem Iohannis filii sui iure hereditario devolutum in eosdem, prenominato claustro beate Marie virginis de prefata Veteribuda ac religiosis dominabus sanctimonialibus in eodem deo famulantibus pro octingentis florenis nove monete regalis plene, ut dixerunt, ipsis persolutis et habitis vendidissent, tradidissent et perpetuassent, ymmo vendiderunt, tradiderunt atque perpetuarunt coram nobis eisdem iure perpetuo et irrevocabiliter possidendum, tenendum, pariter et habendum, nullum ius, nullamve dominii proprietatem in dicto molendino ipsis et eorum heredibus reservando, sed omne ius et omnem dominii proprietatem in dicto molendino ipsis et eorum heredibus reservando, sed omne ius et omnem dominii proprietatem in ipsum claustrum et sanctimoniales transferentes, universaque litteralia instrumenta eorum et alia qualiacunque sub quacunque forma verborum, que super ipso molendino hactenus habuissent et habere dinosscentur, vana, cassa viriusque caritura reliquissent et commisissent. Assumpmentes nichilominus obligandoque se prefati domina Clara et Iohannes filius suus in eorum ac prefatorum magistri Iacobi litterati et Ladislai personis antedictum claustrum et dominas sanctimoniales in pacifico dominio dicti molendini iuxta libertatem et consuetudinem prenominate civitatis contra quoslibet impetitores aut causidicos propriis ipsorum laboribus et expensis defendere et expedire. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes litteras nostras privilegiales pendentis sigilli nostri munimine robo-

ratas ad fassiones antedictorum domine Clare et Iohannis filii sui prefatis dominabus sanctimonialibus duximus concedendas. Datum in festo beati Francisci confessoris, anno domini millesimo quadringentesimo tredecimo.

[a] deest: oraculo
[b] recte: existens
[c] recte: decurrens

[1] Vocabulum hoc erronee pro tricesimo esse scriptum apparet ex litteris, in quibus eodem tempore de eisdem partibus et earum negotiis agitur. Vide nr. 978., 981. et 982. Lege et Kubinyi András: Budapest története. II. Budapest, (1973). p. 93., not. 58.

981 1430. oct. 8. vel 15.[1]

(Dom. [a. vel p.] Dionisii[1].) (Nos capitulum ecclesie Budensis) m. comm., quod Iohannes filius et provida domina Clara consors Iacobi [litterati civis civitatis Veteris] Budensis reginalis in eorum ac eiusdem Iacobi litterati et Ladislai filii eiusdem Iacobi personis (cum onere)... confessi extiterunt..., (quod) religiose domine sanctimoniales claustri b. virginis de dicta Veteribuda de octingentis fl. [nove monete reg]alis, quibus pretextu emptionis molendini eorum in fluvio Calidarum aquarum decurrentis obligabantur... omnimodam et plenissimam impendissent satisfactionem; econverso ipsi Iohannes et domina Clara easdem [religiosas dominas sanctimoniales]... super ipsis octingentis fl. reddidissent ... expeditas... [nostri] in presentia...

ORIG.: Chart. pap. in tertia sui (sinistra) parte manca cum fragm. sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 323. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 64. No. 30.)

[1] In formula dati sine praepositionibus ante vel post solum dominica proxima (...) festum beati Dyonisii vocabula leguntur, ideo duae dominicae (oct. 8. et 15.) pro dato sumi possunt.

982 Buda, 1430. oct. 9.

(Bude, in Dionisii.) Sigismundus... Hungarie... rex... capitulo ecclesie Budensis ... Dicitur nobis in personis religiosarum dominarum sanctimonialium ecclesie b. virg. de Veteribuda, quomodo ipse in dominium cuiusdam molendini in superioribus Calidis aquis, in fine eiusdem aque prope balneum religiosarum dominarum sanctimonialium de Insula leporum, quod condam Petermon civi civitatis Veterisbudensis prefuisset, quod a Iacobo litterato, cive dicte civitatis Veterisbudensis et domina consorte ac filio eiusdem pretio comparassent, ... vellent introire. Super quo fidelitati vestre... mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Iohannes Cyko de Pomaz, vel Stephanus magnus de Leanfalw, aut Paulus de Thah, sin Petrus filius Blasii, seu Blasius dictus Nemes de Felkezy, aliis absentibus homo noster ad faciem predicti molendini vicinis eiusdem inibi ... convocatis et presentibus accedendo introducat prefatas dominas in dominium eiusdem, statuatque idem eisdem iure ipsis incumbenti perpetuo possidendum, si non fuerit contradictum; contradictores vero, si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatas religiosas dominas nostram in presentiam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. ecclesiae Budensis 1430. oct. 30. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 325. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 21. No. 26.)

983 1430. oct. 22.

(Dom. a. Demetrii.) Nos Ladislaus prepositus et conventus ecclesie b. Marie virg. de Saagh m. comm., quod Martinus dictus de Kisthapolchan filius Petri filii Georgii, ac Clemens fil. Gregorii filii annotati Petri filii Georgii nostram in presentiam venientes,

in suis, Nicolai et Gregorii filiorum prefati Martini, preterea Emerici et Johannis fratrum annotati Clementis (nominibus) protestati extiterunt..., quomodo dominus... Sigismundus rex Benedictum filium antelati Petri filii Gregorii... in civitate Budensi decolare fecisset, universa etiam iura possessionaria eiusdem... Capitulo Nitriensi contulisset, quod quidem capitulum non solum iura prefati Benedicti, sed de portionibus eorum magnam partem pro se occupasset, cum tamen memorate iura... Benedicti, iure successorio, in eos devoluta haberentur. Facta itaque huiusmodi protestatione,... dominum... Sigismundum a donatione ...iurium possessionariorum dicti Benedicti..., dictum vero capitulum... ab occupatione... prohibuerunt coram nobis...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 328.

984 1430. oct. 30.

(XVI. die dom. p. Dionisii.) Nos capitulum ecclesie Budensis m. comm. t. pr. signif. quibus exp. univ., quod... litteras... domini Sigismundi... Hungarie... regis statutorias recepimus in hec verba: (Vide nr. 982. Sigismundus rex Hungariae 1430. oct. 9.) Nos... mandatis... domini nostri regis... obedire cupientes... unacum... Petro filio Blasii homine suo... dominum Valentinum lectorem et canonicum ecclesie nostre... ad... statutionem faciendam... pro testimonio... duximus destinandum, (qui) demum... ad nos reversi nobis... retulerunt, quod ipsi die dominica post... festum b. Dionisii martiris[1] ad faciem (cuiusdam) molendini (in superioribus Calidis aquis habiti) vicinis eiusdem illic... convocatis et presentibus accedendo... religiosas dominas (sanctimoniales claustri b. Marie virginis de Veteribuda) in dominium eiusdem introduxissent et ipsis... perpetuo possidendum statuissent nullo... contradictore apparente...

ORIG.: Membr. cum plica et sig. de filo sericeo rubri coloris pend. In dorso manu saec. XVI. Littera super statutione molendini Peterman in Calidis aquis superioribus adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 325. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 21. No. 26.)

[1] 1430. oct. 15.

985 Roma, 1431. jan. 8.

(Rome ap. s. Apostolos, VI. Id. Jan., a. XIV.) Martinus et(cetera) dilecto filio Georgio Zabo de Zenfalwa, domicello Waciensis dioc. et dilecte in Christo filie Barbare, eius uxori salutem et(cetera). Provenit et(cetera). Et insuper et(cetera). Porro et(cetera)... (De remissione plenaria.)

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Liber 301., fol. 219. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. nr. 10. 656., p. 3429. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. I. p. 260., nr. 1429.

986 Roma, 1431. jan. 16.

(Rome, ap. S. Apostolos, XVII. Kal. Febr., a. XIV.) Beatissime pater (scil. Martinus papa V.)... Cum de partibus Hungarie pro indulgentiis et absolutionibus... a penitentiariis V(estre) S(anctitatis) recipiendis ad hanc Urbem populi confluat multitudo, ita quod unus vel duo penitentiarii non sufficiunt... Pro parte nob. Emerici Gregorii de Cherdi, can. Quinqueeccl. capelle s. Ladislai regis in Buda mag. S. V. supplicatur, quatenus eum in minorem penitentiarium Romane curie in dicta basilica... facere... admitti et recipi faciat... non obstante, quod idem Emericus in aliqua iurium seu theologie magister aut licentiatus non existat...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Suppl. Datariae seu Lateranensia. Liber 265., fol. 279^{v}. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. 10.656., I. p. 3442-3443. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. I., p. 261., nr. 1440.

987 Buda, 1431. febr. 17.

(Bude, XXXVI. die oct. epiph.) Nos comes Mathyus de Paloch iudex curie domini Sigismundi... regis... Hungarie... d. p. m., quod causam, quam Iacobus litteratus civis civitatis Veterisbudensis contra Iohannem filium Andree litterati de Kapy ac dominam matrem eiusdem iuxta continentiam litterarum nostrarum prorogatoriarum super factis in litteris... capituli ecclesie Budensis rescriptionalibus contentis in octavis festi epiphaniarum domini[1] movere habebat coram nobis, ex commissione prelatorum et baronum regni ad octavas festi b. Georgii martiris[2]... duximus prorogandam...

In dorso: Pro Iohanne filio Andree litterati de Kapy et domina matre eiusdem contra Iacobum litteratum, civem civitatis Veterisbudensis ad octavas festi b. Georgii martiris. Prorogatorialis.

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 64.278. (Arch. Mus. Nat. famil. Kapy)

1 1431. jan. 13.
2 1431. maj. 1.

988 Buda, 1431. febr. 26.

(Bude, f. II. p. Mathie.) Sigismundus... Hungarie... rex... capitulo eccl. Budensi ... Dicit nobis Gregorius dictus Vras, nunc in Harazthy commorans, in sua, ac Bartholomei fratris sui carnalis personis, quomodo ipsi in dominium cuiusdam predii Soroksar nuncupati, habitatoribus destituti, in comitatu Pestiensi existentis, ipsos nove donationis nostre titulo concernentis legitime vellent introire. Super quo fidelitati vestre... mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem..., quo presente Stephanus de Tharcha, aut Marcus vel Gregorius...[a], neve Iohannes de Peczel... ad faciem dicti predii Soroksar... accedendo introducat prefatos Gregorium et Bartholomeum in dominium eiusdem, statuatque idem eisdem premisso nove nostre donationis titulo... perpetuo possidendum, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, evocet... contra annotatos Gregorium et Bartholomeum nostram in presentiam ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum reddituros...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. Budense 1431. mart. 29. > Sigismundus rex 1436. febr. 25. Arch. Nat. Hung. Dl. 59.190. (Arch. famil. Forgách.)

[a] Orig. hoc loco humore est corruptum, ideo duo vocabula sunt illegibilia.

989 1431. mart. 5.

Clara abbatissa caeteraeque sorores sanctimoniales claustri b. Mariae virginis de Veteribuda Petrum plebanum parochialis ecclesiae de Zond archiepiscopo Colocensi ad confirmandum praesentant.

ORIG.: Membr. sine sigillo. Arch. Nat. Hung. Dl. 12.363. (Sign. ant.: Clarissarum Budensium Fasc. 35. No. 7.)

Nos Clara sanctimonialis abbatissa cetereque sorores sanctimoniales claustri gloriosissime dei genitricis Marie de Veteribuda notum facimus quibus incumbit universis

per presentes, quod nos tum attentis et consideratis morum honestate, vite urbanitate, laudabilitate, conversatione litterali, sufficienti peritia, aliisque multimodis virtutibus discreti viri domini Petri, nati Andree de opido nostro Zond, quibus ipsum ab altissimo, videlicet omnium largitore, multorum proborum virorum veraci testimonio fore insignitum, tum etenim ad humillimam litteratoriam supplicationem universorum civium et hospitum nostrorum de dicto opido nostro Zond pro parte ipsius nobis porrectam, plebaniam parochialis ecclesie beate Marie virginis in ipsa Zond habite vice versa secondario per assecutionem discreti viri pie memorie domini Pauli ultimi eiusdem plebanie gubernatoris, nostrique[a] collationi et dispositioni de iure pertinentem auctoritate iuris nostri patronatus eidem Petro tanquam benemerito duximus providendam, ymmo damus et providimus presentium per vigorem, ac reverendissimo in Christo patri domino archiepiscopo Colocensi, vel eiusdem seu capitulo ecclesie Bachiensis predicte vicario in spiritualibus generali ipsum Petrum predictum plebanum nostrum ad eandem plebaniam auctoritate sua ordinaria ad confirmandum presentamus. Datum in claustro nostro predicto, feria seconda proxima post dominicam Oculi omnium, anno millesimo quadringentesimo tricesimo primo.

[a] recte: nostreque

990 Nürnberg, 1431. mart. 12.

(In civit. Newrumberga, in Gregorii.) Sigismundus... Romanorum... ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie etc(etera) rex... ad univ... not. h. s. volumus prvenire, quod... Johanni filio Ladislai dicti Kakas de Beren... arma seu nobilitatis insignia in presentium litterarum capite depicta... sibi... et per eum... Ladislao Kakas patri ac ... Stephano canonico eccl. Veterisbudensis et Blasio... fratribus eiusdem... carnalibus donat...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. de filo sericeo rubri col. pend. (Arch. famil. Berényi.) - ED.: Schönherr Gyula: A Berényi család cimereslevele 1431-ből. (Cum imagine arm.) Turul 7(1889) p. 86. - COMM.: Századok 8(1875) p. 703.; Bárczay Oszkár: A heraldika kézikönyve. Budapest, 1897. p. 144.

991 Buda, 1431. mart. 24.

(Bude, sab. a. Ramispalm.) Nos Sigismundus... Romanorum... ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc(etera) rex m. comm..., quod magister Johannes de Bad... in personis religiosarum dominarum sanctimonialium claustri. B. Marie virg. de Insula-leporum exhibuit nobis quasdam privilegiales litteras condam... domini Ladizlai regis Hungarie... super certa libertatis prerogativa pro parte earundem dominarum et populorum seu iobagionum ipsarum... a. d. M°CC°LXX°VIII° confectas[1]... petens nostram maiestatem ..., ut tenorem ipsarum... nostris patentibus litteris verbaliter inseri... faciendo eis dare dignaremur... Nos igitur petitioni... magistri Johannis (exauditis) ... tenorem prescriptarum litterarum... presentibus litteris nostris patentibus insertum eisdem dominabus sanctimonialibus... duximus concedendum...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. maioris simplicis tergo appressi. In dorso manibus posterioribus scriptae sequentes adnot. leguntur: a) Ut populi sororum non debeant iudicare; b) Kiral itelhesse tsak iobagytokat es...; c) Igen jo. Arch. Nat. Hung. Dl. 1013. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 58.)

[1] 1278. Vide: Gárdonyi: Budapest tört. eml. I. p. 171-172.

992 1431. mart. 29.

(XVI. die f. IV. a. Iudica.) Capitulum eccl. Budensis m. comm., quod nos litteras ... domini Sigismundi... Hungarie... regis... statutorias... recepimus in hec verba: (Vide nr. 988. Sigismundus rex Hung. 1431. febr. 26.) Nos... unacum... Iohanne de Peczel...

Benedictum chori eccl. nostre clericum ad ipsam statutionem faciendam... pro testimonio ...duximus destinandum, qui... nobis... retulerunt, quod ipsi feria quarta... ante dominicam Iudica... ad faciem... predii Soroksar... accedendo, memoratos Gregorium et Bartholomeum dictos Vras in dominium eiusdem introduxissent et idem eisdem... nove regie donationis titulo... perpetuo possidendum statuissent nullo... contradictore apparente...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Sigismundus rex Hung. 1436. febr. 25. Arch. Nat. Hung. Dl. 59. 190. (Arch. famil. Forgách.)

993 Buda, 1431. apr. 3.

(Bude, f. III. p. pasce.) Sigismundus... Hungarie... rex... capitulo ecclesie Budensis ...Dicit nobis Michael Nodlar alias iudex civitatis nostre Budensis, quomodo... possessio sua Regenzenthamas... in comitatu Albensi apud manus suas... habita... reambulatione... indigeret. Super quo fidelitati vestre... mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Ladislaus Lorandi, aut Oswaldus, vel Matheus filius Mathei de Barachka, aliis absentibus homo noster ad faciem... possessionis Regenzenthamas vicinis et commetaneis eiusdem... ibidem... convocatis et presentibus accendendo reambulet eandem per suas veras et antiquas metas novas iuxta veteres in locis necessariis erigendo, reambulatamque et ab aliarum possessionum iuribus metaliter distinctam relinquat prefato Michaeli Nodlar iure sibi incumbenti perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum; contradictores vero, si qui fuerint, evocet ipsos contra... Michaelem Nodlar nostram in presentiam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. ecclesiae Budensis 1431. maj. 16. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 366. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 461. No. 37.)

994 Roma, 1431. apr. 18.

(Rome ap. s. Petrum, XIV. Kal. Mai., a. I.) Supplicat (Eugenio pape IV.)... Thomas de Buda, licentiatus in decretis Vespr. dioc., quatenus sibi... de prepositura Jauriensis eccl.... cum canonicatu et prebenda, quorum fructus... sexaginta marcharum argenti... valorem annuum non excedunt..., dignetur... providere...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 268., fol. 97-97^{v}. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. 10. 656. II. p. 36-37. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. II. p. 43., nr. 25.

995 Roma, 1431. apr. 19.

(Rome ap. s. Petrum, XIII. Kal. Mai, a. I.) Beatissime pater ! (Eugenius papa IV.) Cum capitulum generale ord. s. Pauli primi heremite in proximo futuro festo penthecosten in regno Hungarie debeat celebrari; et cum fratres eiusdem ord.... per loca diversorum regnorum et regionum... adeo separati existant, ut... non alias, nisi semel in anno, vidl. in die penthecosten ad... monasterium principale pro celebrando eorum generali capitulo debeant convenire... et de statu ordinis tractare..., sed quia in huiusmodi capitulo... personaliter... interesse nequeunt; pro parte fratrum predictorum... supplicatur, quatenus eis, ut omnes... fratres dicti ord. in huiusmodi capitulo presentialiter existentes per eorum priorem generalem ac illum, vel illos, cui vel quibus prior conferat audiendi confessiones eorum in eodem capitulo, absentes vero et qui in claustris eorum remanserunt, per prelatos eorum de eodem capitulo redeuntes ex commissione dicti prioris generalis plenam absolutionem obtinere valeant... in... omnibus casibus etiam apostolice sedi reservatis ac peccatis eorum concedere dignemini. Si vero... orator vester fr. Johannes Andree de Buda, dicti ordinis professor S(anctitati) v(estre) per litteras... Romanorum regis... recommissus gratie et litterarum huiusmodi impetrator et portitor... quavis causa impeditus ad dictum

capitulum in festo predicto interesse non posset, tunc idem prior generalis in visitatione sua infra anni circulum facienda per se vel alium, seu alios, cui et quibus commiserit..., huiusmodi remissionem valeat indulgere; eidem quoque fratri Johanni, ut mundus et letus remittatur ad partes, ut confessor suus similem remissionem hic in curia et deinde, ut idem vel alius confessor, quotiens confiteri voluerit, ab omnibus peccatis suis eum absolvere valeat, concedere dignemini...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 268., fol. 248-248^{v}. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. nr. 10.656., II. p. 40-41. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. II. p.43-44., nr. 27.

996 1431. apr. 24.

(In Georgii.) Capitulum ecclesie Budensis... ad univ. not. h. s. volumus pervenire, quod... Benedicto preposito ecclesie Albensis... ac Demetrio filio Nicolai de Labdaswassan fratre patruele ipsius... prepositi, idem Demetrius Anthonii et Petri filiorum suorum, dictus vero... prepositus Iacobi Sas de Tabayd sororis sue onera... super se assumpmendo ab una, parte vero ex altera nobili viro Michaele dicto Nodlar de Zenththamas coram nobis... constitutis per eosdem confessum extitit..., quod licet inter ipsos dictosque Anthonium et Petrum ac Iacobum Sas in facto rectificationis metarum... possessionum Labdaswassan et Zenththamas a sese fieri debendarum litis materia exorta fuisset, tamen ipsi... ordinativa compositione proborum et nobilium virorum... easdem possessiones a sese taliter... metarum cursibus separassent: Quod primo incepissent in quodam monticulo Halom vocato possessiones Labdaswassan... et Kerestwr domini regis a sese distinguente, quem pro meta reliquissent, abhinc directe transeundo versus Danobium usque viam Baronyaynogwt dictam antiquiorem ex parte dicte possessionis Zenththamas adiacentem, ubi duas metas terreas bene apparentes iamfatis possessionibus Labdaswassan et Zenththamas distinguentes elevassent, dehinc in eadem via antiqua ad partem occidentalem flectente et per competens spatium transeundo duas metas terreas cumulassent, abhinc plagam ad eandem directe procedendo in descensu vallis duas metas terreas dictis possessionibus separantes erexis-erexissent, dehinc plagam ad prescriptam ad ipsam vallem descensive per bonum spatium eundo duas metas terreas denuo erexissent, deinde similiter ad ipsam plagam descensive ad prescriptam vallem per competens spatium transeundo valle in eadem duas metas terreas cumulassent; post hec in dicta valle ad prescriptam plagam recto intuitu per bonum spatium duas vias de dicta possessione Zenththamas egredientes saliendo consimiliter duas metas terreas erexissent; abinde ad ipsam plagam occidentalem in dicta valle pergendo consimiliter duas metas elevassent, dehinc in ipsa valle ad ipsam plagam occidentalem directe per modicum spatium eundo inter terras arabiles duas metas terreas cumulassent, inde in eadem valle ad ipsam plagam parvum pergendo similiter duas metas terreas cumulassent, postremo in ipsa valle per parvum spatium quasi ad iactum unius sagite plagam ad prescriptam eundo venissent ad unam metam lapideam in aliis litteris eorum metalibus denotatam subtus montem in latere ipsius montis existentem, quam similiter pro meta iamfatis possessionibus separante reliquissent et ibi terminassent. In cuius rei evidentiam presentes litteras nostras privilegiales... ad fassionem... Benedicti prepositi et Michaelis Nodlar duximus concedendas...

ORIG.: A) Membr. in superiore margine litteris ABC intercisa, cum sig. de filo sericeo rubri et viridis coloris pend. In dorso manu saec. XV-XVI. Reambulatio terre Regen Senth Tomas prepositi Albensis adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 377. (Sign. Ant.: N. R. A. Fasc. 324. No. 32.); B) Membr. in superiore et inferiore margine litteris ABC intercisa, cum sig. de filo sericeo rubri coloris pend. In dorso manu saec. XV-XVI. Reambulatio terre Regon Sent Thomas adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 377. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 604. No. 27.)

997 Buda, 1431. apr. 24.

(Bude, in Georgii.) Sigismundus... Hungarie... rex... capitulo ecclesie Budensis... Dicitur nobis in persona Michaelis Nodlar de Regenzenththamas, pridem iudicis civitatis nostre Budensis, quomodo ipse in dominium portionis possessionarie Iohannis filii condam Stephani filii Thilmani de eadem Regenzenththamas in eadem possessione Regenzenththamas vocata, in comitatu Albensi... habite, ipsum omnis iuris titulo concernentem... vellet introire; super quo... fidelitati vestre... mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Iohannes Magnus, vel Ladislaus, aut Osualdus, sin Matheus, seu Michael Parvus de Barachka, sive Thomas de Varsan, aliis absentibus homo noster ad faciem prescripte portionis possessionarie... vicinis et commetaneis suis... inibi legitime convocatis et presentibus accedendo introducat prefatum Michaelem Nodlar in dominium eiusdem, statuatque eandem eidem cum omnibus utilitatibus et pertinentiis iure sibi incumbenti perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum; contradictores vero, si qui fuerint, evocet ipsos contra memoratum Michaelem Nodlar nostram in presentiam... rationem contradictionis eorum reddituros...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. ecclesiae Budensis 1431. maj. 16. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 378. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 603. No. 73.)

998 Buda, 1431. apr. 24.

(Bude, in Georgii.) Nos Sigismundus... Hungarie... rex m. comm. per presentes, quod... fr. Mathias prior provincialis ord. s. Dominici confessoris... exhibuit nobis in personis religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. Marie virginis de Insula leporum quasdam litteras capituli ecclesie Strigoniensis clause emanatas... supplicans nostre maiestati..., ut tenorem ipsarum... transscribi faciendo ipsis dominabus dare... dignaremur ..., quarum... tenor is est: (Vide: Capit. ecclesiae Strigoniensis 1336. jun. 9.) [Nos supplicatione] fratris Mathie... nobis... oblata... exaudita... (tenorem litterarum) annotati capituli ... (in transscripto eisdem dominabus)... [du]ximus concedendas...

ORIG.: Chart. pap. in inferiore sinistra sui parte manca cum fragm. sig. mediocris tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 3009. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 25. No. 12.) - TRANSCR.: Capit. eccl. Strigon 1514. mart. 7. Arch. Nat. Hung. Dl. 3008. In dorso Jeney hatar iarasarol val val leuel adnot. est scripta.

999 Diósgyőr, 1431. apr. 25.

(In Dyosgewr, in Marci.) Nos Barbara... Hungarie... regina m. comm. t. pr. signif. quibus exp. univ., quod nos attentis... fidelium servitiorum... meritis..., quibus fidelis noster dilectus circumspectus Iohannes de Septemtilys civis Budensis comesque urburarum camere nostre Crempniciensis a multis retroactis temporibus usque hodiernum diem non parcendo rebus suis et persone iuxta omnem possibilitatis sue exigentiam serenitati nostre diligenter et intepide studuit complacere, ratione quorum licet idem a nostra maiestate multo maiore remunerationis premia mereretur, in aliqualem tamen huiusmodi servitiorum suorum recompensam eidem quoddam molendinum in fluvio Thwrocz vocato decurrens, wlgariter Kornmül appellatum, inter molendinum Zegelmül nuncupatum parte ab una et gazam ad dictam cameram nostram spectantem, malleo Stephani fabri vicinam parte ab altera, circa civitatem nostram Crempniciensem de prope situm et adiacens, similiter ad pretactam cameram nostram Crempniciensem spectans simulcum universis suis pertinentiis... auctoritate nostra reginali ac potestatis plenitudine, ac ex certa scientia nostre maiestatis, consiliariorumque nostrorum superinde... prehabito consilio donationis nostre titulo et omni eo iure, quo ipsum nostre incumbit collationi prelibato Iohanni de Septemtilys et eius heredibus... donavimus..., ymmo... iure perpetuo... conferimus... possidendum... salvo iure alieno...

ORIG.: Membr. cum zona membr. sig. pend. iam deperditi. In superiore margine Commissio propria domine regine not. canc. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 380. (Sign. ant.: Fasc. 3. No. 10.) - REG.: Fejér: CD. X/7. p. 347.

1000 Diósgyőr, 1431. apr. 25.

(Dyosgewr, in Marci.) Nos Barbara... Hungarie... regina m. comm.,... quod nos attentis... servitiorum... meritis..., quibus... circumspecti Iohannes de Septemtilys et Henricus Münich cives Budenses comitesque urburarum Camare nostre Crempniciensis... serenitati nostre... studuerunt complacere, ratione quorum... eisdem quoddam molendinum in fluvio Twrocz vocato decurrens vulgariter Kornmül appellatum inter molendinum Zegelmül nuncupatum parte ab una et Gazam ad dictam Camaram nostram spectantem, malleo Stephani fabri vicinam parte ab altera, circa civitatem nostram Crempniciensem de prope situm..., similiter ad pretactam Camaram nostram Crempniciensem spectantem... simulcum... suis pertinentiis... auctoritate nostra reginali et potestatis plenitudine ac ex certa nostre maiestatis scientia consiliariorumque nostrorum superinde maturo prehabito consilio, donationis nostre titulo... prelibatis Iohanni de Septemtilys et Henrico Münich et ipsorum heredibus... donavimus... iure perpetuo... possidendum, salvo iure alieno.

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. in duplici cauda pend. In dorso: Korenmul auff der Cremnicz et Littere Barbare regine super donationem molendini Cremniciensis quibusdam civibus Budensibus. Orig. 1431. Haec ulterior nota manu posteriori est scripta. Arch. episcopatus Bistriciensis de Garamszentkereszt. Fasc. 1., No. 1. et E. (Filmotheca Arch. Nat. Hung.) - TRANSCR.: Capitulum Posoniense 1440. oct. 26. In eodem Archivo. Fasc. 1., No. 3. E. (Filmotheca Arch. Nat. Hung.) - ED.: Matunák: Tört. Tár. Uj folyam VIII(1907). p. 321-322.

1001 1431. maj. 16.

(XVI. die Phil. et Iac.) Capitulum ecclesie Budensis... ad univ. not. h. s. volumus pervenire, quod nos litteras domini Sigismundi... regis... Hungarie... reambulatorias... recepimus in hec verba: (Vide nr. 993. Sigismundus rex Hungariae 1431. apr. 3.) Nos mandatis... domini nostri regis... obedire cupientes unacum... Oswaldo (de Barachka)... Emericum cantorem... concanonicum nostrum ad premissam reambulationem faciendam nostro pro testimonio... duximus destinandum, qui... nobis retulerunt, quod ipsi in festo b. Philippi et Iacobi apostolorum[1]... ad faciem... possessionis Regenzenthamas vicinis et commetaneis eiusdem... illic... convocatis et presentibus (vidl.)... domino Benedicto preposito Albensi, Demetrio filio Nicolai de Labdaswassan, Iohanne Magno, Ladislao, Mathius, Oswaldo, Michaele Parvo nobilibus de Barachka ac... abbate de Erchy accedendo metas... possessionis Regenzenthamas hoc ordine reambulassent: Quod primo incepissent in valle Kayazo, a parte occidentali possessionis Regenzenthamas, in loco pratoso a meta lapidea, ubi idem Michael Nodlar cum nobilibus de Ogzenpether concordasset, deinde ad plagam aquillonalem in eadem valle per bonum spatium eundo pervenissent ad unum magnum lapidem pro meta supra terram positum pro meta angulari et ibi reambulationem suam cum eisdem nobilibus ac aliis sibi invicem non contradicentibus terminassent, fenetis, arundinetis ac aliis ad partem orientalem Regenzenthamas et occidentalem partes Ogzenthpether possessionibus prescriptis pacifice remanentibus. Abhinc ad plagam orientalem in eadem valle Kayazo per continuas duas metas ibidem per compositionem nonnullorum proborum et nobilium virorum et predictos dominum prepositum et Michaelem Nodlar ac aliorum erectas et cumulatas in magno spatio pergendo, tandem ascendendo usque viam Baranyawth vocatam, antiquam, ex parte dicte possessionis Zenthamas adiacentem usque duas metas terreas bene apparentia[a] iam fatis possessionibus Labdaswassan et Zenthamas distinguentes, quibus omnibus partes concordassent; deinde deflectendo ad meridiem per longitudinem illius montis bene procedendo reperissent quatuor metas terreas, que distinguunt inter possessiones Regenzenthamas et Kerezthwr vocatas, ubi nulla contradictio extitisset; et inde quasi inter meridionalem et orientalem plagas descendendo satis in bono spatio reperissent duas metas terreas magnas, ubi abbas de Erchy et quamplures populi et iobagiones de eadem Erchy personaliter adherentes cum eodem Michaele Nodlar

concordassent; deinde, ipsis partibus discordantibus, eundo quasi ad meridionalem partem, pertranseundo viam de Erchy ad Regenzenthamas ducentem semper supra vallem magnam pratosam ad partem Erchy relinquendo et in monte Regen vocato quasi circumeundo ad plagam occidentalem usque quinque metas magnas, ut per prefatum Michaelem Nodlar dictum extitisset, distinguentes et separantes inter possessiones Erchy et Regenzenthamas, ubi prefatus abbas cum populis et iobagionibus contradixisset adherente ibidem Georgio iobagio[b] de Ewrzygeth in personis Pauli et Stephani filiorum Stephani de Lyndwa, ac nobilium dominarum consortis Ladislai de Gersse, necnon relicte condam magistri Iacobi et Leonardi filii eiusdem contradictionis velamine obviassent; deinde modicum descendendo ad meridionalem partem ad unam metam terream, ubi similiter contradixissent et abhinc descendendo similiter ad eandem plagam, ad locum fluvii Keskeyer vocati, qui separat et distinguit inter possessiones Ewrzygeth et Regenzenthamas, uti idem Michael Nodlar dixisset, ubi similiter contradixissent; deinde transeundo in viam ad possessionem Ogzenpether tendentem quasi ad occidentem pergendo ad quandam magnam tumositatem, quam ipse Michael Nodlar metam fuisse, sed per araturas desertam fore allegasset, ubi consimiliter contradixissent, deinde ad plagam australem in fenetis, in valle Kayazo, ad arundines, alias Fertho vocatas et sic transseundo per medium Fertho ad quendam locum, ubi alias lapidem pro meta positum, sed per condam magistrum Iacobum deinde deportatum fuisse retulisset Michael Nodlar prenotatus, cuius fovea adhuc aparuisset, ubi contradixissent; deinde procedendo semper in valle Kayazo inter arundines et feneta usque priorem metam. Quibus quidem reambulationibus per ipsum Michaelem factis, in locis prenarratis... abbas de Erchy a parte possessionis Erchy, annotatusque Georgius a parte possessionis Ewrzygeth nominibus et in personis... Stephani (et) Pauli filiorum Stephani de Lyndwa, necnon nobilium dominarum consortis Ladislai filii Pethew, ac relicte condam magistri Iacobi et Lorandi filii eiusdem contradictionis velamine obviassent, ob quam contradictoriam inhibitionem eosdem Stephanum et Paulum, necnon annotatas dominas et Leonardum ac abbatem de Erchy ad octavas festi b. Michaelis archangeli[2]... vestram evocassent in presentiam contra... Michaelem Nodlar rationem contradictionis eorum reddituros...

ORIG.: Membr. cum duabus incisuris pro filo sericeo vel zona membr. sig. pend. iam deperditi. In dorso manu saec. XV-XVI. Littera metalis super terram Regen Sent Tomas Cristine et Erchy adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 366. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 461. No. 37.)

[1] 1431. maj. 1.
[2] 1431. oct. 6.

[a] recte: apparentes
[b] recte: iobagione

1002 — 1431. maj. 16.

(XVI. die Phil. et Iac.) Capitulum ecclesie Budensis... ad univ. not. h. s. volumus pervenire, quod nos litteras domini Sigismundi... Hungarie... regis... statutorias recepimus in hec verba: (Vide nr. 997. Sigismundus rex Hungariae 1431. apr. 24.) Nos... unacum... Iohanne Magno... Emericum cantorem... concanonicum nostrum... pro testimonio... duximus destinandum, qui... nobis retulerunt, quod ipsi in festo... Philippi et Iacobi apostolorum[1]... ad faciem... (cuiusdam) portionis possessionarie in... possessione Regenzenththamas habite vicinis et commetaneis eiusdem... illic... convocatis et presentibus accedendo... Michaelem Nodlar in dominium eiusdem introduxissent et eandem eidem perpetuo possidendam cum omnibus utilitatibus et pertinentiis eiusdem iure sibi incumbenti statuissent nullo... contradictore apparente...

ORIG.: Membr. in superiore margine litteris ABC intercisa et sig. de filo sericeo rubri et viridis coloris pend. In dorso manu saec. XVI. Statutoria super terram Regen sent Tomas adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 378. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 603. No. 73.)

[1] 1431. maj. 1.

1003 1431. jun. 1.

(II. die Corp. Chr.) Nos capitulum ecclesie Budensis m. comm., quod... fr. Michael prior claustri b. virginis de Insula leporum nomine religiosarum dominarum sanctimonialium claustri eiusdem... exhibuit nobis quasdam litteras nostras patentes... petens nos, ut tenores earum in transcripto... eisdem dare dignaremur..., cuius... tenor talis est: (Vide: Capit. ecclesiae Budensis 1335. maj. 1.) Nos... petitiones... Michaelis prioris... iuri consonam agnoscentes pretactas litteras in transcripto litterarum nostrarum... duximus concedendas...

ORIG. :Membr. cum plica et duabus incisuris pro zona membr. sig. pend. iam deperditi. In dorso manu saec. XVI. -XVII. Zenth Mihaly hatariaras adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 2908/1. (Sign. ant. :V. Buden. Monial. Fasc. 29. No. 28.) - TRANSCR. :Capit. ecclesiae Budensis 1539. aug. 11. Arch. Nat. Hung. Dl. 2908/2. (Sign. ant. :V. Buden. Monial. Fasc. 29. No. 28.)

1004 Roma, 1431. jun. 28.

(Rome, ap. s. Petrum, IV. Kal. Jul., a. I.) (Eugenius papa IV.)... abbati... de Almad et decano Veterisbude Vespr. dioc ac archidiacono de Segusd Vespr. dioc. ecclesiarum ... (mandat, ut)... capellam sancti regis Ladislai sitam in cimiterio parochialis ecclesie b. Marie Budensis Vespr. dioc.... (Vacantem per resignationem Simonis Jonathae in manibus Martini rectoris eccl. praedictae factam) Emerico de Cherdy, (canonico Quinquecclesiensi conferant),... cuius... proventus ducentorum fl. auri... valorem annuum non excedunt..., (non obstante), quod dictus Emericus... canonicatum et prebendam eccl. Quinqueecclesiensis ..., quorum sexagintaquatuor, necnon parochialem ecclesiam s. Martini de Speluncha dicte dioc., cuius vigintiduorum fl. similium valorem annuum non excedunt, noscitur obtinere[1]...

ORIG. : Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Liber 307., fol. 158-158[v]. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civit. Budapestinensis. - REG. : Mon. Rom. Vespr. III. p. 68.; Lukcsics: Dipl. pontific. II. p. 52., nr. 55.

1 Super annata camerae obligavit se 5. Nov. 1431. Mon. Rom. Vespr. III. p. 69.

1005 Buda, 1431. jul. 6.

(Bude, LXXIV. die Georgii.) Nos comes Mathius de Paloch iudex curie... Sigismundi ... regis... Hungarie... damus pro m., quod causam, quam Marcus filius Pauli de Ienu et Petrus filius Blasii de Felkuzu, ex quibus idem Marcus... et pro... Petro filio Blasii... astitit contra nobilem dominam consortem Pauli dicti Fodor de dicta Felkuzu, Michaelem dictum Maier, Iohannem... et Vrlicum filios eiusdem, Andream de eadem Felkezu, pro quibus... Paulus Fodor... comparuit, iuxta continentiam litterarum... capituli ecclesie Budensis inquisitoriarum et evocatoriarum super factis in eisdem contentis in octavis festi b. Georgii martiris[1] movere habebant coram nobis... ad octavas festi b. Michaelis archangeli[2]... duximus prorogandam...

In dorso: Pro Marco filio Pauli [de Ienu] et [Petro] filio Blasii de [Felk]ezu contra nob[ilem dominam...] consor[tem Pauli dicti Fodor] de ea[dem Felkuzu et] alios intrascriptos ad [octavas] festi b. Michaelis [archangeli] prorogatoria.

ORIG. :Chart. pap. lacera cum vestigio sig., quo erat clausa. Arch. famil. Pálffy sen. Fasc. XXVII. N. 343. (Arch. Nat. Hung. Filmo- et Phototheca.)

1 1431. maj. 1.
2 1431. oct. 6.

1006 Keresztur, 1431. jul. 13.

(In Kereztwr archiepiscopali, f. V. a. Margarite.) Wenceslaus vicecancellarius domino (suo) Ladislao de Czetnek, gubernatori cruciferatus s. Trinitatis (de Calidis aquis superioribus), supremo cancellario reginalis maiestatis (inter caetera quae sequuntur, scribit):... Andream cancellarium... mei ex parte salutate dicendo eidem: ipse Bude a peccatoribus se non potest precavere. Ego autem in medium Hussitarum viriliter vado cum fortibus armatis, albis galeis fulcitus et scuto bone voluntatis bene paratus. Moya szona intrepide aciem belli ducere est parata et revera estimo ipsam ter quinque viris bene sufficere et potenter resistere posse et nec per eos superari, taceam de partibus infra, ubi est Gallin et Gilka, Katko cum Margith, Offka cum Zoffka et suis compositis. Item Suhtom polgarne cum suo ventre et tenacissimo arse, Hockne cum Orros, Hoffmesterne hec precedunt post et ante et sic tute et illese per viam tritam et patenter suppeditam valeo transire...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. annulei viridis coloris, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 404. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 1551. No. 12.) - COMM.: Némethy, Turul 1(1883) p. 78-79.

1007 1431. jul. 31.

(VI. die ferie V. p. Iacobi.)... domino Sigismundo... regi... Hungarie Capitulum ecclesie Budensis... Vestra noverit serenitas, quod cum nos receptis litteris vestris evocatoriis..., iuxta earundem continentiam unacum Iacobo de Peczel... Benedictum chori ecclesie nostre clericum ad ipsam evocationem faciendam... pro testimonio... duximus destinandum, qui... nobis... retulerunt, quod ipsi feria quinta... post festum. b. Iacobi apostoli[1]... religiosas dominas sanctimoniales de Insula leporum in possessione ipsarum Ienew vocata contra ... Ladislaum de Chythnek, gubernatorem cruciferatus ecclesie sancte trinitatis de Calidis aquis superioribus et conventum loci eiusdem ad octavas... b. Michaelis archangeli[2]... vestre maiestatis evocassent in presentiam...

In dorso: Pro religiosis dominabus sanctimonialibus de Insula leporum contra dominum Ladislaum de Chythnek, gubernatorem cruciferatus de Calidis aquis superioribus et conventum loci eiusdem ad octavas festi beati Michaelis archangeli evocatorialis par.

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 407. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 54. No. 25.)

[1] 1431. jul. 26.
[2] 1431. oct. 6.

1008 Beckó vár, 1431. sept. 4.

(In castro nostro Beczkow, f. III. a. nat. Marie.)... Nos Stiborius de Stiborzicz alias de Bolundocz... t. pr. m. comm. notificamus quibus expedit univ., (quod) matura deliberatione prehabita sana mente et plena ratione presens nostre voluntatis, prout sequitur, fecimus et facimus testamentum... (Inter caetera) volumus et intendimus deo propitio sive vivi vel mortui essemus, quod domus nostra circa beatam virginem in Buda vendatur et una missa perpetue pro illa pecunia ordinetur...

ORIG.: Membr. cum plica et incisuris pro zonis membr. trium sigillorum iam deperditorum. Arch. Nat. Hung. Dl. 88. 061. (Sign. ant.: Arch. famil. Eszterházy, Budapest. Fasc. A. No. 1. Rep. 39.)

1009 Roma, 1431. sept. 15.

(Rome ap. s. Petrum, XVII. Kal. Oct., a. I.) Beatissime pater ! (Eugenius papa IV.) Cum eccl. unacum edificiis sibi contiguis domus carmelitarum ad matrem misericordie nuncupata sub monte opidi Bude Vespr. dioc. in aliquibus suis partibus ruinam minetur et ad eiusdem eccl. et edificiorum adiacentium reparationem ac ornamentorum ecclesiasticorum, quibus ipsa ecclesiastica (!) indigere dinoscitur acquisitionem, necnon fratrum in dicta domo famulantium sustentationem ipsius domus facultates minime sufficiant, et igitur pater sancte, eccl. prefata cum domo et edificiis ei adiacentibus Christifidelibus ope atque suffragio eo tutius suscipiat relevamen, quo fideles ipsi in illa spiritualia munera se noverint frequentius adepturos, dignetur S(anctitas) v(estra) omnibus vere penitentibus et confessis, qui in festis per cancellariam dari solitis ecclesiam huiusmodi visitaverint et ad eius et edificiorum reparationem, ac ornamentorum huiusmodi aquisitionem, necnon degentium in prefata domo sustentationem manus porrexerint adiutrices, sex annos et totidem quadragenas de vera indulgentia perpetuo duratura concedere cum titulis oportunis.

Item cum capella in Offen sita infra emunitatem dicte domus, ad quam fideles partium vicinarum singularis gerunt devotionis affectum..., dignetur S. v. illam ut supra petitur, visitantibus et porrigentibus tres annos et totidem quadragenas similiter concedere.

Item cum parochialis eccl. s. Trinitatis circa Calidas aquas superiores Vespr. dioc. similibus inopia et ruina pregravetur, dignetur S.v. illam visitantibus et ad illam porrigentibus ut supra petitur, indulgentiam trium annorum et totidem quadragenarum... concedere...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 271., fol. 44^{v}-45. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. II. p. 53. nr. 61.

1010 Buda, 1431. oct. 18.

(Bude, in Luce evang.) Nos Sigismundus... Romanorum... ac Vngarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc(etera) rex m. comm., quod Farkas iudeus, in... civitate Soproniensi commorans,... exhibuit nobis quasdam litteras privilegiales Capituli eccl. Albensis, continentes libertates et consuetudines iudeorum, supplicans nobis, ut easdem... transcribi faciendo tenorem earundem ipsis iudeis concedere dignaremur, quarum tenor... est talis: (Vide nr. 464. Capit. eccl. Albensis 1406. sept. 7.) Nos igitur supplicationibus annotati iudei Farkas... exauditis, predictas litteras... presentibus transcribi... facientes, tenorem earundem prefatis iudeis duximus concedendum...

ORIG.: Non extat. TRANSCR.: a) et b) Sigismundus rex Hung. 1436. nov. 3. > Albertus rex Hung. 1438. maj. 26. > Ladislaus V. rex Hung. 1353. febr. 4. > Mathias I. rex Hung. 1458. jun. 19. > Idem 1464. jun. 4. > Wladislaus II. rex Hung. 1493. jul. 26. > Idem 1494. jan. 10. a) Arch. Secr. civit. Cassoviensis (Kosice,) Coll. Schwarzenbach. nr. 1.; b) Arch. civit. Posoniensis (Bratislava.) Listiny nr. 2142. - PHOTOCOPIAE: Arch. Nat. Hung. Phototheca nr. 20. et 46. - ED.: Fejér: CD. X/7. p. 337-338.; Zsidó-magyar oklt. I. p. 168.

1011 1432. jan. 13.

(Octavo epiph.) Nos conventus monasterii Saxardiensis m. comm., quod... dominus Nicolaus archidiac. Segwsdiensis et can. eccl. Wesprimiensis in sua, ac mag. Laurentii filii Iohannis filii Andree filii Kesa de Chytar fratris sui carnalis, necnon Iohannis filii prefati mag. Laurentii personis nobis per modum protestationis detexit significare, quomodo possessionem seu predium Kaladei nuncupatum, in cuius facie alias condam Rewz molendinum construxisset, inter possessiones Dehtar, Patak, Wesche, Balog et Inanch adiacens comitatu in Hontensi, eorum predecessorum prefuisset, et ipsorum

omnis tiuris titulo esset hereditarium, quod... dominus...Sigismundus rex ab eis... aufferendo et ad... possessiones Dehtar et Patak annectendo, tam prescriptas possessiones Dehtar et Patak, quam antedictum predium Kaladei Petro Reyher, civi Budensi pro certa sumpma pecunie in pignus posuisset, et quia ipsi predictum predium ipsorum ad presens requirere non auderent -ideo, ne temporis in curriculo prescriptio in idem accrescat, facta ipsa protestatione... dominum... regem ab impignoratione, donatione et quavis alienatione, annotatum Petrum vero Reyher a receptione et se quovis quesito colore intromissione sibique appropriatione, fructuum etiam et quarumlibet utilitatum perceptione seu percipi factione factis vel fiendis... inhibendo contradixit et prohibuit coram nobis...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. tergo appressi. In dorso manu saec. XVI. adnot.: Prohibitio super Kaladei est scripta. Arch. Saec. Primat. Strig. Lad. F., nr. 65. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

1012 Buda, 1432. jan. 20.

(Bude, in Fab. et Sebast.) Nos Sigismundus... Hungarie... rex m. comm., quod licet nos alias unacum prelatis et baronibus nostris... deliberantes id, ut denarii maioris nove monete nostre, cuius centum denarii unum fl. auri representant, denariis pro tempore currentes... reputarentur... et... proventus tam nostri, quam ecclesiarum consequenterque dictorum baronum et quorumlibet regnicolarum nostrorum cum dictis maioribus denarii solverentur..., de alia autem minori moneta nostra quarting vocata quadringenti denarii pro uno fl. auri et quatuor denarii eiusdem minoris monete nostre pro uno denario dicte maioris monete nostre cursum haberent et reciperentur... decrevimus; tamen, quia, iam ut hoc notorium est, in [contra]rium huiusmodi nostre dispositionis... singuli fl. auri pro singulis decem centenariis ipsius monete quarting per quoslibet in hoc regno nostro Hungarie communiter cambirentur, propter quod in... [neg]otiationibus, venditionibus et emptionibus quarumcunque rerum exactionibusque decimarum, collectarum et tributorum inter regnicolas nostros ecclesiasticos et seculares, redemptionibus etiam litterarum inter... reg[nic]olas nostros ac magistros cancellariarum et curie nostrarum notarios... disparitates et differentie contentionesque et discordie nonnunquam exorte fuissent et haberentur, ipsique regno n[ostro] et eius incolis diverse et plurime incommoditates et varii defectus, necnon caristie, penurie atque dampna dinoscuntur evenisse; ideo nos... unacum eisdem prelatis et baronibus nostris, utputa... in Christo patribus dominis Georgio archiepiscopo Strigoniensi, Iohanne Zagrabiensis, nostre maiestatis sumpno cancellario, Dyonisio Varadiensis, Petro Agriensis, Symone Vesprimiensis et Clemente Iauriensis ecclesiarum episcopis; item magnificis Nicolao de Gara... regni nostri Hungarie palatino, Mathius de Palocz iudice curie, Petro Herrici de Berzewicze magistro thauarnicorum nostre maiestatis, Ladislao bano... Machouiensi et Nicolao filiis prefati Nicolai palatini, Paulo Bisseno de Ezdege regni nostri Sclauonie, Petro Cheh de Lewa similiter Machouiensi alias banis, Stephano de Bathor dapiferorum, Herrico de Tamasy ianitorum nostrorum pridem magistris, Sigismundo de Losonch et Ladislao de Kanisa, necnon plerisque aliis viris ecclesiasticis ac diversorum comitatuum dicti regni nostri potioribus nobilibus; item civitatum nostrarum Budensis, Pestiensis, Albensis, Strigoniensis, Cassoviensis, Posoniensis, Tirnaviensis, Soproniensis, Zegediensis ceterarumque iudicibus et iuratis civibus per nos ad hoc in ipsam civitatem nostram Budensem vocatis et accersitis... tractantes..., visaque, necnon capta et examinata qualitate et essentia, et comperto valore ipsius minoris monete nostre quarting appellate... decernimus..., ut soli ...maioris nostre monete denarii novi semper in antea generaliter... reputentur denarii novi pro tempore currentes et centum ipsorum denariorum maiorum valeant unum fl. auri; ipsorum autem denariorum monete quarting nuncupate eo, quod... pro decem centenariis denariis... monete quarting unus fl. auri cambitur, ipsi decem centenarii denarii pro predicto uno fl. auri et pro unoquoque dictorum denariorum prefate maioris nostre monete decem denarii cursum habeant, ac in cunctis mercantiis, necnon venditionibus, forizationibus et emptionibus quarumlibet rerum venalium recipiantur, universique et singuli proventus, tam ...nostri regales, quam ecclesiarum ac aliorum quorumcunque, puta lucrum camere nostre, ac decime ecclesiarum, tributa et quelibet collecte, necnon redemptiones litterarum predictarum solvantur et exigantur cum dictis denariis maioribus ita, ut in quibuslibet solutionibus, ubi unus denarius ab olim dari consuevit, ibi de cetero unus denarius predicte

ma[ioris monelte nostre, aut loco cuiuslibet huiusmodi denarii, decem ex dictis minoribus denariis monete quarting... solvantur et ubique recipiantur contradictione et renitentia sine omni. Quocirca vobis... predictis prelatis et baronibus nostris universis, necnon comitibus castellanis, nobilibus ac vestris officialibus, item prefatarum et aliarum quarumlibet nostrarum aliorumque quorumvis vestrum civitatum, oppidorum, possessionum et villarum rectoribus, iudicibus utputa et villicis, cunctis etiam tam regnicolis nostris, quam forensibus maioribus utputa et minoribus cuiuscunque status, gradus et conditionis existant, harum serie... iniungimus, ut vos et quilibet vestrum in solvendis quibusvis collectis antefatis, expediendisque exponendis, faciendis et exigendis quibuslibet pecuniariis solutionibus iuxta premissam nostram, ac vestram scil. prelatorum et baronum nostrorum potiorumque... regni nostri procerum, iudicumque et iuratorum prefatarum civitatum nostrarum dispositionem et limitationem modo prenotato factam ubilibet in pretacto regno nostro Hungarie et partibus eidem subiectis, presertim vero in nundinis seu foris annualibus et ebdomadalibus, tam vidl. in nostris, quam vestris civitatibus, oppidis et villis celebrandis, in quibusvis venditionibus et emptionibus huiusmodi monetam nostram, seu denarios maiores pro denariis novis nominare..., ac semper ad numerum seu valorem eorundem forizare seu forum facere, sicque valorem seu pretium ipsorum maiorum denariorum nostrorum, si eosdem in promptis non habueritis seu non habuerint, cum dictis minoribus denariis prefate monete quarting exsolvere debeatis et teneamini adimplere sub pena detentionis personarum et ablationis huiusmodi pecuniarum aliarumque rerum venalium vestrarum apud vos reperiendarum, quarum a transgressoribus huiusmodi nostre voluntatis et mandati aufferendarum in tres partes dividendarum unam partem inventoribus seu accusatoribus talium transgressorum, aliam vero partem comitibus parochialibus in provinciis, puta extra civitates liberas, in civitatibus autem liberis iudicibus earundem, receptoribus scil. ipsarum pecuniarum atque rerum et tertiam partem fisco nostro regio cedere, applicare et provenire volumus et mandamus...

ORIG.: Chart. pap. sum fragm. sig. maioris simplicis tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 12.436./1. (Sign. ant.: Arch. Regni Lad. H. Nr. 31.) Ed.: Kovachich: Suppl. I. p. 338-342.; Dőry-Bónis-Bácskai: Decreta p. 255-257. - COMM.: Kovachich: Op. in ED. cit. p. 342-348.; Bónis: Op. in ED. cit. p. 255.

1013 Buda, 1432. jan. 24.

(Bude, f. V. a. conv. Pauli.) Nos Sigismundus... Hungarie... rex m. comm., quod cum inter... magnificum Nicolaum de Gara... regni Hungarie palatinum ab una, ab alia... Nicolaum filium suum seniorem, a tertia autem partibus Ladislaum banum... Machouiensem consimiliter filium eiusdem palatini iuniorem super facto divisionis castrorum, castellorum, curiarum, civitatum, oppidorum, necnon possessionum et villarum ipsorum contentionis materia ... exorta extitisset... (et ea sopita... ordinatione proborum virorum per dominum regem deputatorum)... omnes tenute et pertinentie tam omnium... castrorum, quam alia ubilibet habite ipsos palatinum et filios suos communiter concernentes et tangentia debent dividi inter ipsos in tres partes demptis castris Dewen, Lanser et Soploncza cum eorum pertinentiis, necnon aliis possessionibus, que in quodam registro sigillis baronum consignato nominatim haberentur conscripte, vidl. domus Papa..., due domus in suburbio Budensi..., portiones in Alag et Chamat... cum pertinentiis, quas et que de presenti negotio exmisissent...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. maioris simplicis tergo appressi. Sub textu Lecta et correcta, in dorso vero manu saec. XVI. Super facto divisionis inter palatinum et Nicolaum filium suum adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 12.439. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 1522. No. 3.) - ED.: Hazai okmt. VII. p. 452-454.

1014 1432. febr. 24.

Magistratus civitatis Pestiensis Iohannem filium Benchyk domum suam lapideam in foro fenorum situatam Emerico litterato, Anthonio sartori, necnon Elene coniugi et Elisabeth sorori eiusdem Emerici pro 100 florenis auri Hungaricalibus vendidisse testatur.

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Magistratus civit. Pesthiensis 1499. febr. 27. > Blasius de Raska mag. tavarn. reg. 1499. mart. 18. Arch. Nat. Hung. Dl. 61. 919. (Arch. famil. Kisfaludy) - ED.: Hazai okmt. I. p. 328-330.

Nos Ladislaus Kalmar dictus iudex civitatis Pesthiensis, Stephanus Cassoviensis, Thomas de Chaba, Georgius dictus Kewbwl, Egidius Armenus tunc pro tempore iurati ceterique cives de eadem memorie commendamus tenoreque presentium significamus quibus expedit seu congruit universis: Quod circumspectus vir Iohannes filius Benchyk ad nostram personaliter accedens presentiam dixit et confessus est coram nobis per hunc modum, quomodo ipse ex diversis certis rationabilibus de causis et inevitabilibus necessitatibus compulsus quandam domum suam magnam et lapideam, ipsum iure hereditario sive patrocinio fore tangentem, in medio nostri, in foro fenorum et in vicinitatibus domorum hospitalis beate Elizabet ultra fluvium Danoby circa Calidas aquas inferiores, ex opposito iacentis ab una et Iohannis filii Iacobi parteque ex altera situatam, habitam et existentem cum cunctis eiusdem utilitatibus sive iuribus quibuslibet rite et legitime ad eandem spectantibus in se prius, nunc, et semper ab antiquo prehabitis, puta fundo et curia, muro, necnon ortu ultra et a retris ipsius muri habito et existente, aliis etiam universis et singulis iuribus sive pertinentiis, uti in premissis narratur, semper ab antiquo et nunc dependentiis, de ipsius coniugis, necnon omnium puerorum, proximorum sive consanguineorum suorum sano consensu atque libera voluntate, immo nullo penitus in hac parte sibi modo contradictore posse apparere, provido et honesto viro, Emerico litterato, nostro concivi ac Anthonio sartori eius sororio sive generi[a], similiter nostro concivi, necnon providis et honestis dominabus Elena et Elizabet nuncupatis, coniugi et sorori eiusdem Emerici littarati, per consequensque ipsorum heredibus heredumque successoribus sive posteritatibus universis iure perpetuo et irrevocabiliter ac libere, pacifice seu quiete utendam, possidendam, tenendam, pariter et habendam pro centum florenis auri puri Hungaricalibus veri et iusti ponderis ab eisdem plenarie et integraliter rehabitis sive receptis alienasset, perpetuasset, vendidisset, donasset et contulisset, ymmo alienavit, perpetuavit, vendidit, donavit et contulit coram nobis. Assumens etiam nichilominus idem Iohannes Benchyk prefatos Emericum litteratum et Anthonium sartorem eius sororium, nostros scilicet concives, necnon providas dominas antedictas Elena et Elizabet appellatas ipsorumque seu ipsarum heredes heredumque suorum successores seu posteritates quosvis ab omnibus ratione dicte domus temporum in processu molestare sive perturbare volentibus defendere et expedire cum propriis suis laboribus et expensis secundum usum et consuetudinem civitatis nostre semper ab antiquo et nunc conservandam. In cuius rei testimonium uberioremque cautelam sive perpetuam roborationem litteras nostras privilegiales sigilli nostri pendentis munimine roboratas superindeque confectas duximus datas[b] et conferendas. Datum in vigilia beati Mathie apostoli, anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo secundo.

[a] recte: genero
[b] recte: dandas

1015 Buda, 1432. apr. 25.

(Bude, in Marci.) Sigismundus... Hungarie... rex... capitulo ecclesie Waciensis... Dicitur nobis in personis religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. Marie virginis de Insula leporum, quomodo... Ladislaus de Chethnek, gubernator magistratus cruciferorum ecclesie s. Trinitatis de Calidis aquis ac conventus loci eiusdem circa festum b. Michaelis archangeli[1]... octo sessiones iobagionales ipsarum ac curiam condam Bele regis in possessione Felhe[vi]z vocata habitas et existentes... potentialiter pro seipso occupasset et occupatas conservasset de presenti. Item similiter iobagiones earundem in eisdem (Calidis aquis superioribus) commorantes taxis dicando, necnon munera in festis s. Michaelis archangeli[1] ac nativitatis[2] et pasce domini[3]... preteritis eisdem dominabus provenientes pro se recipi et extorqui fecisset in ipsarum... prefatique claustri iuris derogamen... Super quo fidelitati vestre... mandamus, quatenus... mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Nicolaus Magnus, vel Iohannes, sive Petrus, aut Michael Magnus,

sin Anthonius Dekan, seu Blasius Nemees de Felkezew, aliis absentibus homo noster ab omnibus quibus incumbit, meram de premissis experiatur veritatem, quam tandem nobis... rescribatis...

ORIG.:Non extat. - TRANSCR.:Capit. ecclesiae Vaciensis 1432. apr. 30. Arch. Nat. Hung. Dl. 12.452. (Sign. Ant.: Mon. Poson. Fasc. 52. No. 24.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 166., nr. 643.

[1] 1431. sept. 29.
[2] 1431. dec. 25.
[3] 1432. apr. 20.

1016 1432. apr. 30.

(III. die f. II. p. Georgii.)... domino Sigismundo... Hungarie... regi... Capitulum ecclesie Waciensis... Vestra noverit serenitas, quod nos litteras vestras inquisitoriales... recepimus in hec verba:(Vide nr.1015. Sigismundus rex Hungariae 1432. apr. 25.) Nos... mandatis vestre serenitatis... obedire cupientes... unacum Anthonio Dekan dicto misimus ... Benedictum chori ecclesie nostre clericum... pro testimonio..., qui... nobis... retulerunt, quod ipsi feria secunda... p. festum b. Georgii martiris[1]... in comitatu Pilisiensi... a nobilibus et ignobilibus ac alterius cuiusvis status et conditionis dicti comitatus hominibus palam et occulte... investigando omnia... sic facta fore reperissent, sicuti vestre dictum extitisset maiestati, tenorque litterarum vestrarum... continet prescriptarum...

In dorso: Domino regi pro religiosis dominabus sanctimonialibus claustri b. Marie virginis de Insula leporum contra... Ladislaum de Chethnek, gubernatorem cruciferatus ecclesie s. Trinitatis de Calidis aquis et alios intrascriptos inquisitorialis.

ORIG.:Chart. pap. cum fragm. sig., quo erat clausa. In dorso manu posteriore fel hev vyz adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 12.452. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 52. No. 24.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 166., nr. 643.

[1] 1432. apr. 28.

1017 Roma, 1432. maj. 3.

(Rome, ap. S. Petrum, V. Non. Mai, a. II.) Supplicat S(anctitati) V(estre scil. Eugenio papae IV.)... Emericus de Cherdi can. eccl. Quinqueeccl. et in basilica principis apostolorum de Vrbe... minor penitentiarius, quatenus sibi... de custodiatu dicte Quinqueeccl. ... eccl. vacante, cuius fructus... quinquaginta fl.... valorem annuum non excedunt...; non obstantibus canonicatu et prebenda dicte Quinqueeccl. eccl., quorum fructus... sexaginta-quatuor et capella s. Ladislai regis de Buda cuius ducenti et paroch. eccl. de Spelunca s. Blasii Vespr. dioc., cuius vigintisex fl.... valorem annuum non excedunt...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 276., fol. 284. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. 10.656. II. p. 173-174. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. II. p. 60. nr. 92.

1018 1432. maj. 8.

Iudex, iurati cives, totaque communitas civitatis Budensis Michaelem abbatem monasterii b. Mauritii de Beel in ipsorum consortium assumendo quandam domum in castro Budensi, intra domos Iohannis de Peren et Francisci fratris condam Iohannis episcopi Wesprimiensis habitam ipsi praetio comparare promiserunt; ob hoc et ipse suo et successorum suorum abbatum nomine utilitatem et profectum eorundem erga regiam maiestatem et alias pro posse prosequi et procurare promittit et spondet.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. annularis tergo appressi. Arch. S. Montis Pann. nr. 923. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Pannonh. rendt. VIII. p. 478. - COMM.: Holub, J.: La représentation politique en Hongrie au Moyen Age. Louvain-Paris, 1958. p. 94. (X^e Congres International Des Sciences Historiques Rome, 1955. Études présentées á la Commission Internationale pour l'histoire de assemblées d'états. p. 79-121.)

Nos frater Michael abbas monasterii beati Mauritii de Beel in silva Pannonie de Bakonio memorie commendamus, quod quia honesti viri et circumspecti: iudex et iurati cives, necnon communitas civitatis Budensis nos in ipsorum civile consortium assumendo quandam domum in castro predicto intra domos nobilis viri Iohannis de Peren et Francisci fratris condam reverendi patris domini Iohannis episcopi Wesprimiensis habitam nobis pretio comparare promiserunt, ob hoc nos nostro et successorum nostrorum abbatum nominibus omnia et singula prospera, item et adversa, ipsos et ipsorum communitatem tangentia cum ipsis, ac si inter ipsos residentiam continuam faceremus, tolerare ac supportare, utilitatemque et profectum eorundem erga maiestatem regiam et alias pro posse sollicite prosequi et procurare promittimus et spondemus presentium nostrarum litterarum vigore et testimonio mediante. Datum Bude predicta, in die festi apparitionis beati Michaelis archangeli, anno domini M^moCCCC^mo tricesimo secundo.

1019 Roma, 1432. maj. 21.

(Rome, ap. S. Petrum, XII. Kal. Jun., a. II.) Beatissime pater ! (scil. Eugenius papa IV.) In supplicatione, cuius copia premittitur[1], de detentore iuxta regulas S(anctitati) V(estre), qui Thomas de Wybech presb. Cenad. dioc. vocatur, mentio non est facta. Dignetur igitur S.V. litteras super huiusmodi gratia conficiendas cum expressione nominis huiusmodi detentoris, vidl. Thome de Wybech asserentis se presbiterum, canonicatum et prebendam predictos... sibi ordinaria auctoritate collatas per duos annos... detinuit... occupatas, et quod sub data in predicta supplicatione posita, que est IIJ mai, pontificatus vestri a. primo, expediri mandare...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 277., fol. 178^v - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. 10.656. II. p. 177. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. II. p. 61., nr. 94.

[1] Vide: Lukcsics: Dipl. pontific. p. 47., nr. 35.

1020 Roma, 1432. maj. 21.

(Rome, ap. S. Petrum a. 1432., XII. Kal. Jun., a. II.) Eugenius (papa IV.)...b. Marie de Egies (!) Cenadiensis dioc. et...b. Marie monasteriorum abbatibus ac decano eccl. s. Salvatoris Cenad. dioc....canonicatum et prebendam eccl. Cenadiensis, quos... licet Thomas de Wybech presbiter Cenad. dioc....per duos annos...detinuerit...indebite occupatos..., Andree Johannis de Mohach, quorum fructus...sedecim fl. auri...valorem annuum non excedunt...assignare curetis...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 277., fol. 178^v. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. 10.656., II. p. 178-182. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. II. p. 61., nr. 95.

1021 1432. jun. 2.

Coram magistratu civitatis Budensis Zacharias Cromnawer de Leutschovia civis eiusdem civitatis domum suam in suburbio Budensi sitam Petro abbati monasterii s. trinitatis pro septuaginta fl. auri vendit.

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. minoris (3,5 cm) tergo impressi. In dorso adnot. saec. XV.: Super domo Pestiensi in suburbio castri penes Danubium per Petrum abbatem de sancta trinitate empta. Arch. Nat. Hung. Dl. 12.461. (Sign. ant.: N.R.A.Fasc. 1522. No. 4.)

Nos Martinus Hohnawer iudex castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus, quod coram nobis personaliter constitutus providus vir Zacharias dictus Cromnawer de Lewchouia concivis noster quandam domum suam in suburbio castri predicti penes Danubium in vicinitate domorum Nicolai de Pakus et alterius Nicolai sutoris concivium nostrorum situatam et habitam cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis universis de consensu omnium proximorum suorum, ymmo nullo penitus contradictore apparente vendidit et tradidit religioso viro domino Petro abbati monasterii sancte trinitatis comitatus de Baranya et per eum illi vel illis, cui aut quibus idem dominus Petrus abbas supradictus aliquam superinde fecerit provisionem seu dispositionem iure perpetuo irrevocabiliter ac pacifice possidendam, tenendam pariter et habendam pro septuaginta florenis auri puri, iusti et boni ponderis plene et integre receptis et habitis ab eodem. Assumpsit nichilominus prefatus Zacharias annotatum dominum Petrum abbatem aut quibus per eundem dispositum fuerit de eadem ab omnibus occasione premisse domus, necnon universarum utilitatum et pertinentiarum eiusdem impetere seu inquietare sathagentibus defendere, protegere et tueri propriis suis sumptibus, laboribus et expensis secundum usum civitatis nostre ab antiquo et consuetudinem laudabiliter approbatam. In cuius rei memoriam fimitatemque perpetuam presentes nostras litteras ad instantem et legitimam petitionem partium predictarum duximus concedendas, promittentes privilegialibus nostris litteris confirmare, dum eedem nobis in specie fuerint reportate. Datum feria secunda proxima post festum ascensionis domini anno eiusdem millesimo quadringentesimo tricesimo secundo.

Ex mandato dominorum
in consilio.

1022 Roma, 1432. jul. 6.

(Rome ap. s. Petrum, pridie non. Jul., a. II.) Beatissime pater ! (Eugenius papa IV.) Cum capella s. Ladislai regis sita ad latus parochialis eccl. s. Marie de Buda Vespr. dioc., ad quam magnus populorum circumstantium devotio geritur et habetur in suis structuris et edificiis ruinosa, ad quam recuperandam ipsius capelle non sufficiunt facultates sumptusque, propterea ad id Christifidelium suffragia quamplurimum (indiget) oportuna. Dignetur igitur S(anctitas) v(estra), ut capella ipsa magnis honoribus frequentetur ac in structuris et edificiis huiusmodi reparetur, dictaque devotio per amplius augeatur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui in festivitatibus s. Ladislai, Stephani et Emerici regum aliisque festivitatibus per cancellariam dari consuetis eandem capellam devote visitantibus et ad illius reparationem et confirmationem manus porrigentibus adiutrices, quinque annos et totidem quadragenas, que tractu temporis non expirent... dignemini impertiri...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 278., fol. 161^{v}. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. nr. 10.656., II. p. 203-204. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. II. p. 63., nr. 106.

1023 Siena, 1432. jul. 27.

(In civit. Senarum, XXVII. Jul.) Sigismundus... Romanorum rex... Reverendissimis ... in Christo patribus et dominis sacrosancte generali Basiliensi synodo etc(etera). Jacobus archiepiscopus princeps noster et sacri imperii, dum in Parma pro feudis sacramentum

prestaret, videns differentias, que extant cum... summo pontifice super factis sacri Basiliensis concilii, se obtulit... mediare.... Et ne sanctitas domini nostri pape propter moram tedii afficeretur, et ut etiam non deficeremus sanctitatem suam denuo pulsare super favore concilii, remisimus archiepiscopum eundem, adiunctis sibi... episcopo Curiensi et Ladislao gubernatore cruciferatus Budensis, qui... subito reversuri sunt, et quicquid attulerint, Vestris Paternitatibus intimabimus...

ORIG.: Desideratur. - ED.: Mansi XXX. p. 159. sq. - REG.: Mon. Rom. Vespr. III. p. 79-80.

1024 Buda, 1432. jul. 29.

(Bude, f. III. a. ad vinc. Petri.) Sigismundus... Hungarie... rex... capitulo ecclesie Budensis... In personis religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. Marie virginis de Insula leporum nobis dicitur querulose, quomodo iudex iuratique et ceteri cives civitatis nostre Pestiensis tributum ipsarum in ipsa civitate nostra exigi consuetum hominibus earum more alias consueto exigi non permitterent, ymmo, quod deterius est, ipsi iudex et iurati cives ad domum tributariam ipsarum... in eadem Pesth habito[a] invenientes mensuram seu metretam, qua alias de fructibus et aliis rebus minutis tributum exigere consuevissent, propria eorum auctoritate et potentia abstulissent, ac homines et familiares earundem dominarum in dicta domo thelonearia... indebite... impedivissent et molestassent, impedireque et molestare non cessarent de presenti...; super quo fidelitati vestre... mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente, prius scita veritate premissorum ad prefatos iudicem et iuratos ceterosque cives dicte civitatis nostre Pestiensis accedendo ammoneat eosdem verbo nostre maiestatis, ut ipsi de prescriptis dampnis et iniuriis per ipsos... annotatis dominabus sanctimonialibus... illatis... eisdem... vel earum hominibus omnimodam impendere debeant satisfactionem, de ceteroque homines et tributarios ipsarum in exactione premissi tributi nullo modo impedire et perturbare presumpmant... et post hec... quitquid iidem iudex et iurati cives ad premissa fecerint vel responderint, nobis... rescribatis...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capit. ecclesiae Budensis 1432. aug. 4. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 469. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 23. No. 5.)

[a] recte: habitam

1025 1432. aug. 4.

(VI. die ferie IV. a. ad vinc. Petri.)... Sigismundo... regi... Hungarie... domino nostro naturali capit. ecclesie Budensis... Vestra noverit serenitas, quod nos litteras vestras inquisitorias et ammonitorias... recepimus in hec verba: (Vide nr. 1024. Sigismundus rex Hungariae 1432. jul. 29.) Nos... mandatis vestre maiestatis... obedire cupientes... magistrum Mathiam... concanonicum nostrum ad... ammonitionem et inquisitionem faciendam... nostro pro testimonio duximus destinandum, qui... nobis retulit..., quomodo ipse feria quarta... ante festum ad vincula b. Petri apostoli[1]... presente Petro de Iaurino notario maioris cancellarie homine regio in comitatu Pesthiensi ac civitate Pesthiensi... palam et occulte... investigando omnia sic... perpetrata scivissent, sicuti vestre dictum extitisset maiestati et quemadmodum tenor litterarum vestrarum... continet predictarum; factaque ipsa inquisitione ad... iudicem et iuratos ceterosque cives dicte civitatis Pesthiensis accedendo amonuissent eosdem verbo vestro regio, ut ipsi de... dampnis et iniuriis per ipsos... dominabus sanctimonialibus (claustri b. Marie virginis de Insula leporum) illatis... omnimodam impendere deberent satisfactionem, de ceteroque homines et tributarios ipsarum in exactione... tributi (in civitate vestra Pesthiensi exigi consueti) nullo modo impedire et perturbare presumpmerent... Qui quidem iudex et iurati ceterique cives ipsam ammonitionem minime advertendo ipsi nostro testimonio verba illicita et obprobria... dixissent, quoad contenta litterarum sibi nullo modo respondere, nec in aliquo advertere

vellent, de premissisque dampnis et iniuriis non aliquam satisfactionem ipsis dominabus et earum hominibus facere et impendere velle dixissent ipsa vestra precepta contempnendo...

ORIG.:Chart. pap. cum fragm. sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 469. (Sign. ant.:V. Buden. Monial. Fasc. 23. No. 5.)

[1] 1432. jul. 30.

1026 Koprivnica, 1432. aug. 25.

(Kaprinicze, f. II. p. in Bartholomaei) Serenissimo principi, domino Sigismundo ...Scire dignetur eadem Serenitas, quod praelati et barones regni vestri Hungariae, in festo s. Laurentii proxime preterito[1], pro parte maiori ad civitatem vestram Budensem pro defensione praedicti regni vestri contra insultum Turcorum et perfidorum Hussitarum in unum convenerunt, inter quos etiam ego personaliter fui... Eiusdem vestrae Serenitatis capellanus humillimus: Joannes episcopus...

ORIG.: Desideratur. - ED.: Fejér: CD. X/7. p. 439-440. (Farlati V. p. 66.)

[1] Aug. 10.

1027 Roma, 1432. oct. 3.

(Rome ap. s. Petrum, V. Non. Oct., a. II.) Supplicat S(anctitati) v(estre) (Eugenio papae IV.)...Emericus de Cherdi,...can. eccl. Quinqueeccl. et in basilica Principis apostolorum de Vrbe...minor penitentiarius, ex utroque parente de nobili genere procreatus, quatenus sibi...de prepositura collegiate eccl. Sancte Sapientie de Titulio Bachien. dioc., per privationem de...Johanne Francisci de Essegwar...propter quoddam presbitericidium per eum commissum...vacante..., cuius fructus...nonaginta marcharum argenti puri... valorem annuum non excedunt, non obstante dictis canonicatu et prebenda, cuius sexaginta-quatuor, ac custodia dicte Quinqueeccl., cuius quinquaginta et capella s. Ladislai regis de Buda Vespr. dioc., cuius ducentos, necnon parochialis eccl. s. Martini de Spelunca s. Blasii dicte dioc., cuius vigintisex fl. auri...valorem annuum non excedunt, dictasque paroch. eccl. et custodiam...dimittere sit paratus, eidem Emerico de dicta prepositura... providere dignemini...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 280., fol. 139[v]-140. - PHOTOCOPIA: Coll. mus. Hist. civitatis Budapestiensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. nr. 10.656., II. p. 235-236. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. II. p. 66., nr. 116.

1028 Buda, 1432. nov. 22.

(Bude, in Cecilie.) Nos Sigismundus...Hungarie...rex m. comm., quod...frater Mathias prior provincialis fratrum predicatorum ordinis s. Dominici confessoris...exhibuit nobis in personis religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. Marie virginis de Insula leporum quasdam litteras nostras patentes...supplicans nobis..., ut tenorem ipsarum ...aliis nostris litteris...inseri...faciendo ipsis dominabus...concedere dignaremur..., quarum tenor talis est: (Vide nr. 188. Sigismundus rex Hungariae 1395. apr. 24.)Nos... supplicatione...Mathie prioris nobis...oblata regali benignitate exaudita...tenorem prescriptarum litterarum...presentibus nostris litteris...transsumpmi faciendo eisdem dominabus sanctimonialibus duximus concedendas...

ORIG.:Membr. cum fragmento sig. mediocris tergo appressi. In dorso manu saec. XV-XVI. scripta Masat Budan az vamosok tarczak 1432 adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 8059. (Sign. ant.:Fundat. Fasc. 39. No. 23.)

1029 1432.

Ego Johannes episcopus Zagrabiensis sacri Romani imperii et totius regni Hungariae summus cancellarius... (in testamentaria mea dispositione inter caetera)... Omnes domos, palatia sua Budae habita ea sub conditione leg(o) successoribus (meis) episcopis Zagrabiensibus, ut quolibet anno, pro censu, capitulo fl. viginti incorporandos pro conservatione trium missarum in dispositione Kemlek fundatarum, prout melius ipsis videbitur.

ORIG.: Desideratur. - ED.: Kerchelich: Hist. eccl. Zabrab. p. 165.; Fejér: CD. X/7. p. 436-439.

1030 Buda, 1433. jan. 15.

(Bude, in domo habitationis nostre, III. termini/XIII. Jan.) Nos Valentinus lector et canonicus ecclesie Budensis, iudex commissarius per... dominum Georgium archiepiscopum eccl. Strig. etc(etera) super causa in facto decimarum inter... Michaelem prepositum... et capitulum eccl. Strigon. ab una, et... Ladislaum prepositum monasterii de Saag et conventum loci eiusdem partibus ex altera (deputatus). Iuxta continentiam... litterarum prorogatoriarum, tredecima die... Januarii... frater Paulus conventualis de eadem Saag... pro... antedicto preposito cum instrumento publico hora causarum, factis vesperis, in nostram iudiciariam veniens presentiam et quasdam scripturas loco responsionis ad libellum pro parte dictorum prepositi... et capituli... eccl. Strigon., pro quibus... Franciscus archidiaconus et canonicus eiusdem eccl. Strig.... astitit in iudicio, exhibuit...; quibus sic productis idem procurator capituli tam contra ipsum procurationis mandatum, quam etiam contra predictas scripturas loco responsionis... productas excipiendo allegavit: ipsum mandatum non esse sufficiens in hac causa... (etcetera, ut in litteris continuatur).

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. annulei virid. coloris. Arch. Nat. Hung. Dl. 12.483.

1031 Roma, 1433. jan. 21.

(Rome ap. s. Petrum, XII. Kal. Febr., a. II.) Supplicat S(anctitati) v(estre) (Eugenio papae IV.)... Thomas Armenus Michaelis de Buda... in decretis licentiatus, cler. Vespr. dioc., quatenus... sibi... de canonicatu Waradiensis eccl.... vacante,... non obstante prepositura ac canonicatu Jauriensis eccl., quorumque fructus septuaginta marcharum argenti puri... non excedunt; de dictis canonicatu et prebenda Waradiensis eccl., quorum fructus... triginta fl. auri... valorem annuum non excedunt,... providere dignemini...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 283., fol. 14-14^{v}. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. nr. 10.656. II., p. 272-273. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. II. p. 69-70., nr. 132.

1032 Roma, 1433. febr. 2.

(Rome ap. s. Petrum, IV. Non. Febr., a. II.) Supplicat S(anctitati) v(estre) (Eugenio papae IV.) Thomas de Buda, licentiatus in decretis, quatenus sibi... de canonicatu et prebenda Waradiensis eccl.... non obstante prepositura et canonicatu et prebenda Jauriensis eccl...., quorum fructus... septuaginta duarum marcharum argenti puri... non excedunt; et de dictis canonicatu et prebenda, quorum fructus... trigintaduorum fl. auri... non excedunt ... providere dignemini...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 285., fol. 198^{v}-199. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. Budapestinensis civitatis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. nr. 10.656. II., p. 272-273. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. II. 70., nr. 134.

1033 Siena, 1433. febr. 3.

(Senis, II., Purific.)(Nos Sigismundus...rex Hungariae)... Audientes, quod castrum et civitas Posoniensis propter Hussitarum...insultationes pluribus iam subiaceret periculis et volentes ipsorum custodiae et defensioni...providere, disposuimus..., ut etiam civitates nostrae regales, necnon nobiles decem lanceatorum terrae Scepusiensis...succursus et auxilia praebeant..., quapropter...vobis praecipimus, quatenus vos ultra illas gentes, quas secundum dispositionem per nos alias factam in dicto Posonio tenemur conservare, alias gentes, necnon nobilium decem lanceatorum, iuxta modum in dicto registro descriptum, pro toto anno sustentari poterunt, conveniatis, conducatis et stipendetis, volumusque ab eisdem civitatibus et nobilibus, quibus superinde scripsimus, singillatim eandem solutionem in terminis, qui per nostros in regno nostro vicarios et locumtenentes, quibus similiter scripsimus, statuentur et praefigentur, fieri et exhiberi postuletis...

Adiutorium per regem ad Posonium deputatum: Vult maiestas regia, ut pro conservatione castri Posoniensis civitates regales infrascriptae faciant adiutorium et subsidium modo infrascripto: Civitas Budensis, Albaregalis, Strigoniensis, Soproniensis, Cassouiensis, Eperjesiensis, Batfa civitas, terrae Scepusiensis erga manus regiae maiestatis existens, episcopus Vesprimiensis, episcopus Jauriensis, abbas S. Martini, abbas Pechwaradiensis. Scribatur vicariis, ut propter aliquam necessitatem ad aliqualia agenda non compellant cives Budenses, quia vult regia maiestas, ut pro defensione castri et civitatis Posoniensis iidem pro gentibus decem lanceatorum cum quibus ex debito, prout in eorum privilegiis continetur, ad unam regiam expeditionem exercitualem tenentur, debeant ad unum annum pro conservando ibidem tantas gentes solvere cum pecuniis fl. 1680 auri, et hanc solutionem faciant quater in anno de tribus mensibus, in tres menses, in qua solutione pro qualibet vice cedunt 420 fl. auri. - Item quod civitas Albaregalis faciat solutionem similiter quater in anno pro decem equitibus pharetrariis de tribus mensibus ad tres menses, quae solutio ad totum annum extendit se ad fl. auri 420.

ORIG.: Non extat. ED.: Fejér: CD. X/7., p. 478-479.

1034 Roma, 1433. febr. 7.

(Rome, ap. S. Petrum, VII. Id. Febr., a. II.) Supplicat (Eugenio papae IV.)... Baltasar Benedicti de Herestyen presb. Strig. dioc., quatenus sibi...de rectoratu altaris s. Emerici fundati in capella s. Ladislai regis de Buda Vespr. dioc., quem primo...Albertus Nemeth, assertur, presb., absque canonica constitutione...est assecutus...non obstante parochiali eccl. s. Marie de Waal...Vespr. dioc., quam obtinet, cuius fructus...decem fl. auri...valorem annuum non excedunt, eidem Benedicto de dicto rectoratu, quod beneficium simplex existet, nec ei cura inminet altaris, cuius fructus vigintisex fl. auri... valorem annuum non excedunt,...providere dign(etur)...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 282., fol. 240-240^{v}. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. 10.656., II. p. 278. - ED.: Mon. Rom. Vespr. III. p. 84-85. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. II. p. 71., nr. 138.

1035 Nagybánya, 1433. febr. 20.

(In Riuulodominarum, f. VI. a. carnispriv.) Magistratus civitatis Rivulidominarum iudici et iuratis civibus civitatis Budensis...noveritis nos litteras vestrarum providentiarum in causa et causis inter Nicolaum dictum Wasserpauch concivem nostrum...et Iohannem dictum Cammermeister coram vestris probitatibus motis...recepisse, atque contenta in eis sane percepisse et quia...a nobis cupitis in ipsis factis expedire veritatem, vestris honorandis providentiis...taliter duximus de premissis rescribendum, quod in anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo primo circa festum b. Michaelis archangeli[1] ...nobilis...Andreas Czansick de Ragusio, familiaris et commissarius...domini Georgii

...ducis Rascie et domini Albanie, nobis... eiusdem domini Georgii patentes litteras presentavit... continentie infrascripte: Qualiter providus... vir, Iohannes Cammermeister eidem Andree Czansick nomine et in persona dicti domini... despoti cameram suam Riuulidominarum, cuius tunc temporis... erat gubernator, unacum omnibus suis pertinentiis et redditibus universis, necnon quandam notabilem et magnam pecuniarum summam deberet effective consignare. Qui quidem Iohannes Cammermeister personaliter astans coram nobis respondit ex adverso, ut cameram illam unacum suis pertinentiis... eidem Andree libenti animo vellet consignare, ymmo assignaret eo facto, sed nullam pecuniarum summam ipso tempore haberet, quam eidem posset presentare. Quibus auditis... Andreas Czansick retulit se non posse cameram ipsam sine pecuniis acceptare..., sed ad dominum suum vellet remeare. Quo peracto... Iohannes Cammermeister mox... protestatus est in hunc modum: Qualiter nec ipse supradictam cameram Riuulidominarum vellet diutius conservare, neque se de redditibus suis peramplius quomodolibet impedire, sed quantocius posset, recedere vellet ab eadem et sic sequenti nocte ab eadem camera se transtulit et recessit; de promissione sepedicti Iohannis Cammermeister... causa deliberationis in crastinum aut diem tunc sequentem terminum assumpsisse nos penitus ignoramus; de inebriatione familiarium suorum vel etiam de eorum inclusione nobis etiam nichil constat, neque de eorum factis secretis et occultis in huiusmodi causa vestras prudentias possumus ulterius informare...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Magistratus civitatis Budensis 1433. mart. 31. Arch. Civit. Cassoviensis (Kosice.) Collectio Schwartzenbachiana nr. 190. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

[1] 1431. sept. 29.

1036 Roma, 1433. febr. 24.

(Rome, ap. S. Petrum, VI. Kal. Mart., a. II.) S(anctissime) p(ate)r (scil. Eugenius papa IV.) Dudum capella s. trium regum eccl. parochialis b. Marie virg. Budensis Wespr. dioc. que exempta cum clerico ipsam regente ac sedi ap. immediate subiecta existit, per quendam bone memorie Johannem Ellenpeck opidanum Budensem et de eius bonis... edificata, constructa, dotata et consecrata pro uno presbitero seculari... et per ipsum regenda... fuit; et licet... a tempore ipsius fundationis per tres ministros et capellanos... fuerit gubernata, ultimo tamen vacans per mortem Johannis de Paradiso communiter dicto defunctos, devotus vester Martinus de Zylina, rector parochialis eccl. b. Marie supradicte, ad quem ut ad rectorem ipsius eccl. pro tempore existentem ex primeva... fundatione Johannis Ellenpeck memorati et ad plebanos, qui pro tempore fuerint, ipsius ius presentandi ...dinoscitur pertinere, devotum Nicolaum Baran de Tesschin, presbiterum Wratislavien. dioc. presentavit ad eandem ipsumque etiam facultate et auctoritate a s. sede apostolica sibi et plebanis pro tempore existentibus ecclesie supradicte gratiose concessa instituit et investivit ad eandem; hesitatur tamen a nonnullis ipsam capellam ad sedem apostolicam vel per loci ordinarium a tempore fundationis huiusmodi non fuisse erectam seu confirmatam. Ad tollendam igitur eandem dubitationem huiusmodi supplicatur S. v. pro parte exponentis memorati, vidl. Nicolai Baran de Teschin, quatenus ipsam capellam, sic, ut premittitur, fundatam, erectam et consecratam auctoritate sedis apostolice... confirmare - cuius fructus ...decem marcharum argenti... valorem annuum non excedunt - ipsumque Nicolaum Baran taliter, ut predicitur, presentatum ad eandem... de novo instituere... ad eandem, ipsumque confirmare dignemini... non obstante altari s. Nicolai in parochiali eccl. Tessihniensi...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 1283., fol. 195-195^{v}. PHOTOCOPIA: Coll. Musei Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. Dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. 10.656. (Nunc deest). - ED.: Mon. Rom. Vespr. III. p. 84-85. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. II. p. 71., nr. 139.

Iudex, iurati universique cives civitatis Budensis in causa a Nicolao dicto Wasserpauch, cive civitatis Rivulidominarum contra Iohannem Kammermeister, sollicitatorem camerarum regalium de Smölnicz et Gilnicz coram ipsis mota in favorem in causam attracti iudicant.

ORIG.: Membr. cum fragmento sig. minoris (35 mm) rubri tergo appressi. In dorso manu coaeva Cum despotus dux Rascie tenuit cameram in Riuulodominarum, tunc quidam Nicolaus Wasserpauch tanquam actor procedens iure mediante contra Iohannem Cammermaister tanquam attractum ex parte camere Riuulidominarum; hic attractus obtinuit causam Bude, videlicet in monte Pestiensi: dant testimonium adnot. est scripta. Arch. Civit. Cassoviensis (Kosice.), Collectio Schwartzenbachiana nr. 190. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

Nos iudex castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus tenore presentium significantes quibus expedit universis. Quoniam et iuris ordo requirit et via rationis expostulat, ut ea, que provide sunt acta, rite et etiam testimonio solidentur litterarum, ne eventu temporum pravorum astuta inquietatione a sue rectitudinis tramite deprimi seu infringi aliquatenus videantur, proinde ad universorum notitiam tam presentium quam futurorum harum serie volumus pervenire, quod cum in anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo tertio, feria secunda proxima post diem festi epiphaniarum domini[1] providus vir Nicolaus Wasserpauch dictus, civis civitatis Riuulidominarum in nostri venisset presentiam exposuissetque nobis gravi cum querela, quomodo ipse per Iohannem Kammermeister, solicitatorem camerarum regalium Smölnicz et Gilnicz, dum in absentia sui cameram Riuulidominarum cum pertinentiis et proventibus eiusdem camere tenuisset, percepisset dampna valde magna, pro eo ipse querulans a nobis iuris auxilium contra eundem Iohannem Cammermeister sibi fieri prece instantissima postulasset. Tandem apparentibus coram nobis ambabus partibus, dictas partes, priusquam ipsarum partium propositiones et responsiones audivissemus, requisitos habuimus, utrum huiusmodi ipsorum causas, quas, coram nobis proponere intenderent, hic, coram sede nostra iudiciaria terminare et iurium nostre civitatis pronuntiationi stare velint et firmiter obedire, an ne. Dicte vero partes assumpserunt concorditer, quidquid inter ipsas partes per nos iuris ordine pronuntiatum fuerit, sine ulterioribus appellationibus firmiter tenere et obedire, in nulloque contravenire, nec causas ipsorum coram nobis de presenti terminandas a sede nostra iudiciaria quoquomodo ulterius vellent appelare. Hoc facto prenominatus Nicolaus Wasserpauch exhibuit nobis quandam litteram patentem, sigillo illustris principis ac domini domini Georgii Maroff dicti, ducis Rascie, consignatam, universaliter et supplicative loquentem, cuius tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis: Serenissime ac gloriosissime principi, domine domine Barbare, dei gratia Romanorum ac Hungarie regine etc(etera), reverendissimis in Christo patribus, regni Hungarie prelatis, necnon magnificis potentibus viris, dominis et fratribus nostris eiusdem regni Hungarie baronibus, militibus, nobilibus et possessionariis viris ipsorumque castellanis, officialibus, comitibus et vicecomitibus, iudicibus iuratisque civibus tam libertatarum, quam aliarum civitatum per universum regnum Hungarie constitutis et in futuris constituendorum[a] Georgius dei gratia regni Rascie despotus et dominus Albaniensis seipsum et cum sincera firmitate salutem. Quoniam Nicolaus Wasserpauch vocatus, civis et alias camerarium Camere nostre Riuulidominarum habuit secum socium in dicta Camera Johannem Cammermeister dictum, et dum prefatus Nicolaus Wasserpauch vocatus ad nos venisset causa reddendi nobis rationem de tempore, quo tenuit dictam Cameram, et dum ipse Nicolaus remansit nobis dare plurimam quantitatem pecuniarum et ob hoc ipsum erga nos retinuissemus et ad occupandum Cameram prefatam Riulidominarum familiarem nostrum fidum et dilectum Andream Czansick transmitteremus, idem Johannes Cammermeister nocte immediate sequenti furtive de dicta Camera cum omnibus proventionibus auri et argenti et promptis pecuniis discessit et alibi asportavit in maximum dampnum et detrimentum dicti Nicolai et Camere nostre prefate. Idcirco prefate reginali maiestati humiliter supplicamus, ac prefatas magnificentias, dominationes, fraternitates et nobilitates deprecamur harum serie diligenter, quatinus dum et quando prefatum Nicolaum Wasserpauch dictum cum presentibus nostris litteris ad castra, civitates, oppida, villas ac possessiones, ac quelibet loca vestra accedere contigerit pro sequendo et inquirendo prefatum Johannem Cammermeister, personam ipsius et quelibet sua et ipsum contigerit

invenire, tunc ob amorem iustitie et nostre fraternitatis intuitu, ipsum Johannem et omnia bona sua arrestari faciatis, ipsi quoque Nicolao contra et adversus prefatum Johannem iudicium et iustitiam cum omnimoda satisfactione impendatis, nostris vero castellanis, comitibus, vicecomitibus, magistris iudicibus et quibuscunque officialibus quibuscunque nominibus censentur per universum regnum Hungarie constitutis et in futurum constituendis hoc idem, quod alios, rogamus faciendum, illudmet precipimus firmiter faciendum. Datum in Semedio, die vigesima mensis Augusti, anno etc(etera) XXXII°. Presentes tamen post earum lecturas semper reddi petimus presentanti. Datum ut supra.[2]

Post lecturam vero dicte littere predictus Nicolaus Wasserpauch, prout actor, proposuit actionem suam contra prenominatum Iohannem Cammermeister velut in causam attractum in hunc modum: Quod dum ipse ultra revolutionem unius anni per dominum Georgium Maroff ducem Rascie, videlicet despotum, pro quadam magna quantitate pecuniarum detentus fuisset et cameram Riuulidominarum cum omnibus utilitatibus et proventibus eiusdem resque et bona sua clavesque ad eadem bona pertinentes eidem Iohanni Cammermeister commisisset tenendam et gubernandam ipseque Iohannes Cammermeister, dum prenominatus dominus despotus quendam familiarem suum fidelem, videlicet Andream Czansick dictum pro occupatione dicte Riuulidominarum camere et pro perceptione cuiusdam magne quantitatis pecuniarum summe ultra decem millia florenorum auri se extendentis a predicto Iohanne Cammermeister cum certis litteris transmisisset, idem vero Iohannes Cammermeister, licet resignationi dicte camere non contradixit, tamen dictam pecunie summam minime expedire curavisset, ideo ipse Andreas Czansick dictam cameram sine perceptione huiusmodi pecunie assumpmere noluisset modo aliquali, sed voluisset ad dominum suum sine omni dilatione remeare, ipse quoque Iohannes Cammermeister promissionem suam causa deliberationis usque diem crastinum minime tenendo, familiaribus suis inebriatis et in quadam domo reclusis, cum diversis bonis eiusdem Nicolai Wasserpauch, videlicet auro et argento promptaque pecunia ultra valorem summe decem millium florenorum auri se extendentis de dicta camera in silentio sequentis noctis se furtive alienasset in ipsius Nicolai Wasserpauch et dicte camere dampnum valde magnum. Audita itaque et intellecta actoris propositione, attractus, videlicet Cammermeister, recepit terminum respondendi ad proximam per nos iuris celebrationem. Qua occurrente, comparentibus ambabus partibus renovataque ipso actore sua propositione, per modum, ut supra patuit, attractus vero audita, contra ipsam huiusmodi propositionem, qua ipsum actor suo honore privare et ipsum scandalizare voluisset, respondit: Domini iudex et iurati, huiusmodi actoris propositioni respondere non recuso, sed peto humiliter, quod ante omnia inter nos iudicanda huiusmodi dehonestationis sententia agnoscatur et inter nos pronuntietur ordine iuris. Insuper ipse attractus, videlicet Iohannes Cammermeister respondit contra propositiones actoris eo modo, quod hoc bene verum foret, quod ipse actor pro quadam quantitate pecuniarum per dominum despotum detentus fuisset et ipse dictam cameram Riuulidominarum tenuisset et cum familiares domini despoti ad occupandam eandem cameram et postulandam quandam magnam quantitatem pecuniarum ab ipso cum certis litteris venissent, ipse attractus dictam cameram paratus fuisset benivole resignare, sed tam magnam quantitatem pecuniarum non valuisset, nec potuisset expedire, pro eo idem Andreas Czansick cameram pretactam assumere noluisset modo aliquali, tunc et ipse attractus dictam cameram ulterius tenere omnino recusasset dicens eidem Andree, si Nicolaus Wasserpauch tantam quantitatem pecuniarum in reposito haberet, quare non direxit sibi clavem ad eandem; ex quo idem Andreas Czansick circa dictam cameram manere noluisset, ideo et ipse attractus sine omni dilatione recedere voluisset ab eadem, quia eandem cameram cum propriis pecuniis tribus ebdomadis ultra tenuisset, quam debuisset, quod protestatus fuisset coram iudice et iuratis Riuulidominarum et non promisisset diem crastinum causa deliberationis expectare, nec inebriasset familiares suos, nec eosdem in domo reclusisset, nec etiam aurum et argentum, nec aliquam pecuniam, suam aut dicte camere vel aliquas res suas aut bona secum alienasset, neque furtive recessisset, sed cum scitu et protestatione coram iudice et iuratis Riuulidominarum facta a camera pretacta nocte sequenti suum disposuisset recessum, quod hoc verum foret cum eisdem iudice et iuratis civibus Riuulidominarum assumpsit se probaturum. Actor, videlicet Nicolaus Wasserpauch, similiter ad protestationem et fassionem predictorum iudicis et iuratorum se admisit. Nos itaque ambarum partium huiusmodi protestationibus et propositionibus annuentes ipsarumque partium propositiones et responsiones presentibus conscriptas pretactis iudici et iuratis Riuulidominarum duximus transmittendas committentes eisdem partibus, ut in tribus quindenis[3] a data

presentium cum fassionibus prescriptorum iudicis et iuratorum Riuulidominarum in dicto facto iidem actor et attractus coram nobis debeant sine omni dilatione comparere, que pars ipso termino coram nobis non comparuerit, eo facto causam suam perdidisse dinosceretur. Completis itaque tribus quindenis, partibus predictis, ut pretactum est, per nos assignatis, comparentibusque coram nobis ambabus partibus, prenominatus Nicolaus Wasserpauch, videlicet actor, presentavit nobis quandam litteram sigillo civitatis Riuulidominarum sigillatam per eiusdem civitatis iudicem et iuratos cives nobis transmissam, cuius tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis: (Vide nr. 1035. Magistratus civitatis Rivulidominarum 1433. febr. 20.)

Nos quidem viso huius littere tenore totoque processu eiusdem intellecto, audientibus et intellectis earundem partium propositionibus et responsionibus, ut supra continetur, sententiam inter dictas partes hoc modo duximus enodandam et pronuntiandam: Quod quia prenominatus Nicolaus Wasserpauch, videlicet actor, dictum Iohannem Cammermeister huiusmodi horribilibus verbis et inculpationibus coram sede nostra iudiciaria publice propositis scandalizare et honore suo privare voluisset, assumpsissetque cum viris providis iudice et iuratis civitatis Riuulidominarum huiusmodi suas propositiones erga attractum comprobare, quod vero idem actor facere non potuit, nec valuit, ut in littera prescriptorum iudicis et iuratorum Riuulidominarum presentibus inserta lucide continetur, ideo iudicantes commisimus, ut ipse Nicolaus Wasserpauch ad proximum terminum iuridicum ante consistorium nostrum stans publice os suum tribus vicibus tangere debeat dicendo: quidquid erga Iohannem Cammermeister locutus sum, ipsum in hac causa dehonestando, mentitus sum. Ipsa vero die iuridica seu termino eidem Nicolao Wasserpauch ad sustinendum et perficiendum penam sibi iure impositam, ut pretactum est, occurrentem non comparuit, ideo idem Nicolaus Wasserpauch, videlicet victus, pro huiusmodi contumacia succumbit erga in causam attractum, videlicet Iohannem Cammermeister prescriptum in marcis decem et erga iudicem similiter in marcis decem dictante ordine iuris. In cuius rei memoriam presentes litteras sigilli nostri munimine roboratas ad instantem ac iuri consonam petitionem Iohannis Cammermeister predicti pro tuitione defensioneque sui honoris duximus concedendas uberiorem ad cautelam, ne ipse Iohannes Cammermeister ammodo et in antea ratione previa propter personas protervientes videatur impediri seu aggravari modo aliquali. Datum feria quinta proxima ante dominicam **Ramispalmarum**, anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo tertio.

[1] 1433. jan. 12.
[2] 1432. aug. 20.
[3] 1433. febr. 23.

[a] recte: constituendis

1038 1433. apr. 24.

(In Georgii.) Nos capitulum ecclesie Waradiensis m. comm., quod mag. Laurentius filius Iohannis filii Andree filii Kesa de Chytar... in sua, item... domini Nicolai archidiac. Segwsdiensis et can. eccl. Wesprimiensis fratris carnalis, necnon Iohannis et Deodati filiorum suorum in personis nobis protestabatur eo modo: Quomodo... dominus... Sigismundus rex possessionem ipsorum Cala Kaladei nuncupatam, nunc habitatoribus destitutam, in cuius facie alias condam Rewz in fluvio Ipol molendinum construxisset, inter possessiones Dehtar, Patak, Wesche, Balogh et Inanch, in comitatu Hontensi adiacentem Petro Reyher civi Budensi titulo pignoris tradidisset; unde habita huiusmodi protestatione, ... dominum regem a donatione et collatione, memoratum autem Petrum Reyher et alios quoslibet ab impignoratione, pro se occupatione, detentione, seque ipsum in dominium eiusdem quovis quesito colore intromissione... et quarumlibet utilitatum perceptione seu percipi factione... prohibuit coram nobis...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. tergo appressi. In dorso manu saec. XVI. adnot.: In Laurentium de Chytar protestationalis est scripta. Arch. Saec. Primat. Strig. Lad. F., nr. 67. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

1039 1433. apr. 28.

(F. III. p. Georgii.) Capitulum ecclesie Budensis... ad univ.... not. h.s. volumus pervenire, quod. nob. domina Vrsula..., filia condam Ladislai de Kysthatha, nunc vero consors Michaelis pistoris, inhabitatoris suburbii castri Budensis... coram nobis (cum onere)... confessa extitit in hunc modum: Quod cum ipsa fuisset filia condam Ladislai nobilis de Kysthatha (et)... in sua virginitate... per... patrem suum dicto Michaeli pistori, inhabitatori castri Budensis, homini scilicet ignobili matrimoniali federe fuisset data,... quarta parsque eiusdem possessionis Kysthatha eo, quia homini ignobili copulata extitisset, de iure et consuetudine regni sibi provenire debuisset. Tandem defuncto... patre suo per defectum seminis masculini ipsa possessio Kysthatha ad manus regias de iure... devoluta extitisset (et)... eadem regia maiestas sepedictam possessionem... de manibus suis regiis in concambium... capitulo eccl. Strigoniensis dedisset,... ipsaque domina Vrsula annotatum capitulum... pro suis iuribus quartalitiis cum portione possessionaria provenire debentibus in presentiam domini palatini in causam attraxisset, (que partes)... nunc... ex ordinativa compositione proborum et nobilium virorum... ad talem pacis et concordie devenissent unionem: quod... domina Vrsula... quartam partem... possessionis Kysthatha, portionem scilicet suam, ac alia universa sua iura muliebrilia de dicta possessione... provenire debentia memorato capitulo... pro octuaginta fl. puri auri, boni et iusti ponderis... vendidisset,... nullum ius... in dicta quarta parte... sibi reservando,... universasque litteras... in prosecutione dicte quarte partis annotate possessionis Kysthatha hucusque emanatas vanas... viribusque carituras reliquissent... nostri in presentia...

ORIG.: Membr. in inferiore parte litteris ABC intercisa, cum plica et fragm. sigilli de filo sericeo rubri coloris pendentis. In dorso manu saec. XV-XVI. sequens adnot. est scripta: Fassio super quarta parte possessionis Kysthata. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 30., fasc. 1., nr. 1. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Esztergomi főkápt. birtokai p. 197-198.

1040 Buda, 1433. maj. 8.

(Bude, in apparit. Michaelis.) Sigismundus... Hungarie... rex... capitulo eccl. Budensis... Dicitur nobis in personis... capituli... Strigoniensis, quomodo ipsum in dominium quarte partis possessionis Kysthatha et suarum pertinentiarum in comitatu Strigoniensi existentis, ratione cuius ipsi cum nob. domina Vrsula filia Ladislai de eadem Kysthata, consorte videlicet Michaelis pistoris, inhabitatoris suburbii civitatis nostre Budensis hactenus in lite fuissent et nunc cum eadem domina concordassent, ipsos omnis iuris titulo concernentis legitime vellent introire. Super quo fidelitati vestre... mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem,... quo presente Iohannes de Wadach, aut Petrus de Corwa, sive Blasius de Pyske, neve Gregorius filius eiusdem, ceu Elias, neve Blasius, aut Gregorius de Pysky, sin Iohannes filius Stephani, an Gregorius de Kysbela, aliis absentibus homo noster ad faciem dicte quarte partis possessionis Kysthata vicinis et commetaneis eiusdem ... convocatis et presentibus accedendo introducat prefatum capitulum in dominium eiusdem, statuatque eandem eidem iure sibi incumbenti perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum; contradictores vero, si qui fuerint, evocet ipsos contra annotatum capit. nostram in presentiam ad terminum competentem rationem contradictionis eorum reddituros...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capitulum Budense 1433. maj. 28. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 30., fasc. 1., nr. 4. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca)

1041 1433. maj. 8.

(In apparit. Michaelis.) Nos capitulum ecclesie Budensis m. comm. t. pr. signif. quibus exp. univ., quod Iohannes filius condam Iacobi litterati civis civitatis Veterisbudensis reginalis... in sua ac domine Clare matris et Ladislai fratris suorum personis (cum onere) ... confessus extitit..., quomodo ipse... mente recolens, ut condam Iacobus pater suus religiosas dominas sanctimoniales claustri b. virginis de... Veteribuda pretextu possessionis Kyrwa vocate... in causam attraxisset, ipsaque causa... ipsis dominabus magnas fatigas et expensas intulisset; et quia idem Iacobus pater suus in eadem possessione Kyrwa aliquod ius habere non agnovisset, ideo ipsam litem... condescendi... fecisset; ipseque Iohannes nunc... suo et aliorum predictorum nominibus... ipsam possessionem... iure, quo ipsis pertinere dinoscitur,... eisdem sanctimonialibus et per consequens claustro earundem... in recompensam dampnorum per ipsum Iacobum eisdem... illatorum... donasset... et contulit coram nobis...

ORIG. :Membr. cum plica et sig. de filo sericeo pend. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 508. (Sign. ant. :V. Buden. Monial. Fasc. 3. No. 19.)

1042 Buda, 1433. maj. 15.

(Bude, f. VI. a. ascens.) Egregie vir, frater noster carissime ! Exponit nobis providus vir Georgius institor civis Budensis gravissima sub querela, quomodo Iohannes litteratus de Feyereghaz, iudex curie Bachyensis in nundinis circa dominicam Ramispalmarum[1] Bachye celebratis prefatum... institorem, iobagionem de nostro officiolatu, suis omnibus bonis privasset et... res et bona fere ad mille fl. auri puri se extendentia ab eodem... recepisset, hominesque et familiares vicecomitis nostri comitatus Bachyensis inibi tunc repertos quosdam ex eis verberasset et quosdam vulnerari fecisset... Super quo vestram... requirimus fraternitatem, quatenus dictas res et bona prefati Georgii institoris... ablatas... reddi..., de dictisque iniuriis hominibus vicecomitis nostri per eundem Iohannem litteratum... irrogatis ... satisfactionem impendi facere velitis...

Nicolaus de Gara,
regni Hungarie palatinus.

In dorso: Egregio viro Frankoni de Tallowcz, alias de Ragusio, capitaneo Nandoralbensi, fratri nostro carissimo.

ORIG. :Chart. pap. cum sig. viridi minore, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 85. 745. (Arch. famil. Sztáray.) - ED.: Sztáray: II. p. 300.

[1] 1433. apr. 5.

1043 Roma, 1433. maj. 22.

(Rome, II. die ascens.) Sigismundus... Hungarie... rex... magnificis Nicolao de Gara regni Hung. palatino, necnon comiti Mathius de Paloucz iudici curie nostre vestrasque in iudicatu vices gerentibus, cunctis etiam aliis regni nostri iudicibus et iustitiariis... Pro parte et in persona... capituli eccl. Strigoniensis nostre datur intelligi maiestati, quod cum alias ipsum capit. acceptis nostro et conventus de Saagh hominibus se in dominium... possessionis Kystata vocate, in comitatu Strigoniensi habite, per defectum seminis condam Ladislai de eadem Kystata ad manus nostras... devolute, per formam concambialis permutationis per nostram maiestatem pro quadam possessione ipsius capituli Kwrth vocata, in comitatu Nitriensi habita, cum additamento mille et quinquagentorum[a] florenorum per centum sub nostra expeditoria cautione de manibus nostris regiis eidem capitulo date,... iuxta regni nostri consuetudinem introduci et... sibi ipsi statui facere voluisset, tunc in

persona nobilis domine Vrsula nuncupate, filie prefati condam Ladislai de...Kystata, consortis...Michaelis pistoris, inhabitatoris suburbii castri nostri Budensis, ratione iuris quartalitii, quod ipsa...in eadem possessione Kystata se habuisse et habere debere, seipsamque post premissam concambialem permutationem per ipsum capitulum de dominio huiusmodi iuris quartalitii potentialiter exclusam fore allegasset, contradictio facta extitisset, ob quam...eadem domina Vrsula contra ipsum capit. ...evocata, huiusmodique causa vestri, scilicet palatini in presentia partes inter easdem...ventillata, ex quadam inadvertentia inter...partes usque ad executionem communis inquisitionis a vicinis et commetaneis dicte possessionis Kystata aliisque nobilibus conprovincialibus...comitatus Strig. super eo inter cetera, an ipsum capit. Strig. post prescriptam concambialem permutationem...dominam Vrsulam de dominio...iuris quartalitii, quod, ut premittitur, ipsa...in...possessione Kystata se habuisse et habere debere allegasset, potentialiter excluserint, vel ne, fiendam devenisset. Et quia tandem peracta huiusmodi communi inquisitione facto in premisso, pro ...domine Vrsule plures, quam dicti capituli parte nobiles attestantes reperti fuissent, ob hoc vos, palatine, seu vester in iudicatu vices gerens...dominam Vrsulam in dominium dicti iuris quartalitii intromitti, idemque ius quartalitium eidem domine statui facere, insuperque prefatum capit. ratione et pretextu huiusmodi iuris quartalitii vigore attestationis prefatorum nobilium...comitatus Strig. contra ipsam dominam in facto potentie convictum et aggravatum fore, aliis tamen nonnullis iudicibus et iustitiariis ac iurisperitis in octavis epiphaniarum domini...preteritis[1] vobiscum seu cum vices vestras gerente in iudicio consedentibus huiusmodi vestro iudicio utique repugnantibus, iudicialiter pronuntiare, ac committere voluissetis... Supplicatum itaque extitit nostro culmini pro parte...capituli..., ut sibi exinde nostro regali remedio succurrere dignaremur. Et quia nos per prius, dum... prefata possessio Kystata apud manus nostras regias habebatur, omnibus et singulis in eadem possessione se iura habere asserentibus et pretendentibus congruam impendimus satisfactionem, et super talismodi satisfactione per nos impensa litteras vestras, scilicet palatini expeditorias pro nostri parte extraxisse et in nostra domo tavarnicali repositas fore recordamur manifeste, ad scitum etiam...nostre maiestatis prelibata domina Vrsula in dicto iure quartalitio, si quod in dicta possessione habuisset, minime extitit et nec per officiales nostros nostris temporibus constitutis, neque per dictum capitulum de huiusmodi iure quartalitio unquam exclusa fuit et eiecta, sed cum prefato Michaele pistore, marito suo in pretacto suburbio Budensi permanendo, tempus et horam talismodi introductionis et statutionis pretitulato capitulo fiende eo, quod ipsa iam fatum capitulum aggravare valeret in hac parte, clam et sub taciturnitatis silentio expectasse manifeste perhibetur, nos etiam antefatum capitulum in dominio predicte...possessionis Kystata et pertinentiarum eiusdem vigore litterarum nostrarum superinde confectarum contra quoslibet impetitore, causidicosque et actores intra et extra iudicium propriis nostris laboribus et expensis expedire assumpsimus et conservare, ob hoc non obstante eo, quod procurator dicti capituli idem capitulum facto in predicto ad dictam communem inquisitionem asseritur submisisse, in pretactaque communi inquisitione plures pro...domine Ursule, quam dicti capituli parte nobiles attestantes reperti, iidem nichilominus attestantes non contigui vicini et commetanei ...possessionis Kystata, sed alii conprovinciales nobiles...comitatus Strig. fore asseruntur, memoratum capitulum rationibus ex premissis in dictis eorum iuribus aggravari et condempnari debere seu aliquod detrimentum pati nolumus modo aliquali, - fidelitati igitur vestre et vestrum cuilibet...mandamus, quatenus...latiori nostro mandato exinde nequaquam expectato..., tamdiu, donec nos ad...regnum nostrum Hungarie...revertemur, a iudicio et executione premisse cause partes inter prenotatas...supersedere, in eademque, ad cuiusvis instantiam, signanter...domine Vrsule per amplius procedere...nullatenus presumatis..., sed causam eandem...statu in eodem...ad...nostre maiestatis in...regnum nostrum Hung. reditum...prorogare debeatis et differre. Nos enim, aut noster procurator, causa in premissa,...prelibate domine Vrsule aut aliis, quibus opportunum fuerit, regno nostro in predicto respondebimus et respondebit pleno cum effectu; ymmo ...fidelitati vestre... iniungimus, ut illas possessiones portionesque et iura possessionaria, necnon res et bona predicti capituli, si quas et que occasione pretacti iuris quartalitii, aut alias qualitercunque ratione previa ab eodem capitulo occupastis seu abstulistis, eidem remittere et...restitui facere debeatis difficultate absque aliquali...

ORIG.:Membr. cum fragm. sig. secreti. In superiore margine et sub sigillo Commissio propria domini regis not. canc. legitur. In dorso manu saec. XVI. vocabulum Kistata est scriptum. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 30., fasc. 1., nr. 3. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

[a] recte: quingentorum

[1] 1433. jan. 13.

1044 1433. maj. 28.

(XVI. statut. / f. IV. p. apparit. Michaelis.) Capitulum ecclesie Budensis...ad univ. not. volumus pervenire, quod nos litteras...domini Sigismundi...Hungarie...regis ...statutorias nobis directas...recepimus in hec verba: (Vide nr. 1040. Sigismundus rex Hung. 1433. maj. 8.)...Nos...mandatis domini nostri regis obedire cupientes...,unacum ...Iohanne filio Stephani de Kysbela...magistrum Anthonium...concanonicum nostrum ad...statutionem faciendam... pro testimonio...duximus destinandum, qui...nobis... retulerunt, quod ipsi feria quarta...post festum apparitionis...b. Michaelis archangeli[1] ...ad faciem...quarte partis possessionis Kysthata...vicinis et commetaneis eiusdem... illic...convocatis et presentibus accedendo,...capitulum (Strigoniense[2]) in dominium eiusdem introduxissent et ipsis cum omnibus utilitatibus et pertinentiis iure ipsis incumbenti perpetuo possidendam statuissent...nullo...contradictore apparente...

ORIG.: Membr. in superiore parte litteris ABC intercisa, cum plica et filo sericeo rubri et viridis coloris sig. pend. iam deperditi. In dorso manu saec. XVI. scripta sequens adnot. legitur:Statutoria super possessione Kysthata in Strigoniensi comitatu. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 30., fasc. 1., nr. 5. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

[1] 1433. maj. 13.

[2] Vide nr. 1040 Sigismundus rex Hung. 1433. maj. 8.

1045 1433. jun. 20.

(III. die oct. corp. Chr.) Nos capitulum ecclesie Bachiensis m. comm., quod cum nos ad...petitionem Iohannis litterati de Feyreghaz, iudicis curie archiepiscopalis Bachiensis...Osvaldum custodem...concanonicum nostrum ad infrascripta...pro testimonio transmisissemus...,qui tandem...nobis retulit...,quod ipse octavo die festi...corp. Christi[1], die scil. sedis iudiciarie nobilium comitatus Bachiensis in civitate nostra Bachiensis celebrari solite...unacum Thoma de Waryad et Georgio de Kerek iudicibus nobilium eiusdem comitatus ad eandem sedem ipsorum accessisset, ubi vicecomites magnificorum dominorum Dese de Gara et Ladislai filii palatini de eadem, banorum Machoviensium ...quasdam litteras domini nostri regis eisdem nobilibus comitatus Bachiensis presentassent ...declarantes, quomodo quidam Georgius institor de Buda...domino nostro regi conquestus extitisset, quomodo prefatus Iohannes litteratus in nundinis diei cene[2] domini anni presentis Bachie celebrari solitis ab eodem Georgio minus iuste et indebite ac omni sua sine culpa pecunias aliasque res et bona sua ad valorem mille fl. auri se extendentia abstulisset. Super quo in eisdem litteris mandatum fuisset...Iohanni litterato, ut...prefatas res et bona ceteraque ablata eidem Georgio restitueret, alioquin...vicecomites ex parte eiusdem... dicto Georgio institori...impenderent satisfactionem. Ad quas...litteras idem Iohannes taliter respondisset: Quod hoc...verum foret, quod ipse prefatas res et bona eiusdem Georgii institoris, non tamen ad tantum valorem se extendentia, exigente culpa ipsius... propter delationem false monete ab eodem abstulisset, ad cuius...monete revisionem ab eisdem nobilibus certos nobiles...simulcum...iudicibus nobilium transmitti postulasset, qui ...ad predictam sedem congregati unacum prescriptis iudicibus nobilium ipsorum de medio Michaelem de Fewldwar, Iohannem de Naghwelgh, Michaelem et Andream filios Simonis de Zenth Iwan, Petrum de Ders, Stephanum Cheh, Petrum Kerezthes de Petrocz ad premissa,

presente... nostro testimonio, destinassent, qui... unacum... Iohanne litterato ad curiam archiepiscopalem Bachiensem... accessissent, idem Iohannes litteratus omnes res et bona prefati Georgii institoris sigillis annotatorum iudicum nobilium, necnon Stephani de Zenthmarton, alterius Stephani de Gyula et Ladislai filii Stephani de Naghwelgh consignatas et ligata coram eisdem exhibuisset et presentasset, qui quidem iudices nobilium ceterique nobiles prescripti duos ex eis ad memoratos vicecomites destinassent eosdem... rogando..., ut et ipsi ad predictam revisionem accedere et prefatum Georgium institorem transmittere deberent; ipsi vero vicecomites... nec personaliter venissent et nec eundem Georgium institorem illuc transmittere curassent, unde prefati iudices nobilium ceterique nobiles ad premissam revisionem destinati prefatas res et bona absque ulteriori revisione earundem sub predictis sigillis apud eundem Iohannem litteratum reliquissent...

ORIG.: Chart. pap. humore confecta cum fragm. sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 85.747. (Arch. famil. Sztáray). ED.: Sztáray II. p. 301-303.

[1] 1433. jun. 18.
[2] 1433. apr. 9.

1046 Roma, 1433. jul. 13.

(Rome, ap. S. Petrum, III. Id. Jul., a. III.... bea(tissime) p(ate)r ! (scil. Eugenius papa IV.) Cum ad ecclesiam parochialem s. Petri de Buda maxima Christi fidelium causa devotionis confluat multitudo, supplicat... Petrus Georgii de Chzan laicus Vespr. dioc. quatenus omnibus vere penitentibus..., qui eandem eccl. in festo s. Petri ceterisque festivitatibus superius descriptis (vide nr. 1053, 1071.) similem et eandem indulgentiam concedere dignemini...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 287., fol. 36. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. 10.656., II. p. 378. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. II. p. 84., nr. 197.

1047 Roma, 1433. jul. 13.

(Rome, ap. s. Petrum III. Id. Jul,, a. III.) B(eatissime) p(ater, scil. Eugenius papa IV.) Cum ad ecclesiam parochialem b. Marie Magdalene in Buda, Vespr. dioc., copiosa Christi fidelium causa devotionis confluat multitudo, (ex) parte... Georgii et Jacobi Nicolai de Buda supplicatur s(anctitati) v(estre), quatenus omnibus vere penitentibus... eandem ecclesiam in festo b. Marie Magdalene (et ceteris)... visitantibus indulgentiam concedere dignemini...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 287., fol. 36. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. Dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. 10.565. II. p. 578. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. II. p. 84., nr. 197.

1048 Roma, 1433. jul. 13.

(Rome, ap. S. Petrum, III. Id. Jul., a. III.) "S(upplicatio) Andree Bartholomei laici Vespr. dioc. (Eugenio papae IV.) de indulgentia... pro capella Corporis Christi in Buda dicte dioc. in festivitatibus Corporis Christi et aliis... danda..."

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 287., fol. 35. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. 10.656. II. p. 377. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. II. p. 84., nr. 197.

1049 Roma, 1433. jul. 13.

(Rome, ap. S. Petrum, III. Id. Jul,, a. III.)... supplicatur S(anctitati) v(estre) (scil. Eugenio papae IV.)... pro parte... Georgii et Jacobi Nicolai de Buda fratrum et eius uxoris, quatenus plenam absolutionem et integram remissionem omnium peccatorum suorum semel in vita et semel in mortis articulo concedere dignemini, et dum dictos fratres cum eorum familiaribus contra infideles quoscunque ire contigerit, eandem absolutionem et remissionem contritis et confessis misericorditer indulgere dignemini...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 287., fol. 36. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. Civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. 10.656., II. p. 378. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. II. p. 84., nr. 197.

1050 Roma, 1433. jul. 13.

(Rome, ap. S. Petrum, III. Id. Jul., a. III.)... supplicant S(anctitati) v(estre, scil. Eugenio papae IV.) Georgius et Jacobus prefati (vide nr. 1049.), quatenus reliquias de hac alma Vrbe deportandi licentiam... concedere dignemini...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Liber Suppl. 287., fol. 36. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. 10.656., II. p. 376. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. II. p. 84., nr. 197.

1051 Roma, 1433. jul. 15.

(Rome, in divis. apost.) Sigismundus... Hungarie... rex... Michaeli Iakch de Cusal Siculorum et... camerarum salium nostrorum comiti, necnon ipsius vicecamerariis in camera salium nostrorum in opido Zolnok... habita constitutis... Quamvis nos dudum... disposuerimus, ut fratribus heremitis ordinis s. Pauli primi heremite pro celebratione annualis capituli ipsorum in monasterio b. Laurentii martiris in promontorio Budensi situato fieri solita et amministratione necessariorum ad id requisitorum singulis annis sales ad trecentos fl. auri se extendentes de cameris salium nostrorum dari deberent ..., que... nostra dispositio per certa tempora in suo vigore fuit observata; tamen tandem, cum quilibet fl. auri Hungaricalis in toto regno nostro Hungarie cursum pro ducentis denariis cum moneta nostra filler vocata habuisset, seu duos fl. per centum de moneta iam nominata valuisset, camerarii salium nostrorum, qui super solutione prenarrate nostre dispositionis a nobis mandatum habuissent, dictis fratribus heremitis sales ad valorem sexcentorum fl. per centum dicte nostre monete filler vocate continuis temporibus assignassent; nunc autem, uti ex significatione prefatorum fratrum heremitarum nobis facta... displicenter intelleximus, vos ipsis fratribus heremitis... sales non ad valorem dictorum trecentorum fl. auri aut sexcentorum fl. per centum dicte nostre monete filler se extendentes, sed tantum ad valorem sexcentorum fl. per centum presentis monete nostre quartnik appellate eisdem fratribus heremitis solvere et assignare consuevissetis - in hiis... nostram dispositionem in tantum... diminuentes, ut ex huiusmodi vestra solutione et salium assignatione ipsis fratribus heremitis annuatim vix sexaginta fl. auri provenirent. Verum, cum nos ... elemosinariam nostram dispositionem in nullo... diminui velimus..., fidelitati... vestre ex certa nostra scientia... precipimus..., quatenus amodo in posterum singulis annis futuris perpetuis temporibus antefatis fratribus heremitis... vel eorum hominibus per ipsos ad id deputandis, harum scil. exhibitoribus..., postquam per eosdem fueritis requisiti,... de... camera salium nostrorum in Zolnok habita... sales ad pretactos trecentos fl. auri, fl. quemlibet auri... iuxta cursum seu valorem, quem eotunc fl. auri in civitate nostra Budensi habebunt, etiam si qualitercunque monete nostre varientur - computando, de dicta camera salium nostrorum in Zolnok habita... sine defectu aliquali... dare debeatis... Volumus insuper et vobis, prefate camere salium nostrorum in Zolnok habite vicecamerariis pro tempore... constitutis simili nostro sub precepto... committimus, ut dum et quandocunque per pretactos

fratres heremitas seu eorum homines pro premissorum salium assignatione ipsis fienda annuatim fueritis requisiti, non expectato speciali mandato... comitis Michaelis Iakch aut aliorum quorumcunque comitum salium nostrorum pro tempore existentium..., sed vigore presentium nostrarum litterarum tantummodo eisdem fratribus heremitis aut dictis eorum hominibus sales ad valorem pretactorum trecentorum fl. auri se extendentes... absque omni defectu dare debeatis... presentes in specie semper reddentes presentanti, pro expeditoria autem vestra... quotiens opus fuerit, litteras quittantiales vicarii generalis... fratrum heremitarum... monasterii b. Laurentii martiris in promontorio Budensi fundati pro tempore constituti pro vobis recipiendo... Et hoc idem iniungimus universis et singulis comitibus, camerariis et vicecamerariis pretacte camere salium nostrorum in Zolnok habite... futuris temporibus constituendis et pro tempore constitutis firmiter... observare et facere observari...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. impresso. In superiore margine et sub sig. Relatio Ladislai de Chap, alias vicecancellarii not. canc., in dorso vero manu saec. XVI-XVII. Super sales regie maiestatis capitulo heremitarum, (alia manu) Sigismondi regis (et iterum alia manu) Zolnok tantum adnot. sunt scriptae. Arch. Nat. Hung. Dl. 12.519. (Sign. ant.: Fasc. 5. No. 1.)

1052 Roma, 1433. jul. 21.

(Rome, ap. S. Petrum, XII. Kal. Aug., a. III.)... quia per quoddam statutum divise societatis draconice domini imperatoris ordinatum est, ut quilibet ditioni regni Hungarie subiectus in ipsam societatem receptus et recipiendus quolibet anno ad usum pauperum in hospitali s. Elizabeth, quod in Buda prefatus... imperator fundare et... dotare intendit, quinque fl. auri Hungaricales solvere teneatur et hec elemosina non videatur sufficere pro sustentatione pauperum in ipsum hospitale pro tempore colligendorum. Supplicat (Sigismundus rex Hungarie Eugenio pape IV.), ut dignetur... misericorditer annuere, ut decimas, quas monasteria Pechwaradiense et Waradinipetri in Budensibus territoriis et promontoriis habent, facta prius pro eisdem decimis dictis monasteriis debita recompensatione, possit et valeat annectere et incorporare supradicto hospitali; et quod ius patronatus ipsius hospitalis semper pertineat ad regem Hungarie et societatem divise draconice supradicte...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 287., fol. 194^{v}. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. Pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. 10.656., II. p. 453. - REG.: Mon. Rom. Vespr. III. p. 94.; Lukcsics: Dipl. pontific. II. p. 108., reg. 265.

1053 Roma, 1433. jul. 21.

(Rome, ap. S. Petrum, XII. Kal. Aug., a. I.) Desiderans (Sigismundus) imperator suam et omnium hominum christiane religionis salutem procurare et ad hunc finem anno quolibet in festo s. Trinitatis in Buda apud ecclesiam b. Petri martiris in suburbio Budensi situatam... reliquias sanctorum in sua potestate existentes publice facere ostendi, supplicat itaque..., quatenus dominus noster papa (Eugenius IV.) dignetur concedere et elargiri indulgentias in festo penthecostes... omnibus... qui tam de regno Hungarie, quam de aliis... terris exteris illac advenient et in dicto loco ac die ostensionis huiusmodi reliquiarum presentes intererunt.

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Liber 287., fol. 191^{v}. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. 10.656., II. p. 457. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. II. p. 107., nr. 261.

1054 Roma, 1433. jul. 21.

(Rome, apud. s. Petrum XII. Kal. Aug.) Eugenius (IV.) ep. servus servorum dei... archiepiscopo Strigoniensi... Cum..., sicut exhibita nobis... pro parte... in Christo filii nostri Sigismundi Romanorum imperatoris... petitio continebat(...)singuli... ex... societate draconica ipsius imperatoris iuxta... statuta per eundem... edita... pro refectione ac sustentatione pauperum, necnon infirmorum ac miserabilium personarum, qui in hospitali sancte Elisabeth opidi in Buda Vesprimiensis dioc.... existentis... pro tempore recipiuntur et quod prefatus imperator... competentibus redditibus et bonis decenter dotare proponit, anno quolibet quinque fl. auri monete Vngaricalis solvere sint astricti; et sicut eadem petitio subiungebat, dicti fl., qui ex solutione huiusmodi prefato hospitali cedunt, pro refectione et sustentatione... personarum huiusmodi non sufficiunt, et si fructus, redditus et proventus, qui ex decimis, quarum perceptio ad PechWaradiensis et Waradinipetri, ord. s. Benedicti Quinqueecclesiensis et Baciensis dioc. monasteria in territorio et promontorys dicti opidi pertinet, annuatim resultant monasteriis, ipsis condigna prius facta recompensatione, dicto hospitali... applicarentur..., ex hoc... pauperum, infirmorum et personarum indigentiis et necessitatibus multipliciter provideretur. Quare pro parte dicti imperatoris... nobis fuit... supplicatum, ut super hiis oportune providere... dignaremur. Nos igitur... huiusmodi... supplicationibus inclinati, fraternitati tue... mandamus, quatinus, si... imperator recompensationem huiusmodi... fecerit..., fructus, redditus et proventus ex decimis provenientes huiusmodi, necnon ius eas percipiendi prefato hospitali auctoritate nostra in perpetuum applices..., et insuper, si... appropriationem... per te fieri contigerit, ius patronatus dicti hospitalis regi Vngarie pro tempore existenti ac societati huiusmodi perpetuo concedimus...

ORIG.: Membr. cum plica et filo cannapis bullae plumbeae iam deperditae. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 520. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 68. No. 13.)

1055 Roma, 1433. jul. 24.

Bea(tissi)me p(ate)r ! Pro parte... Sigismundi Romanorum imperatoris ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc(tera) regis exponitur e(idem) S(anctitati) et dicitur, quod dudum ipse Sigismundus imperator quandam societatem laudabilem cum signo draconis fundavit et ad eandem plures principes, duces, marchiones, comites, barones et nobiles recepit, necnon pro eo manutentorem dicte societatis habendo respectum principaliter ad honorem dei et salutem animarum sociorum prefate societatis quedam statuta per socios eiusdem societatis servanda edidit, quibus inter alia cavetur, quod aliquo de dicta societate obeunte reliqui superstites socii, qui comode sepulture et exequiis illius interesse poterunt, personaliter debeant interesse, alioquin quilibet absentium sociorum pro saluto anime defuncti consocii triginta missas facere celebrari teneatur. Similiter, quod quilibet de eadem societate in memoriam cuiuslibet consocii eiusdem societatis defuncti unam vestem lugubrem facere fieri et una die aliquantulum eandem deferre, et deinde illam alicui pauperi Christi tradere sit astrictus, necnon quod singuli feriis sextis quilibet de eadem societate vestem nigram in memoriam passionis Jesu Christi deferre et in casu negligentie huiusmodi delationis quinque missas in memoriam quinque vulnerum Christi pro qualibet vice debeat facere celebrari. Item quod quilibet de dicta societate quotiens quolibet die prefatum signum dicte societatis non detulerit, esset obligatus facere celebrari quinque missas, quodque in qualibet supradictarum missarum, ad quas iuxta premissa quilibet dictorum fuerit astrictus, teneatur in eadem missa sacerdoti illam dicenti offerre quatuor denarios maioris monete argentee regni Hungarie, prout premissa in dictis statutis latius continentur. Et quia ipse dictus S(igismundus) imperator et rex, qui fuit origo et fundator dicte societatis timeret, quod forsan plures, quos in dictam societatem recepit vel oblivione vel nimia occupatione aut alias premissa omnia statuta iuxta ipsorum exigentiam prout promiserunt et spoponderunt non adimpleverunt nec forsan adimplebunt; unde cupiens ipsos omnes potius a quocumque peccato preservare quam aliquod peccatum seu excessum contra conscientias suas incurrere, cogitaveritque idem d(ominus) imperator et rex eum nonnullis sociis dicte societatis dicta statuta in alia pia et devota statua, scilicet quod quilibet ad dictam societatem receptus et recipiendus, si ditioni regni Hungarie fuerit subiectus, quolibet anno provisori hospitalis sancte Elizabeth in suburbio Budensi ad Calidas aquas Vesprimiensis dioc. ad sustentationem

pauperum Christi quinque florenos auri de Hungaria realiter assignare teneatur sub vinculo prestiti in sua ad dictam societatem receptionis tempore iuramenti, reliqui vero alterius ditionis anno quolibet, quo ad regnum Hungarie applicuerint, similiter quinque similes florenos ad dictum hospitale alias similiter quinque florenos quolibet anno ad usus pauperum, prout ipsis placuerit, assignare sint astricti commutare et a prioribus statutis plures, ut timetur laqueantibus recedere. Et quia forsan hesitari posset an premissa fieri possent sine auctoritate Romani pontificis, supplicat dictus Sigismundus imperator et rex s(anctitati) v(estre) (scil. Eugenio papae IV.), quatenus ipsum dominum imperatorem et omnes alios in dictam societatem prius receptos, qui prestiterant iuramenta de observandis prioribus statutis, qui scilicet aut ex oblivione aut nimia occupatione vel alias premissa statuta iuxta premissa non observarunt, neque adimpleverunt, super excessibus et culpis huiusmodi absolvere et insuper statuta nunc per ipsum dominum imperatorem super mutatione premissorum in solutionem florenorum quinque auri Hungaricalium, ut premissum est, ad hospitale sancte Elizabeth Budense anno quolibet ministrandorum facta approbare et confirmare et quod de cetero socii dicte societatis superiore tempore ac nunc recepti et in futurum recipiendi dictis posterioribus dumtaxat et non primis statutis sint astricti, dignemini decernere gratiose statutis prioribus predictis ipsorum status et tenoris habenda hic pro sufficienter expressis ac aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Fiat ut petitur. G. Datum Rome, apud Sanctum Petrum, nono Kal. Augusti, anno tertio.

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 287., fol. 189^{v}-190^{v}. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. 10.656., II. p. 469. - ED.: Mon. Rom. Vespr. III. p. 95-96.: Fraknói Vilmos: Genealogiai és Heraldikai közlemények a Vatikáni levéltárakból. Turul 11(1893)7-8. l. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. II. p. 110., nr. 269.

1056 Szécsény, 1433.jul.26.

(In Zechen, in Anne.) Reverendissime...domine...! Litteras vestre paternitatis... sane intelleximus, in quibus inter cetera scribit nobis..., quomodo Iohannes de Zeech unacum matre nostra carissima...a possessionibus nostris in Sala habitis...prohibuissent et vobis contradixissent...Ammonet etiam...v(estra) p(aternitas), ut quia tempus solutionis illorum quadringentorum fl. auri in Buda pro Angelo Ytalico instat et ideo, quid sagatius sit agendum, cogitare debemus...

Ladislaus de Zechen, v(estre) p(aternitatis) ad precepta pronus.

In dorso: Reverendissimo in Christo patri domino et domino Symoni episcopo ecclesie Wesprimiensis, patri ac seniori nostro sincere dilecto.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. viridis coloris, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 12.522. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 1551. No. 36.)

1057 (Esztergom), 1433. a. sept. 10.[1]

Coram vobis...domino Valentino lectore et canonico ecclesie Budensis, ac per... Dominum Georgium archiepiscopum Strigoniensem iudice et commissario deputato procurator...canonicorum et capituli ecclesie Strigoniensis...contra...dominum Ladislaum Soos dictum, pro abbate Pechwaradiensi se gerentem et conventum eiusdem monasterii Pechwaradiensis Quinqueecclesiensis dioc., iurisdictioni vero spirituali Strigoniensi immediate subiectos, seu quamlibet aliam personam pro eis in iudicio legitime intervenientem cum querela agit, proponit et dicit: Quod cum ecclesia parochialis sancti Andree apostoli de Sassad dioc. Vesprimiensis, immediate vero subiecta iurisdictioni ecclesie Strigoniensis ante quadraginta annos proxime elapsos vel circa et demum a quinquaginta et sexaginta et septuaginta annis vel ultra, cuius initii memoria hominum non extitit et per consequens plebanus pro tempore in ipsa ecclesia existens nomine ecclesie sue intra limites parochie eiusdem ecclesie omnes et singulas decimas vinorum plene et integre tam de vineis

antiquis, quam de novo plantatis seu plantandis, signanter vero de quodam predio seu terra Neveg vocata ipsius monasterii Pechwaradiensis, quod predium seu terra iure parochiali est subiecta ipsi ecclesie parochiali de Sassad, existens infra limites ipsius parochie de Sassad, percepit et levavit, fueritque in possessione percipiendi et levandi omnes et singulas decimas vinorum sue parochie et predii predicti monasterii; tandem cum circa predictum quadragesimum annum ipsa parochialis ecclesia sancti Andree de Sassad mense capituli et canonicorum ecclesie Strigoniensis cum omnibus suis iuribus et pertinentiis iure parochiali fuerit incorporata, predicti capit. et canonici universas et singulas decimas omnium vinorum de vineis tam ab antiquo, quam de novo plantatis seu plantandis in dicto predio monasterii provenientes et provenire debentes usque ad annos domini millesimo quadringentesimo vicesimo[a] vel circa iure parochiali ecclesie de Sassad a predicto quadragesimo anno perceperunt et levaverunt unacum aliis decimis vinorum ubique infra limites parochialis ecclesie de Sassad provenientes et provenire debentes, sed nescitur quo spiritu ductus... dominus Iohannes abbas predicti monasterii ante promotionem suam ad ecclesiam Collocensem factam[2], ac conventus et fratres dicti monasterii Pechwaradiensis circa predictum annum vicesimum de decimis vinorum dicti predii monasterii eosdem capitulum et canonicos ecclesie Strigoniensis de facto et indebite... spoliari fecerunt per quendam civem Budensem Onofrium, quem Onofrium ad recolligendas nonas vinorum de vineis predicti predii ipse abbas et conventus posuerant et locaverant[3], quas nonas vinorum dicti abbas et conventus iure dominii predicto predio[b] percipere consueti fuerunt et dictus Iohannes abbas quamdiu... monasterio prefuit et conventus... monasterii ipsos capitulum et canonicos ecclesie Strigoniensis spoliatos detinuerant, ipsiusque domini Iohannis abbatis successores abbates, vidl. Blasius et Ladislaus modernus eidem domino Iohanni abbati in vinculo spolii succedens ac conventus... in periculum animarum ipsorum a predicto anno vicesimo vel circa usque in hodiernum diem eosdem dominos canonicos et capitulum ecclesie Strigoniensis de decimis eiusdem spoliatos detinuerant et detinent de presenti... Que quidem decime annis singulis se ad ducentos fl. auri Hungaricalis... extendunt et extendi possunt... Quare,... domine iudex, procurator predictus, nominibus quibus supra petit per vos... decerni, declarari et pronuntiari predictam spoliationem, usurpationem... et impedimenta per dictos abbates seu abbatem et conventum Pechwaradiensem factis[c] fuisse et esse temeraria, illicita, iniusta et de facto presumpta, eosdemque Ladislaum abbatem et conventum a possessione seu verius:occupatione et detentione decimarum iuriumque et pertinentiarum earundem... per vos ammoveri, dictosque canonicos et capitulum ecclesie Strigoniensis... in et ad realem, corporalem et actualem possessionem earundem decimarum... per vos restitui..., dictosque abbatem et conventum in dictis ducentis fl. auri puri et iusti ponderis pro singulis annis a tempore spoliationis predicte, ac citra vacationem perceptionis earundem decimarum et in expensis in hac causa factis... per vos condempnari et ad solutionem earundem compelli vestra iudiciaria auctoritate diffinitivaque sententia mediante...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: a) Martialis ep. Ebroicensis, iudex et commissarius a gen. synodo Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque episcopi scribae 1434. jun. 3. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 5. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); b) Martialis ep. Ebroicensis, iudex et commissarius a gen. synodo Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque episcopi scribae 1434. jun. 3. confecto. > Capit. ecclesiae Budensis 1436. apr. 24. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 6. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

[a] recte: millesimum quadringetesimum vicesimum
[b] recte: predicti predii
[c] recte: facta

[1] Libellum hunc coram Valentino lectore et canonico ecclesiae Budensis, iudice a Georgio archiepiscopo Strigoniensi deputato 1433. a. sept. 10. fuisse oblatum ex litteris ipsius lectoris 1433. sept. 10. emanatis (vide nr. 1059.) et ex instrumento Martialis episcopi Ebroicensis, iudicis gen. conc. Basiliensis 1434. jun. 3. confecto (vide nr. 1075.) clare patet.

[2] Cr. 1426. Czinár M., Fejér György: Magyarország okmánytárának... tárgymutatója. Pest, 1866. p. 519.

[3] Cr. a. 1420.

1058 (Pécsvárad), 1433. a. sept. 10.[1]

...Nicolaus Petri de Pechwaradino, notarius ... conventus, procurator domini (Ladislai Soos) gubernatoris et conventus (monasterii loci eiusdem)... quosdam articulos et positiones loco libelli per modum reconventionis super facto decimarum quarundam vinearum antiquarum in territorio... possessionis Neweg (ad ecclesiam b. Andreae apostoli de Sasad iure parochiali pertinentis) adiecentium...iura...(dictorum) domini gubernatoris et conventus ...relevantes... contra... capitulum ecclesie Strigoniensis in iudicio... coram (Valentino lectore et canonico ecclesiae Veterisbudensis, iudice et commissario a... domino Georgio archiepiscopo Strigoniensi deputato)...proponit...

ORIG. vel TRANSCR.: Non extat. - MENT.: a) Valentinus lector et capit. ecclesiae Budensis, iudexque a Georgio archiepiscopo Strigoniensi deputatus 1433. sept. 10. > Idem in instrumento Georgii Nicolai de Benye, presb. Transsilvanensis dioc., publ. imp. auct. notarii 1433. oct. 14. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 3. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); b) Valentinus lector et can. ecclesiae Budensis, iudexque a Georgio archiepiscopo Strigoniensi deputatus 1433. sept. 10. > Idem in instrumento Georgii Nicolai de Benye, presb. Transsilvanensis dioc., publ. imp. auct. notarii 1433. oct. 14. confecto. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudexque a sede apost. delegatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. notarii, eiusdemque archiepiscopi cancellarii, secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); c) Nicolaus Petri de Pechwaradino, procurator gubernatoris et conventus monasterii loci eiusdem 1433. sept. 15. > Valentinus lector et can. ecclesiae Budensis, iudexque a Georgio archiepiscopo Strigoniensi deputatus in instrumento Georgii Nicolai de Benye, presb. Transsilvanensis dioc., publ. auct. imp. notarii 1433. oct. 14. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 3. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); d) Nicolaus Petri de Pechwaradino, procurator gubernatoris et conventus monasterii loci eiusdem 1433. sept. 15. > Valentinus lector et can. ecclesiae Budensis, iudexque a Georgio archiepiscopo Strigoniensi deputatus in instrumento Georgii Nicolai de Benye, presb. Transsilvanensis dioc., publ. imp. auct. notarii 1433. oct. 14. confecto. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. deputatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi cancellarii, secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); e) Valentinus lector et can. ecclesiae Budensis, iudexque a Georgio archiepiscopo Strigoniensi deputatus in instrumento Georgii Nicolai de Benye, presb. Transsilvanensis dioc., publ. imp. auct. notarii 1433. oct. 14. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 3. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); f) Valentinus lector et can. ecclesiae Budensis, iudexque a Georgio archiepiscopo Strigoniensi deputatus in instrumento Georgii Nicolai de Benye, presb. Transsilvanensis dioc., publ. imp. auct. notarii 1433. oct. 14. confecto. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. delegatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi cancellarii, secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); g) Valentinus lector et can. ecclesiae Budensis, iudexque a Georgio archiepiscopo Strigoniensi deputatus in instrumento Georgii Nicolai de Benye, presb. Transsilvanensis dioc., publ. imp. auct. notarii 1433. oct. 14. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 2. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); h) Martialis ep. Ebroicensis, iudex et comissarius gen. conc. Basiliensis in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque episcopi scribae 1434. sept. 11. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 7. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); i) Martialis ep. Ebroicensis, iudex et comissarius gen. conc. Basiliensis in instrumento Iohannis de Odeur, cler, Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque episcopi scribae 1434. sept. 11. confecto. > Capit. ecclesiae Budensis 1436. apr. 24. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 8. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); k) Martialis ep. Ebroicensis, iudex et commissarius gen. conc. Basiliensis in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque episcopi scribae 1434. sept. 11. confecto. > Dionisius card., archiep. Strig., iudex a sede apost. delegatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi cancellarii, secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto.

Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); l) Bernardus archipresb. Saccensis, iudex a gen. conc. Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. aug. 23. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 1. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); m) Bernardus archipresb. Saccensis, iudex a gen. conc. Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. aug. 23. confecto. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. delegatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi cancellarii, secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

[1] Exhibitio articulorum memoratorum necessario praecessit sententiam a Valentino lectore 1433. sept. 10. latam, quod ex duabus litteris eiusdem iudicis superius sub e. et g. citatis clare patet.

1059 (Óbuda), 1433. sept. 10. [1]

(Decima die Sept.) Valentinus lector et can. ecclesie Budensis, necnon iudex commissarius per... dominum Georgium archiepiscopum ecclesie Strigoniensis... specialiter deputatus... in causa... inter... dominos canonicos ecclesie Strigoniensis ut actores ab una, ac... dominum Ladislaum Soos... gubernatorem monasterii Pechwaradiensis et conventum loci eiusdem ordinis s. Benedicti ex adverso partibus ex altera de et super facto spoliationis decimarum vinorum cuiusdam ville Neweg dicte, nunc depopulate, ad ecclesiam s. Andree apostoli de Sasad iure parrochiali pertinentis et... capitulo Strigoniensi incorporatarum coram me mota et ventilata... usque ad litis contestationem et articulorum exhibitionem extitit processum...; pro parte vero... domini Ladislai gubernatoris et conventus... quidam articuli et positiones iure petitorio fuerunt exhibite et coram me producti, super quibus tandem... ad requisitionem partium predictarum procuratorum... interloquendo pronuntiavi, quod quia possessorium est a deo privilegiatum, suspenso petitorio in ipso possessorio interloquendo decrevi esse procedendum...

ORIG. :Non extat. - TRANSCR. : (sensualiter) a) Valentinus lector et can. Budensis iudexque a Georgio archiepiscopo Strigoniensi deputatus in instrumento Georgii Nicolai de Benye, presb. Transsilvanensis dioc., publ. imp. auct. notarii 1433. oct. 14. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 3. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); b) Valentinus lector et can. Budensis iudexque a Georgio archiepiscopo Strigoniensi deputatus in instrumento Georgii Nicolai de Benye, presb. Transsilvanensis dioc., publ. imp. auct. notarii 1433. oct. 14. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 2. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) c) Valentinus lector et can. Budensis iudexque a Georgio archiepiscopo Strigoniensi deputatus in instrumento Georgii Nicolai de Benye, presb. Transsilvanensis dioc., publ. imp. auct. notarii 1433. oct. 14. confecto. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis iudexque a sede apost. delegatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi cancellarii, secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53./2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - MENT. : a) Nicolaus Petri de Pechwaradino, procurator gubernatoris et conventus monasterii loci eiusdem 1433. sept. 15. > Valentinus lector et can. Budensis iudexque a Georgio archiepiscopo Strigoniensi deputatus in instrumento Georgii Nicolai de Benye, presb. Transsilvanensis dioc., publ. auct. imp. notarii 1433. oct. 14. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 3. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); b) Nicolaus Petri de Pechwaradino, procurator gubernatoris et conventus monasterii loci eiusdem 1433. sept. 15. > Valentinus lector et can. Budensis iudexque a Georgio archiepiscopo Strigoniensi deputatus in instrumento Georgii Nicolai de Benye, presb. Transsilvanensis dioc., publ. auct. imp. notarii 1433. oct. 14. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 2. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); c) Nicolaus Petri de Pechwaradino, procurator gubernatoris et conventus monasterii loci eiusdem 1433. sept. 15. > Valentinus lector et can. Budensis iudexque a Georgio archiepiscopo Strigoniensi deputatus in instrumento Georgii Nicolai de

Benye, presb. Transsilvanensis dioc., publ. imp. auct. notarii 1433. oct. 14. confecto. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis iudexque a sede apost. delegatus in instrumenti Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi cancellarii, secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); d) Supplicatio in facto appellationis pro parte abbatis et conventus monasterii Pechwaradiensis ad gen. conc. Basiliense 1434. a. jun. 3. interpositae. > Martialis ep. Ebroicensis, iudex commissarius gen. conc. Basiliensis in instrumenti Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque episcopi scribae 1434. jun. 3. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 5. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); e) Supplicatio in facto appellationis pro parte abbatis et conventus monasterii Pechwaradiensis ad gen. conc. Basiliense 1434. a. jun. 3. interpositae. > Martialis ep. Ebroicensis, iudex commissarius gen. conc. Basiliensis in instrumenti Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque episcopi scribae 1434. jun. 3. confecto. > Capit. ecclesiae Budensis 1436. apr. 24. Arch. Capit. Strig. Priv., Lad. 45., fasc. 2., nr. 6. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); f) Sigismundus rex Hungariae 1434. sept. 9. > Conventus monasterii Sexardiensis 1434. nov. 1. > Iohannes archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. deputatus in instrumento Ladislai de Dorogháza, cler. Agriensis dioc., publ. imp. auct. notarii, eiusdemque archiepiscopi scribae 1470. dec. 14. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 8., nr. 9. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); g) Supplicatio in facto appellationis pro parte abbatis et conventus monasterii Pechwaradiensis ad gen. conc. Basiliense 1434. a. sept. 11. interpositae. > Martialis ep. Ebroicensis, iudex commissarius gen. conc. Basiliensis in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque episcopi scribae 1434. sept. 11. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 7. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); h) Petitio Christiani procuratoris capituli Strigoniensis Martiali episcopo Ebroicensi, iudici gen. conc. Basiliensis 1434. a. sept. 11. porrecta. > Martialis ep. Ebroicensis, iudex gen. conc. Basiliensis in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii 1434. sept. 11. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 7. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); i) Supplicatio in facto appellationis pro parte abbatis et conventus monasterii Pechwaradiensis ad gen. conc. Basiliense 1434. a. sept. 11. interpositae. > Martialis ep. Ebroicensis, iudex commissarius gen. conc. Basiliensis in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. apost. auct. notarii, eiusdemque episcopi scribae 1434. sept. 11. confecto. > Capit. ecclesiae Budensis 1436. apr. 24. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 8. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); k) Petitio Christiani procuratoris capituli Strigoniensis Martiali episcopo Ebroicensi, iudici gen. conc. Basiliensis 1434. a. sept. 11. porrecta. > Martialis ep. Ebroicensis, iudex gen. conc. Basiliensis in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii 1434. sept. 11. confecto. > Capit. ecclesiae Budensis 1436. apr. 24. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 8. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); l) Supplicatio in facto appellationis pro parte abbatis et conventus monasterii Pechwaradiensis ad gen. conc. Basiliense 1434. a. sept. 11. interpositae. > Martialis ep. Ebroicensis, iudex commissarius gen. conc. Basiliensis in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque episcopi scribae 1434. sept. 11. confecto. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudexque a sede apost. delegatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. apost. auct. notarii, eiusdemque archiepiscopi cancellarii, secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); m) Petitio Christiani procuratoris capituli Strigoniensis Martiali episcopo Ebroicensi, iudici gen. conc. Basiliensis 1434. a. sept. 11. porrecta. > Martialis ep. Ebroicensis, iudex gen. conc. Basiliensis in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii 1434. sept. 11. confecto. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudexque a sede apost. delegatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi cancellarii, secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); n) Martialis ep. Ebroicensis, iudex commissarius gen. conc. Basiliensis in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque episcopi scribae 1434. sept. 11. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 7. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); o) Martialis ep. Ebroicensis, iudex commissarius gen. conc. Basiliensis in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque

episcopi scribae 1434. sept. 11. confecto. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudexque a sede apost. delegatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi cancellarii, secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch Nat. Hung. Filmotheca.); p) Supplicatio in facto appellationis pro parte abbatis et conventus monasterii Pechwaradiensis ad gen. conc. Basiliense 1434. a. Sept. 23. interpositae. > Martialis ep. Ebroicensis, iudex commissarius gen. conc. Basiliensis in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque episcopi scribae 1434. sept. 23. confecto. > Michael Iohannis de Siry, cler. Agriensis dioc., publ. imp. auct. notarius 1435. mart. 12. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 9. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); q) Supplicatio in facto appellationis pro parte abbatis et conventus monasterii Pechwaradiensis ad gen. conc. Basiliense 1435. a. jul. 29. interpositae. > Bernardus archipresb. Saccensis, iudex a gen. conc. Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. jul. 29. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 11. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); r) Supplicatio in facto appellationis pro parte abbatis et conventus monasterii Pechwaradiensis ad gen. conc. Basiliense 1435. a. jul. 29. interpositae. > Bernardus archipresb. Saccensis, iudex a gen. conc. Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. jul. 29. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 12. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); s) Supplicatio in facto appellationis pro parte abbatis et conventus monasterii Pechwaradiensis ad gen. conc. Basiliense 1435. a. jul. 29. interpositae. > Bernardus archipresb. Saccensis, iudex et commissarius a gen. conc. Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. jul. 29. confecto. > Capit. ecclesiae Budensis 1436. apr. 24. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 4. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); t) Supplicatio in facto appellationis pro parte abbatis et conventus monasterii Pechwaradiensis ad gen. conc. Basiliense 1435. a. jul. 29. interpositae. > Bernardus archipresb. Saccensis, iudex et commissarius a gen. conc. Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. jul. 29. confecto. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. delegatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi cancellarii, secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); u) Supplicatio in facto appellationis pro parte abbatis et conventus monasterii Pechwaradiensis ad gen. conc. Basiliense 1435. a. aug. 13. interpositae. > Bernardus archipresb. Saccensis, iudex et commissarius a gen. conc. Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. aug. 13. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 13. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); x) Supplicatio in facto appellationis pro parte abbatis et conventus monasterii Pechwaradiensis ad gen. conc. Basiliense 1435. a. aug. 13. interpositae. > Bernardus archipresb. Saccensis, iudex et commissarius a gen. conc. Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. aug. 13. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 12., nr. 5. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); z) Supplicatio in facto appellationis abbatis et conventus monasterii Pechwaradiensis ad gen. conc. Basiliense 1435. a. aug. 13. interpositae. > Bernardus archipresb. Saccensis, iudex et commissarius a gen. conc. Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. aug. 13. confecto. > Capit. ecclesiae Budensis 1436. apr. 24. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 14. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); a') Supplicatio in facto appellationis abbatis et conventus monasterii Pechwaradiensis ad gen. conc. Basiliense 1435. a. aug. 13. interpositae. > Bernardus archipresb. Saccensis, iudex et commissarius a gen. conc. Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. aug. 13. confecto. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. deputatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi cancellarii, secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); b') Supplicatio in facto appellationis pro parte abbatis et conventus monasterii Pechwaradiensis ad gen. conc. Basiliense 1435. a. aug. 23. interpositae.

> Bernardus archipresb. Saccensis, iudex a gen. conc. Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. aug. 23. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 1. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); c') Petitio magistri Iohannis Christiani procuratoris capituli Strigoniensis Martiali episcopo Ebroicensi, iudici a gen. conc. Basiliensi deputato 1435. a. aug. 23. porrecta. > Bernardus archipresb. Saccensis, iudex a gen. conc. Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. aug. 23. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 1. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); d') Supplicatio pro parte canonicorum et capituli ecclesiae Strigoniensis in facto executionis cuiusdam sententiae a Martiali episcopo Ebroicensi latae ad conc. Basiliense 1435. a. aug. 23. interposita. > Bernardus archipresb. Saccensis, iudex et commissarius a gen. conc. Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. aug. 23. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 1. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); e') Supplicatio in facto appellationis pro parte abbatis et conventus monasterii Pechwaradiensis ad gen. conc. Basiliense 1435. a. aug. 23. interpositae. > Bernardus archipresb. Saccensis, iudex a gen. conc. Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. aug. 23. confecto. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudexque a sede apost. delegatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi cancellarii, secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); f') Supplicatio pro parte canonicorum et capituli ecclesiae Strigoniensis in facto executionis cuiusdam sententiae a Martiali episcopo Ebroicensi latae ad conc. gen. Basiliense 1435. a. aug. 23. interposita. > Bernardus archipresb. Saccensis, iudex et commissarius a gen. conc. Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. aug. 23. confecto. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. deputatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi cancellarii, secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); g') Petitio magistri Iohannis Christiani procuratoris capituli Strigoniensis Martiali episcopo Ebroicensi, iudici a gen. conc. Basiliensi deputato 1435. a. aug. 23. porrecta. > Bernardus archipresb. Saccensis, iudex a conc. Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiter scribae 1435. aug. 23. confecto. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis iudexque a sede apost. delegatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi cancellarii, secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); h') Bernardus archipresb. Saccensis, iudex a gen. conc. Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. aug. 23. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3. nr. 1. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); i') Bernardus archipresb. Saccensis, iudex a gen. conc. Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost, notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. aug. 23. confecto. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudexque a sede apost. delegatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar cler. Transsilvanensis dioc, publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi cancellarii, secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); k') Gen. conc. Basiliense 1435. aug. 24. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 2. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); l') Gen. conc. Basiliense 1435. aug. 24. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); m') Gen. conc. Basiliense 1435. aug. 24. > Iohannes ep. Gurcensis, iudex a gen. conc. Basiliensi deputatus in instrumento Wernherii Corrigiatoris de Wyczenhusen, cler. Moguntinensis dioc., publ. auct. apost. et imp. notarii, eiusdemque episcopi scribae 1435. aug. 30. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 6. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); n') Gen. conc. Basiliense 1435. aug. 24. > Capit. ecclesiae Budensis 1436. apr. 24. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 5. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); o') Gen. conc. Basiliense 1435. aug. 24. > Mag. Barnabas lector et can. ecclesiae Vaciensis, commissarius a gen. conc. Basiliensi deputatus in instrumento Benedicti Michaelis de Rayk, cler. Vespri-

miensis dioc., publ. imp. auct. notarii 1436. jul. 21. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45. fasc. 12., nr. 4. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); p') Gen. conc. Basiliense 1435. aug. 24. > Iohannes ep. Gurcensis, iudex a gen. conc. Basiliensi deputatus in instrumento Wernherii Corrigiatoris de Wyczenhusen, cler. Moguntinensis dioc., publ. auct. apost. et imp. notarii, eiusdemque episcopi scribae 1435. aug. 30. confecto. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudexque a sede apost. delegatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi cancellarii, secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); q') Conc. gen. Basiliense 1435. aug. 24. > Mag. Barnabas lector et can. ecclesiae Vaciensis, commissarius a gen. conc. Basiliensi deputatus in instrumento Benedicti Michaelis de Rayk, cler. Vesprimiensis dioc., publ. imp. auct. notarii 1436. jul. 21. confecto. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudexque a sede apost. delegatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi cancellarii, secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

[1] Lege in litteris Valentini lectoris 1433. oct. 14. emanatis. (nr. 1064.)

1060 (Óbuda), 1433. sept. 15.

(XV. Sept.[1]) Coram vobis... domino Valentino lectore et canonico ecclesie Veterisbudensis iudiceque commissario per... dominum Georgium archiepiscopum ecclesie Strigoniensis in causa... super facto decimarum possessionis monasterii Pechwaradiensis Neweg vocate inter... prepositum, lectorem, cantorem, custodem et capitulum eiusdem ecclesie Strigoniensis actore ab una, parte... ex alia... dominum Ladislaum gubernatorem abbatie et conventum prefati monasterii Pechwaradiensis mota... in hac parte specialiter deputato, teque notario publico tamquam persona autentica ad hec legittime interveniente... ego Nicolaus Petri de Pechwaradino notarius dicti conventus procurator et procuratorio nomine ... domini gubernatoris et conventus animo appellandi dico et propono, quod quamquam quosdam articulos et positiones loco libelli per modum reconventionis super facto decimarum quarundam vinearum antiquarum in territorio prescripte possessionis Neweg adiacentium admissibiles, probabiles, nichilominus quoque iura prenominatorum domini gubernatoris et conventus prorsus relevantes et clarissime declarantes contra... capitulum ecclesie Strigoniensis in iudicio coram vobis obtulerim et exhibuerim, tamen vos, domine iudex, ob favorem partis adverse et sui pretensi procuratoris ad instantiam spretis, villipensis et non attentis, nec consideratis huiusmodi positionibus et articulis, ipsos articulos et positiones per vestram iniquam sententiam interlocutoriam repulistis et retrusistis in ipsorum domini gubernatoris et conventus preiudicium ac iuris periclitationem, dampnumque, et gravamen..., ob hoc, ego procurator supradictus, nominibus quibus supra..., a vobis vestraque huiusmodi iniquis interlocutoriis sententiis, aliis etiam... gravaminibus, ... ad... dominum... Eugenium... papam quartum et sanctam eius sedem apostolicam, ac si... necesse fuerit, ad... sacrum generale concilium Basiliense in hiis scriptis provoco et appello... ac apostolos peto reverentiales michi dari...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: a) Valentinus lector et can. ecclesiae Budensis, iudex et commissarius a Georgio archiepiscopo Strigoniensi specialiter deputatus in instrumento Georgii Nicolai de Benye, presb. Transsilvanensis dioc., publ. imp. auct. notarii 1433. oct. 14. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 3. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); b) Valentinus lector et can. ecclesiae Budensis, iudex et commissarius a Georgio archiepiscopo Strigoniensi specialiter deputatus in instrumento Georgii Nicolai de Benye, presb. Transsilvanensis dioc., publ. imp. auct. notarii 1433. oct. 14. confecto. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. delegatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi cancellarii, secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - MENT., quae eaedem esse videntur ad in sententia iudicis supradicti 1433. sept. 10. lata. (Vide nr. 1059.)

[1] Datum vide in litteris Valentini lectoris Budensis per Georgium Nicolai de Benye notarium publicum 1433. oct. 14. confectis. (Nr. 1064.)

1061 Roma, 1433. oct. 4.

(Rome, ap. S. Petrum, IV. Non. Oct.) Supplicat S(anctitati) v(estre, scil. Eugenio papae IV.)... Thomas de Buda, licentiatus in decretis, Jauriensis et Vaciensis eccl. canonicus, quatenus sibi... de rectoratu altaris s. Crucis in eccl. Zagrabiensi vacante per assecutionem archidiaconatus de Warasd ac canonicatus et prebende dicte eccl. per... Thomam Laurentii de Iwanich presbiterum Zagrabien. dioc., que in eadem eccl. ...obtinet..., cuius fructus... octo marcharum argenti... valorem annuum non excedunt, non obstantibus canonicatibus et prebendis..., quos in Jauriensi et Waciensi ecclesiis obtinet et quorum... fructus... viginti-quatuor fl. auri... valorem annuum non excedunt... providere dignemini...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 289., fol. 107[v]-108. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. 10.656., II. p. 587-589. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. II. p. 120. nr. 316.

1062 Firenze, 1433. oct. 6.

(Florentie, II. Non. Oct., a. V.) ...pater(sancte, scil. Eugenius papa IV.) ... Anastasius fil. nob. viri Forleche Duchamy, presb. Antbarensis dioc. per capitulum et populum ad... rectoriam s. Nicolai... castri (Novimontis) et s. Marie extra muros... ecclesiarum ad invicem auctoritate apostolica... unitarum... electus et... (Georgio) duci (Rascie) presentatus et per eum tamquam de iure patronatus loci, auctoritate ordinaria confirmatus existat; supplicatur igitur... S(anctitati) v(estre) prefatus Anastasius, quatenus electionem, presentationem et confirmationem prefatas... apostolica auctoritate confirmando ...de dicta ...rectoria s. Nicolai Novimontis et s. Marie extra muros eiusdem castri ecclesiarum..., cuius seu quarum fructus... quinquaginta fl. auri de Camera... valorem annuum non excedunt, per obitum... quondam Johannis Vogeli, eius... ultimi possessoris... sive per resignationem eiusdem Gregorii Pelni... in manibus dicti patroni, de ea seu eius... sponte factis vacantibus... eidem Anastasio dignemini providere...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 313., fol. 29[v]-31[v]. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. 10.656., II. p. 730-731., REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. II. p. 134. nr. 390.

1063 Roma, 1433. oct. 12.

(Rome, ap. S. Petrum, IV. Id. Oct., a. III.) Sanctisime p(ate)r (scil. Eugenius papa IV.) ! Dudum canonicatu et prebenda Jaurien. eccl.... per ...resignationem Symonis Johannis presb. Jaurien. dioc.... vacante... Thomas Armenus de Buda... in decretis licentiatus, cler. Vespr. dioc. de eisdem auctoritate ordinaria sibi provideri obtinuit... et ipsorum fructus... percepit. Cum autem idem Thomas... provisionem huiusmodi... dubitetur viribus non subsistere; pro parte eiusdem supplicatur, quatenus sibi... de dictis canonicatu et prebenda, quorum fructus... vigintiquatuor fl. auri... valorem annuum non excedunt,... non obstante canonicatu et prebenda Waciensis eccl. quos obtinet, quorum fructus... simili modo vigintiquatuor fl. auri... valorem annuum non excedunt, eidem Thome dignemini... providere...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 289., fol. 180-181[v]. - PHOTO-COPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. 10.656., II. p. 598-600. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. II. p. 121., nr. 320.

Valentinus lector et can. ecclesiae Budensis in causa decimarum villae Neweg per capit. Strigoniense contra gubernatorem abbatiae Pécsváradiensis et conventum loci eiusdem mota iudex a Georgio archiepiscopo Strigoniensi specialiter deputatus iudicans interloquendo pronuntiavit:suspenso petitorio in ipso possessorio esse procedendum; a cuius sententia in causam attracti ad generale concilium Basiliense provocaverunt, quorum appellationi deferens eandem his scriptis ad dictam synodum transmittit.

ORIG.: Membr. in forma transversa cum plica et sigillo annulari de filo sericeo aquilini coloris pend., necnon signo et subscriptione Georgii Nicolai de Benye, presb. Transsilvanensis dioc., publ. imp. auct. notarii. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 3. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - TRANSCR.: Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. delegatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi cancellarii, secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - MENT., quae eaedem esse videntur, ac in sententia iudicis supradicti 1433. sept. 10. lata, vide sub nr. 1059.

Sacrosancto generali concilio seu sinodo Basiliensi universalem ecclesiam representantem[a] in spiritu sancto legitime congregato, ac venerabilibus in Christo patribus in eodem presidentibus Valentinus lector et canonicus ecclesie Budensis, necnon iudex commissarius per reverendissimum in Christo patrem et dominum dominum Georgium archiepiscopum ecclesie Strigoniensis in causa certarum decimarum inter partes infrascriptas specialiter deputatus debitam reverentiam et honorem. Noverint eedem V(estre) R(everendissimi) P(aternitates), quod cum in causa, que[b] inter venerabiles viros dominos canonicos ecclesie Strigoniensis predicte ut actores ab una, ac honorabilem et religiosos viros dominum Ladislaum Soos dictum, gubernatorem monasterii Pechwaradiensis et conventum loci eiusdem ordinis sancti Benedicti in causam attractos ex adverso partibus ex altera de et super facto spoliationis decimarum vinorum cuiusdam ville Neweg dicte, nunc depopulate, ad ecclesiam sancti Andree apostoli de Sasad iure parrochiali pertinentis et ipsi capitulo Strigoniensi incorporatarum et eorum occasione coram me mota et ventillata ad certos terminos, videlicet usque ad litis contestationem et articulorum exhibitionem extitit processum, pro parte vero dictorum domini Ladislai gubernatoris et conventus per modum reconventionis quidem[c] articuli et positiones iure petitorio fuerunt exhibite et coram me producti, super quibus tandem articulis et positionibus ad requisitionem partium predictarum procuratorum decima die mensis Septembris de anno domini millesimo tricesimo tertio[1] interloquendo pronuntiavi, quod quia possessorium est a deo privilegiatum, suspenso petitorio in ipso possessionarie[d] interloquendo decrevi esse producendum[e]. Tunc XV. die dicti mensis Septembris Nicolaus Petri de Pechwaradino, procurator et procuratorio nomine dicti domini Ladislai gubernatoris et conventus eiusdem monasterii Pechwaradiensis ab eadem mea interlocutoria sententia ad vestram audientiam in scriptis appellavit et apostolos sibi per me dari petivit, cuius quidem appellationis tenor sequitur in hec verba: (Vide nr. 1060. 1433. sept. 15.) Post cuius quidem appellationis interpositionem, apostolorum petitionem demum in termino iuris per me sibi statuto et deputato apostolos per me dari assumptos cum instantia procurator dictorum Ladislai gubernatoris et conventus dari postulavit. Et licet credam me iuste interlocutum fuisse et ideo eidem de iure deferre non debebam, tamen ob reverentiam eiusdem sacrosancti concilii generalis Basiliensis eidem appellationi detuli et eidem reverenter per presentes duxi deferri et ad prosequendum ipsam appellationem et se representandum cum actis actitatis coram me habitis in eodem concilio et coram V(estris) R(everendissimis) P(aternitatibus) centum dierum a die datarum presentium computando ipsis partibus duxi statuendum et statuo per presentes. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes litteras meas huiusmodi apostolos in se continentes sigilli mei, quo utor, appensione et notarii subscriptione faci communiri. Dati et recepti sunt presentes apostoli anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo tertio, indictione XI., die vero XIIII. mensis Octobris, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Eugenii divina providentia pape quarti, anno ipsius tertio, hora sexta vel quasi, in domo habitationis mee, presentibus ibidem honorabilibus viris dominis Anthonio de Wereche,

Iacobo de Tyrnauia, Emerico de Buda canonicis ecclesie Veterisbudensis predicte, testibus ad premissa vocatis, specialiter et rogatis.

Signum Notariale. Et ego Georgius Nicolai de Benye, presbiter Transsiluanensis diocesis, publicus sacra imperiali auctoritate notarius quia predicta appellationi, interpositioni, apostolorum petitioni et dationi, aliisque omnibus et singulis premissis dum sic, ut suprascribuntur, coram dicto domino Valentino iudice commissario fierent et agerentur unacum prenominatis testibus presens interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi, ideoque presentes litteras sew instrumentum publicum huiusmodi apostolos in se continentes sew continens exinde confeci et me manu mea propria subscripsi, signoque et nomine meis solitis et consuetis unacum appensione sigilli dicti domini Valentini iudicis commissarii de eius mandato consignavi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et requisitus.

[a] recte: representati
[b] Vocabulum superfluum.
[c] recte: quidam
[d] recte: possessorio
[e] recte: procedendum
[1] 1433. sept. 10. - Numerus saeculi (quadringentesimo) deest.

1065 Buda, 1433. oct. 28.

(Bude, in Simonis et Jude.) Sigismundus... Romanorum... ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc(etera) rex... prelatis, baronibus, comitibus, castellanis, nobilibus et eorum officialibus, item civitatibus et liberis villis, ipsarumque rectoribus, iudicibus et villicis.... Dicitur nobis in personis religiosarum dominarum sanctmonialium clausti b. Marie virg. de Insulaleporum, quod cum iobagiones ipsarum in provincias regni nostri pro victuum necessariis querendis (!) proficiscerentur, per nonnullos ex vobis in personis iudicarentur, in rebusque et bonis eorum arestarentur et prohiberentur indefesse. Unde, cum libertate privilegiata prefati claustri eidem per... reges Hungarie concessa requirente, possessiones et iobagiones eiusdem claustri a quorumvis iudicum et iustitiariorum... regni nostri... iudicio et iudicatu liberi et exempti fore perhibeantur. Idcirco fidelitati vestre mandamus, quatenus... iobagiones ipsius claustri et... eàrundem dominarum... in quibuslibet suis possessionibus commorantes in nullis causis... ad cuiuscunque instantiam, irrequisita prius coram ipsis dominabus aut earum officialibus instantia, iudicare vel vestro astare iudicatui compellere, aut res et bona eorundem arestare... et prohiberi facere ad cuiuspiam instantiam nequaquam audeatis, signanter pro debitis ac offensis et excessibus aliorum, si qui enim quitquam actionis vel questionis adversus ipsos iobagiones memorati claustri et dominarum prefatarum habent vel habuerint, hy id in presentia officialium earundem... exequantur, qui si in reddenda iustitia cuipiam tepidi fuerint vel remissi, extunc non dicti iobagiones... contra quos agitur, sed ydem officiales in nostram vel alterius eorum iudicis ordinarii presentiam per querulantes evocentur, ex parte quorum nos aut idem eorum iudex ordinarius cuilibet contra eos querulanti omnis iuris et iustitie exhibebimus et impendet complementum dictante iuris equitate...

ORIG.: Membr. cu. fragm. sig. maioris simplicis tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 12.539. (Sign. ant.: Fasc. 58. No. 25.)

1066 Buda, 1433. nov. 17.

(Bude, L. die Michaelis.) Nos comes Mathius de Paloch iudex curie... Sigismundi... Hungarie... regis d. pr. m., quod exhibitionem quarundam litterarum metalium, quam Stephanus filius Stephani de Lyndwa, pro quo Lucas litteratus... comparuit contra Michaelem

dictum Nodlar iudicem civitatis Budensis, pro quo Michael litteratus... astitit iuxta continentiam litterarum nostrarum prorogatoriarum super factis in litteris nostris adiudicatoriis contentis in octavis festi b. Michaelis archangeli[1] facere tenebatur coram nobis, quia... procurator dicti Stephani... exhiberi easdem... in ulteriorem terminum differri postulabat,... ad octavas festi epiphaniarum domini[2]... duximus prorogandam..., ut tunc prefatus Stephanus vel procurator suus... ipsas... cum deponendo iudicio trium marcarum exhibere teneatur...

In dorso: Pro Stephano filio Stephani de Lyndwa contra Michaelem Nodlar, iudicem civitatis Budensis, ad octavas festi Epiphaniarum domini cum deponendo iudicio trium marcarum. Prorogatorialis.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 550. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 1551. No. 50.)

[1] 1433. oct. 6.
[2] 1434. jan. 13.

1067 Basel, 1433. nov. 25.

(Basilee, in Katherine.) Sigismundus... Hungarie... rex... magnifico Michaeli Iakch de Kwsal, Siculorum et camerarum salium nostrorum in Dees, Zeek, Varadino, Debreczen, Zolnok, Zalard ac in civitate nostra Pestiensi habitarum comiti, necnon ipsius camerariis et vicecamerariis in eisdem cameris salium nostrarum constitutis... Quamvis nos dudum... disposuerimus, ut fratribus heremitis ordinis s. Pauli primi heremite pro celebratione annualis capituli ipsorum in monasterio b. Laurentii martiris in promontorio Budensi situato fieri solita et administratione necessariorum ad id requisitorum singulis annis sales ad trecentos fl. auri se extendentes de cameris salium nostrorum dari deberent ..., que... nostra dispositio per certa tempora in suo vigore fuit observata, tamen tandem, cum quilibet fl. auri Hungaricalis in toto regno nostro Hungarie cursum pro ducentis denariis cum moneta nostra fyller vocata habuisset, seu duos fl. per centum de moneta iam nominata valuisset, camerarii salium nostrorum, qui super solutione prenarrate nostre dispositionis a nobis mandatum habuissent, dictis fratribus heremitis sales ad valorem sexcentorum fl. per centum dicte nostre monete fyller vocate continuis temporibus assignassent; nunc autem, uti ex significatione prefatorum fratrum heremitarum nobis facta... displicenter intelleximus, vos ipsis fratribus heremitis... sales non ad valorem dictorum trecentorum fl. auri aut sexcentorum fl. per centum dicte nostre monete fyller se extendentes, sed tantum ad valorem sexcentorum per centum presentis monete nostre quartnik appellate eisdem fratribus heremitis solvere et assignare consuevissetis in hiis... nostram dispositionem in tantum ... diminuentes, ut ex huiusmodi vestra solutione et salium assignatione ipsis fratribus heremitis annuatim vix sexaginta fl. auri provenirent. Verum, cum nos... elemosinariam nostram dispositionem in nullo... diminui velimus..., fidelitati... vestre ex certa nostra scientia... precipimus..., quatenus amodo in posterum singulis annis futuris perpetuis temporibus antefatis fratribus heremitis... vel eorum hominibus per ipsos ad id deputandis, harum... exhibitoribus..., postquam per eosdem fueritis requisiti... de pretactis cameris salium nostrorum... sales ad pretactos trecentos fl. auri, fl. quemlibet auri... iuxta cursum seu valorem, quem eotunc fl. auri in civitate nostra Budensi habebunt, etiam si qualitercunque monete nostre varientur - computando non de predictis cameris Dees et Zeek, sed de antefatis aliis cameris salium nostrorum in Varadino, Debreczen, Zolnok, Zalard et Pest, ut prefertur, habitis, vel in altera earundem camerarum nostrarum, ubi scil. ipsi fratres heremite vel eorum homines et procuratores voluerint, vosque exinde requisierint ratione et pretextu previe nostre elemosinarie dispositionis sine defectu... dare debeatis... Volumus insuper et vobis prefatarum camerarum salium nostrorum vicecamerariis pro tempore... constitutis simili nostro sub precepto... committimus, ut dum et quandocunque per pretactos fratres heremitas seu eorum homines pro premissorum salium assignatione ipsis fienda annuatim fueritis requisiti, non expectato speciali mandato... comitis Michaelis Iakch aut aliorum quorumcunque comitum salium nostrorum pro tempore existentium..., sed vigore presentium litterarum nostrarum tantummodo eisdem fratribus heremitis aut... eorum

hominibus sales ad valorem pretactorum trecentorum fl. auri se extendentes... absque omni defectu dare debeatis... presentes in specie semper reddendo presentanti, pro expeditoria autem vestra super huiusmodi salium assignatione per vos dictis fratribus heremitis fienda... quotiens opus fuerit, litteras quittantiales vicarii generalis... fratrum heremitarum... monasterii b. Laurentii martiris in promontorio Budensi fundati pro tempore constituti pro vobis recipiendo... Et hoc idem iniungimus universis et singulis comitibus, camerariis et vicecamerariis predictarum camerarum salium nostrorum in antefatis locis Dees, Zeek, Varadino, Debreczen, Zolnok, Zalard et Pest, ut premittitur, habitarum... futuris temporibus constituendis et pro tempore constitutis firmiter... observare et facere observari...

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. secr. In superiore margine et sub sig. Comissio propria domini imperatoris Ladislao de Chap, alias vicecancellario referente not. canc., in dorso vero menu saec. XVI. Super sales capituli adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 12.551. (Sign. ant.: Fasc. 9. No. 5.)- ED.: Fejér: CD. X/7. p. 481-484.

1068 1433.

Frater Georgius, vicarius generalis (monasterii s. Pauli primi eremitae de Laad) ...domum suam Budensem, quam ipse emit a Stephano Magyar cive Budensi, locavit pro octo fl. singulis annis persolvendis Michaeli de Kauen, cuius a parte meridiei domus fratrum minorum de Sewghewsd, ab aquilone vicus strictus ac domus prepositi de Zambok (vicinantur). Extant super hac locatione paria litterarum iuratorum de Buda[1].

ORIG.: Desideratur. - REG.: Invent. Paulinorum p. 72.; Rupp p. 145.; Pataki: Bud. Rég. XV (1950) p. 294., not. 77.; Documenta artis Paulinorum II. p. 217.

[1] Vide nr. 825. Magistratus civitatis Budensis 1423. jul. 3.

1069 Basel, 1434. jan. 17.

(Basilee, dom. a. Fabiani et Sebast.) Sigismundus ... Hungarie... rex... Clementi episcopo ecclesie Iauriensis... Quia dudum ante egressum nostrum de regno nostro Hungarie ...sacram coronam ipsius regni... cum omnibus ad se pertinentibus in tauarnicali nostra domo, circa cisternam cis turrim condam ducis Stephani in castro nostro Budensi situata, sub nostro sigillo reconditam custodie et conservationi condam Nicolai de Gara palatini commiseramus; nunc volentes eandem... per... dominum archiepiscopum Strigoniensem et magnificum comitem Mathius iudicem curie nostre, quibus eandem coronam cum ad se pertinentibus per magnificam dominam relictam, ac magnificum Ladislaum banum Machoviensem, filium ipsius condam palatini serie aliarum litterarum nostrarum tradi et assignari mandavimus pro nobis tamdiu, usquequo in dicto regno nostro Hungarie constituemur, conservari. Fidelitati tue strictissimo nostro mandato precipientes iniungimus, quatenus ipsam sacram coronam, si ibidem, ubi reposita fuerat, est, aut alias transportata existit, cum de hoc tu plenam notitiam habeas, reducas, reveles et suadeas predictis domine relicte et filio condam palatini, uti ipsam coronam cum ad se pertinentibus et videntibus hiis, sicut ipsis scripsimus, memoratis domino archiepiscopo Strigoniensi et comiti Mathius pro nobis conservandam debeant tradere et consignare...

ORIG.: Chart. pap. cum sig. secr. In superiore margine et sub sigillo Commissio propria domini imperatoris not. canc., in dorso autem Super restauratione corone adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 12.573. - ED.: Fejér: CD.. X/7. p. 535-536. - REG.: Id. CD.. X/8. p. 638.

1070 Roma, 1434. jan. 21.

(Rome, ap. S. Petrum, XII. Kal. Febr., a. III.) Eugenius (papa IV.)... Sigismundo Romanorum imperatori... Nos tibi et successoribus tuis regibus Vngarie..., necnon omnibus et singulis tam de societate Draconice tue Cesaree maiestatis, quam aliis quibuscunque vere penitentibus et confessis, qui pro tue et successorum, necnon societatis et regni predictorum tuitione aciem dirigendo personaliter contra infideles proficiscentur, ut omnibus et singulis indulgentiis ac plenariis peccatorum remissionibus Cruce signatis in passagio terre sancte a predecessoribus nostris... concessis... uti et gaudere possitis... concedimus per presentes...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Liber 322., fol. 126. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - REG.: Lukcsics: Dipl. Pontific. II. p. 123., nr. 331.

1071 Roma, 1434. jan. 21.

(Rome. ap. S. Petrum, XII. Kal. Febr., a. III.) Eugenius (papa IV.) universis ... salutem... Cum... sicut... Sigismundus Romanorum imperator... nobis sua petitione monstravit, ipse... nonnullas sanctorum reliquias, quas penes se asserit habere, desideret in festo s. Trinitatis in Buda, apud eccl. s. Petri martiris in suburbio Budensi situatam populo publice ad excitandam devotionem Christi fidelium ad eas videndum confluentiam facere ostendi. Nos cupientes, ut fideles ipsi ad visitandum ecclesiam et reliquias huiusmodi in festo predicto eo ferventius accendantur et reliquias ipsas devotius venerentur, quo uberioribus indulgentiis et remissionibus prospexerint se refectos..., omnibus vere penitentibus et confessis in festo s. Trinitatis ecclesiam ipsam devote visitaverint et ostensioni huiusmodi interfuerint, annuatim decem annos et totidem quadragenas de iniunctis eis penitentiis annis singulis... relaxamus...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Liber 322., fol. 127^{v}-128. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - REG. Lukcsics: Dipl. pontific. II. p. 123., nr. 332.

1072 Buda, 1434. febr. 20.

(Bude, XXXIX. oct. epiph.) Nos comes Mathius de Paloch iudex curie domini Sigismundi... Hungarie... regis damus pro memoria, quod exhibitionem quarumdam litterarum metalium, quas Stephanus filius Stephani de Lindwa contra Michaelem dictum Nodlar, iudicem civitatis Budensis, iuxta continentiam litterarum nostrarum prorogatoriarum super factis in litteris nostris adiudicatoriis contentis in octavis... epiph. domini... facere tenebatur,... ex commissione prelatorum et baronum regni ad octavas b. Georgii martiris... duximus prorogandam...

In dorso: Pro Stephano filio Stephani de Lyndwa contra Michaelem Nodlar, iudicem civitatis Budensis ad octavas festi b. Georgii martiris prorogatoria.

ORIG.: Chart. pap. cum sigilli fragmento, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 580.

1073 1434. maj. 2.

Magistratus civitatis Budensis Petrum rectorem capellae b. Mariae virginis in ecclesia Strigoniensi fundatae et canonicum eiusdem ecclesiae quandam domum eiusdem capellae in castro Budensi, prope s. Georgium, in vicinitatibus domorum Henrici episcopi Quinqueecclesiensis et capellae praescriptae sitam, cum omnibus utilitatibus et pertinentiis universis a parte anteriore incipiendo usque muros civitatis ad eandem spectantibus Thomae,

imperialis maiestatis sutori, civi Budensi pro quindecim fl. auri singulis annis in duobus terminis ratione redditus purgrecht dicti praenominato Petro rectori capellae solvendis (sub conditionibus in ipsis litteris uberius specificatis) iure perpetuo possidendam locavisse testatur.

ORIG.: Membr. in inferiore margine litteris ABCD intercisa cum fragm. sig. minoris (35 mm) rubri tergo appressi. Sub. textu, in dextera parte membr. Commissio dominorum iudicis et iuratorum not. canc., in dorso vero (in medio marginis inferioris) manu coaeva Thome sutoris adnot. est scripta. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 64., fasc. 1., nr. 8. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - REG.: Pataki: Bud. Rég. XV (1950) p. 284., not. nr. 10.

Nos Michael dictus Nadler iudex castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus, quod honorabilis vir dominus Petrus, rector capelle beate Marie virginis in ecclesia Strigoniensi fundate et canonicus eiusdem ecclesie Strigoniensis coram nobis personaliter constitutus quandam domum eiusdem capelle in castro predicto, prope sanctum Georgium, in vicinitatibus domorum reverendissimi in Christo patris ac domini domini Henrici episcopi Quinqueecclesiensis et capelle prescripte sitam et habitam cum omnibus utilitatibus et pertinentiis universis, a parte anteriori incipiendo usque muros civitatis ad eandem spectantibus, de consensu nostro, ymmo nullo penitus contradicente, locavit, et tradidit provido viro, Thome, imperialis maiestatis sutori, nostro concivi et per eum suis heredibus heredumque suorum legitimis successoribus iure perpetuo ac pacifice irrevocabiliterque possidendam, tenendam, pariter et habendam eo modo, quod predictus Thomas suique heredes et posteri dictam domum successu temporum possidentes singulis annis et perpetue ratione redditus wulgo purgrecht dicti florenos quindecim auri in duobus terminis infrascriptis post sese sequentibus, primo termino circa festum beati Michaelis archangeli proxime venturum, videlicet florenos septem cum medio, secundo vero termino, puta ad festum beati Georgii martiris post festum beati Michaelis proxime affuturum similiter florenos auri septem cum medio prenominato domino Petro rectori capelle pretacte aut pro tempore constituto dare et porrigere teneantur sine recusa eandemque domum in decentia edificiorum conservare debeant, ne per ipsorum negligentiam [ipsam] contingat aliquatenus annullari; hoc etiam incluso, quod prenominatus Thomas et sui heredes dictam domum salvis redditibus prescriptis vendendi, impignorandi plenam habeant potestatem. Insuper prenominatus Thomas et sui heredes ac posteri edificia tam lignea, quam lapidea muro[a] et inter domum vicinam versus meridiem habito adiungendi et annectendi omnimodam habere debeant facultatem. Assumpsit nichilominus memoratus dominus Petrus eundem Thomam suosque heredes ac posteros ab omnibus ratione dicte domus universarumque utilitatum eiusdem impetere nitentibus defendere et expedire propriis suis laboribus et expensis secundum usum et consuetudinem civitatis nostre ab antiquo approbatam, salvis tamem redditibus supradictis semper remanentibus. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras alphabeto intercisas sigillique nostri munimine roboratas duximus concedendas, promittentes privilegialibus litteris nostris confirmare, dum eedem nobis in specie fuerint reportate. Datum in crastino festi Philippi et Iacobi apostolorum, anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo quarto.

Commissio dominorum
iudicis et iuratorum.

[a] Unum vocabulum non est legibile.

1074 (Basel), 1434. a. jun. 3.[1]

Dignetur... Basiliense concilium causam... appellationis... pro parte... Ladislai Soos, gubernatoris monasterii Pechwaradiensis et conventus eiusdem monasterii a quadam sententia interlocutoria per dominum Valentinum canonicum ecclesie Budensis, iudicem et commissarium a domino archiepiscopo Strigoniensi... deputatum in causa, que tunc coram eo vertebatur inter canonicos et capitulum ecclesie Strigoniensis ex una et gubernatorem ac conventum antedictos... super certis decimis... partibus ex altera pro ipsis canonicis et capitulo et contra gubernatorem et conventum predictos super processu in possessorio fiendo... lata ad ipsum... concilium interposite... unacum toto negotio principali; necnon

causam nullitatis dicte... appellationis committere alicui ex vestris... patribus... in ipso ... concilio residentibus audiendas, cognoscendas, decidendas, ac fine debito terminandas cum omnibus... suis... connexis; et si necesse fuerit, cum potestate citandi gubernatorem et conventum antedictos... in loco concilii, extra et ad partes, quotiens visum fuerit expedire, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque... [2]

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: a) Martialis ep. Ebroicensis, iudex et commissarius a synodo Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. apost. auct. notarii, eiusdemque episcopi scribae 1434. jun. 3. confecto, de ipsa petitione hanc commissionis clausulam continente: In fine vero dicte commissionis sive supplicationis cedule scripta erant de alterius manus littera superiori latere ipsius cedule penitus et omnino dissimili et diversa hec verba, vidl. :Audiat dominus episcopus Ebroicensis, citet ut petitur et iustitiam faciat. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 5. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); b) Martialis ep. Ebroicensis, iudex et commissarius a synodo Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque ipiscopi scribae 1434. jun. 3. confecto, cum eadem commissionis clausula sicut in a. > Capit. ecclesiae Budensis 1436. apr. 24. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 6. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

[1] Vide nr. 1075.

[2] Ex huius intitulatione et dato carentis aliarumque huiusmodi intitulatarum supplicationum (sive commissionum) tenoribus clare patet earum auctorem procuratorem Capituli ecclesiae Strigoniensis fuisse; ex clausulis vero designationis iudicis in dorso earum in Audientia contradictarum (seu in Curia causarum) sinodi scriptis illas Basileae ante evocationem vel appellationem etc. confectas esse arbitramur. Exempli gratia vide in nr. 1128: Executio in causa decimarum Strigoniensium gravaminis.... Basileae, 1435. aug. 23.; nr. 1124: Dignetur Basiliense concilium... committere alicui... (Basileae), 1435. a. aug. 23.; nr. 1125: Petit procurator... Capituli eccl. Strig... (Basileae), 1435. a. aug. 23..; nr. 1127.:Dignetur V(estra) R(ev.) P(aternitas)... (Basileae), 1435. a. aug. 23. etc.

1075 Basel, 1434. jun. 3.

(Die tertia Iunii.) Martialis... ep. Ebroicensis, iudex et commissarius... cause ac partibus infrascriptis a... Basiliensi synodo... deputatus... dominis abbatibus, prioribus, prepositis, decanis, archidiaconis, scolasticis, cantoribus, custodibus, thesaurariis, sacristis, succentoribus tam cathedralium, quam collegiatarum canonicis parochialiumque ecclesiarum rectoribus ac locumtenentibus eorundem, plebanis, viceplebanis, capellanis curatis et non curatis..., notariis et tabellionibus publicis... per civitates et dioceses Strigoniensem, Quinqueecclesiensem et Vesprimiensem ac alias ubilibet constitutis... Noveritis, quod nuper... synodus Basiliensis quandam commissionis sive supplicationis cedulam nobis per... suum cursorem presentari fecit, quam... recepimus huiusmodi sub tenore: (Vide nr. 1074. Supplicatio in facto appellationis pro parte abbatis et conventus monasterii Pechwaradiensis ad concilium Basiliense 1434. a. jun. 3. interpositae.) Post cuius... commissionis sive supplicationis cedule... receptionem ... nos ad... magistri Richardi Richardi in dicta... synodo causarum... dominorum canonicorum et capituli ecclesie Strigoniensis... per... dominum Nicolaum decretorum doctorem, cantorem et canonicum dicte ecclesie Strigoniensis eorundem dominorum canonicorum et capituli... procuratorem... substituti procuratoris... petitionem... Ladislaum Soos, gubernatorem... monasterii Pechwaradiensis et conventum eiusdem monasterii Quinqueecclesiensis diocesis, ... eorumque procuratores, si qui sint in dicta... synodo pro eisdem, in valvis ecclesie maioris Basiliensis, loco audientie contradictarum, ad dicendum et excipiendum quidquid verbo vel in scriptis contra commissionem nobis factam... dicere sive excipere vellent citari... fecimus ad... terminum competentem, in quo comparuit... coram nobis mag. Richardus Richardi procurator substitutus... et citationem valvis ecclesie maioris Basiliensis... affixam et... executioni demandatam... repeciit, eamque de novo verbo reproduxit, citatorumque... non comparentium contumatiam accusavit, ipsosque contumaces reputari et in eorum contumatiam nonnulla iura et munimenta pro devolutione cause huiusmodi

facientia... in scriptis... dedit. Nos tunc dictos citatos non comparentes... reputavimus... prout erant... contumaces et in eorum contumatiam ad eiusdem magistri Richardi procuratoris... petitionem eosdem citatos ulterius ad dicendum et excipiendum quidquid verbo vel in scriptis contra iura et munimenta pro devolutione cause huiusmodi facientia dicere sive excipere vellent primo et deinde ad dandum et recipiendum... libellum sive firmariam in huiusmodi causa petitionem in valvis ecclesie maioris predicte citari... fecimus ad certos peremptorios successive terminos competentes; in quibus... terminis... mag. Richardus Richardi procurator... citationes in dictis valvis... executioni demandatas repetitis, citatorumque in eisdem contentorum contumatia accusata, ipsosque pro contumacibus reputari petito et in eorum contumatiam in altero... termino quodam libello sive firmaria in huiusmodi causa petitione pro parte dominorum canonicorum capituli ecclesie Strigoniensis... in partibus coram... domino Valentino lectore et canonico ecclesie Veterisbudensis, iudice et commissario ... cause ac partium prescriptarum per... dominum Georgium archiepiscopum Strigoniensem ... deputato repetito atque verbo dumtaxat oblato, cuius quidem libelli tenor sequitur in hunc modum: (Vide nr. 1057. Libellus a procuratore canonicorum et capituli ecclesiae Strigoniensis Valentino lectori Budensi, iudici commissario 1433. a. 10. sept. oblatus.) Nos tunc dictos citatos non comparentes reputavimus... contumaces et in eorum contumaciam ad... magistri Hermanni Custodis in... synodo causarum et... dominorum canonicorum et capituli ecclesie Strigoniensis... procuratoris... petitionem eosdem citatos ad respondendum... preinserto libello, litemque super eodem contestandum et contestari videndum, necnon iurandum et deliberandum, iurarique et deliberari videndum, de calumpnia vitanda et veritate dicenda cum omnibus et singulis clausulis et capitulis in et sub calumpnie iuramento contentis tam super dicto libello, quam tota causa huiusmodi primo simpliciter et deinde dictos dominos Ladislaum administratorem... sub excommunicationis, conventum vero dicti monasterii Pechwaradiensis... sub suspensionis a divinis penis, secundo et tertio ad idem, necnon quarto... ad idem vel ad videndum ipsos dominos Ladislaum gubernatorem... monasterii Pechwaradiensis in scriptis excommunicari et conventum eiusdem monasterii... a divinis suspendi et ut tales condempnari, litterasque solitas desuper decerni et concedi, vel ad dicendum et causam, si quam haberent rationabilem, quare premissa minime fieri debeant allegandum in audientia publica litterarum contradictarum... synodi Basiliensis... successive citari mandavimus... ad... terminos competentes, in quorum quolibet... magistro Hermanno Custodis procuratore... coram nobis comparente et... citatorum non comparentium contumatiam accusante, ipsosque contumaces reputari et in ultimo... huiusmodi termino... dominos Ladislaum gubernatorem... in scriptis excommunicari, necnon conventum monasterii Pechwaradiensis... propter multiplicem eorum contumatiam a divinis suspendi, litterasque desuper... concedi per nos... postulante - nos tunc dictos citatos non comparentes, neque alicui terminorum huiusmodi satisfacere curantes, reputavimus... in quolibet eorundem terminorum... contumaces et in eorum contumatiam... in ultimo prefatorum terminorum... eosdem... Ladislaum gubernatorem... in hiis scriptis excommunicamus, conventum vero... monasterii Pechwaradiensis... a divinis suspendimus et ut tales publice excommunicatos et suspensos a divinis denuntiari mandavimus litterasque necessarias et oportunas decernendo. Que omnia et singula vobis omnibus et singulis supradictis et vestrum cuilibet in solidum... notificamus... per presentes, vosque... requirimus... ac vobis et vestrum cuilibet... sub excommunicationis pena... mandamus, quatenus ... receptis presentibus et postquam pro parte... dominorum canonicorum et capituli ecclesie Strigoniensis... super hoc fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, ... Ladislaum gubernatorem... per nos... excommunicatum, conventum vero monasterii Pechwaradiensis... a divinis suspensum in vestris ecclesiis, monasteriis et capellis ac aliis locis publicis, prout expediens fuerit, denuncietis excommunicatos et a divinis suspensos et ut tales evitetis et evitari faciatis ..., absolutionem vero omnium et singulorum, qui prefatam nostram sententiam excommunicationis incurrerint seu incurrerat quoquomodo, nobis aut superiori nostro tantummodo reservamus... Datum et actum... presentibus... Iohanne Tureti presbitero Ebroicensis diocesis et Bartholomeo Simonis laico litterato civitatis Parisiensis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

ORIG.: Membr. cum plica et sig. Martialis episcopi Ebrocensis, iudicis et commissarii a gen. synodo Basiliensi deputati in theca lignea de cordula alba cannabis pend., necnon signo et subscriptione Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct.

apost. notarii, eiusdemque episcopi scribae. In dorso manu saec. XVI. scripta Instrumentum excommunicationis abbatis et suspensionis conventus Pechwaradiensis adnot. legitur. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 5. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - TRANSCR: Capit. ecclesiae Budensis 1436. apr. 24. Arch. Capit. Strig. Lad. 45., fasc. 2., nr. 6. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 166., nr. 645.

1076 Buda, 1434. aug. 2.

(Bude, II. ad vincula Petri.) Nos Georgius... archiep. ecclesie Strigoniensis vicariusque regni Hungarie ac iudex in causis in presentia palatinali vertentibus, ipsa sede palatinali vacante, per... Sigismundum... Hungarie... regem deputatus m. c...., quod Iohanne litterato filio Benedicti dicti Syke de Pechel ex nobili domina Bange vocata, filia domine Margarethe relicte Petri litterati de... Pechel procreato pro se, ac pro nobili puella Elena ..., filia sua (cum onere) ... ab una, parte vero ex altera Benedicto similiter litterato filio Iohannis filii Salamonis de Fornas, privigno scil. eiusdem Iohannis litterati coram nobis... constitutis per eundem Iohannem litteratum suo ac dicte filie sue nominibus confessum extitit... in hunc modum: ut quia antefatus Benedictus litteratus tam vivente domina Margaretha aliter Maxyn vocata, priore... coniuge sua, matre vidl. eiusdem Benedicti, quam post mortem eiusdem ipsum non sicuti vitricum, sed veluti patrem suum proprium... filiali dilectione pertractando in omnibus... obedienter servivisset..., nuncque ad singularem suam requisitionem... pro certis et arduis defectibus evitandis centum fl. puri auri contulisset, per quos a dictis suis... defectibus se... exonerasset, ob hoc... eundem Benedictum litteratum... veluti... proprium filium suum de proprio membro et femore suo genitum in omnibus suis iuribus possessionariis participem et portionatum, ac quoad directam et equalem medietatem universarum possessionum et portionum suarum possessionariarum, notanter in possessionibus Pechel... ac Syra, Dwsnok, Kerthueles, Nandor, Chemwr, Vechech, Sada, Besenev, Tywadar, Gyoldach et Lazar in Pestiensi, item Kezeu et Kurmusd in Pilisiensi, necnon Berzer et Zuhna in Neogradiensi, ac Kwkenessew appellatis in Tolnensi comitatibus habitarum futurum heredem ac verum suum superstitem prefecisset, omnesque medietates predictarum possessionum et portionum suarum possessionariarum cum omnibus earundem utilitatibus et pertinentiis... quibuslibet... eidem Benedicto litterato et suis successoribus... contulisset et in perpetuas hereditates ascripsisset... nullum ius... in eisdem reservando... eo modo, ut... in casu, quo idem Benedictus litteratus... heredibus deficeret utriusque sexus, tunc predicte medietates possessionum et portionum suarum possessionariarum predictarum rursum... in... Iohannem litteratum ac filiam suam predictam, et e converso, si ipse Iohannes litteratus ac... filia sua... sine heredum solatio presentibus eximerentur ab humanis, extunc relique medietates supradictarum possessionum et portionum possessionariarum in prefatum Benedictum et eius superstites... devolvi deberent ipso facto...

ORIG.: Membr. cum plica et sig. de filo sericeo viridis et coerulei coloris pend. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 611. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 174. No. 6.) - TRANSCR.: Albertus rex Hungariae 1439. maj. 28. Arch. Nat. Hung. Dl. 13. 280. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 174. No. 11.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 166.

1077 Basel, 1434. sept. 9.

(Basilee, II. nat. virg.) Sigismundus... Hungarie... rex... Ladislao Soos de Sowar, gubernatori abbatie Pechwaradiensis religiosisque fratribus de conventu loci eiusdem... Nostram noveritis certa percepisse relatione maiestatem multum displicenter, quomodo vos in causa... inter canonicos de capitulo ecclesie Strigoniensis actores ab una coram... domino Valentino lectore et canonico ecclesie Veteris Budensis, iudice... per... dominum Georgium archiepiscopum ecclesie Strigoniensis, primatem et apostolice sedis legatum natum ratione ... decimarum vinearum promontorii Newygh prope civitatem nostram Budensem existentis commissario specialiter deputato contra vos ut in causam attractos partibus ex altera vertenti a quadam sententia interlocutoria per eundem... Valentinum lectorem commissarium

pro parte memoratorum canonicorum de capitulo Strigoniensi in contrarium vestri fulminata ad hoc... Basiliense concilium appellando, ipsam appellationis causam... in contrarium consuetudinum et libertatum... regni nostri Hungarie... prosequimini, quod in nostre maiestatis displicentiam, dictique regni nostri... consuetudinem et libertatis prerogativam ab olim observatam... cedit manifestam, nostram in hac parte gravissimam indignationem incurrere non verentes, non advertentes inhibitionem... nobis hic Basilee existentibus vestro et dicti capituli procuratoribus super eo, ne in causa... huiusmodi appellationis sententie interlocutorie per vos... facte in isto Basiliensi concilio et alias extra... regnum nostrum Hungarie sub nostra indignatione verbotenus facta, procedere deberent...; fidelitati vestre sub nota perpetue infidelitatis firmiter precipientes... mandamus, quatenus ...a prosecutione cause appellationis prescripte in concilio Basiliensi, sed et alias ubique extra... regnum nostrum... contra antefatos canonicos et capitulum Strigoniense desistere debeatis, et hoc idem prefatis canonicis de dicto capitulo Strigoniensi per testimonium conventus Saxardiensis, quod per eundem conventum... ad id tenore presentium transmitti iubemus, exhibendum sub eisdem penis firmiter observari edicimus..., quoniam nolumus, ut quipiam regnicolarum nostrorum in contrarium consuetudinum et libertatum regni nostri... nostreque inhibitionis... in talibus, sed et aliis innovare attemptet... modo aliquali, in facto autem prescriptarum decimarum vobis, ipsique capitulo et canonicis Strigoniensibus in termino, dum... de hiis exteris partibus ad... regnum nostrum Hungarie devenerimus, deputando unacum prelatis et baronibus nostris iudicium et iustitiam impendemus equitate persuadente...; seriem siquidem executionis... testimonii conventus nobis per eundem... rescribi mandamus...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Conventus Sexardiensis 1434. nov. 1. > Nicolaus de Nywthod, decr. dr., ep. Tininiensis confirmatus, iudex a Iohanne archiepiscopo Strigoniensi delegatus in instrumento Ladislai Iohannis de Doroghaza Agriensis dioc., publ. imp. auct. notarii, eiusdemque archiepiscopi ac dicti iudicis scribae 1470. p. dec. 14. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 8., nr. 9. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

1078 (Basel), 1434. a. sept. 11.[1]

Dignetur sacrum Basiliense concilium... causam... appellationis... pro parte... Ladislai Soos, gubernatoris monasterii Pechwaradiensis et conventum eiusdem monasterii a quadam sententia interlocutoria per dominum Valentinum canonicum ecclesie Budensis iudicem et commissarium a domino archiepiscopo Strigoniensi... deputatum in causa, que tunc coram eo vertebatur inter canonicos et capitulum ecclesie Strigoniensis ex una et gubernatorem ac conventum antedictos de et super certis decimis... partibus ex altera pro ...canonicis et capitulo et contra gubernatorem et conventum predictis super processu in possessorio fiendo et alias lata - ad ipsum... concilium interposite... unacum toto negotio principali, necnon causam nullitatis dicte... appellationis committere alicui ex vestris reverendis patribus... in... concilio residentibus audiendas, cognoscendas, decidendas, ac fine debito terminandas cum omnibus... suis... connexis et si necesse fuerit, cum potestate citandi gubernatorem et conventum antedictos... in loco... concilii, extra et ad partes, quotiens visum fuerit expedire...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: a) Martialis ep. Ebroicensis. iudex et commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque episcopi scribae 1434. sept. 11. confecto, de ipsa petitione hanc commissionis clausulam continente: In fine vero dicte commissionis sive supplicationis cedule scripta erant de alterius manus littera superiori latere ipsius cedule penitus et omnino dissimili et diversa hec verba: Audiat dominus episcopus Ebroicensis, citet ut petitur et iustitiam faciat. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 7. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); b) Martialis ep. Ebroicensis, iudex et commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque episcopi scribae 1434. sept. 11. confecto, cum eadem commissionis clausula sicut in a. > Bernardus archipresb. Saccensis, iudex a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. aug. 23. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 1.

(Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); c) Martialis ep. Ebroicensis, iudex et commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque episcopi scribae 1434. sept. 11. confecto, cum eadem commissionis clausula sicut in a. > Bernardus archipresb. Saccensis, iudex a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. aug. 23. confecto. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. delegatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi canc., secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); d) Martialis ep. Ebroicensis, iudex et commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque episcopi scribae 1434. sept. 11. confecto, cum eadem commissionis clausula sicut in a. > Capit. ecclesiae Budensis 1436. apr. 24. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 8. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); e) Martialis ep. Ebroicensis, iudex et commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque episcopi scribae 1434. sept. 11. confecto, cum eadem commissionis clausula sicut in a. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. delegatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi canc., secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

[1] Vide inferius: Transcr. a.

1079 1434. a. sept. 11.[1]

Petit procurator... dominorum prepositi, lectoris, cantoris, custodis et capituli ecclesie Strigoniensis per vos... dominum Martialem episcopum Ebroicensem iudicem et commissarium... vestram... sententiam pronuntiaris, decerni et declarari per... dominum Valentinum lectorem et canonicum ecclesie Veterisbudensis, tunc commissarium per... dominum Georgium archiepiscopum Strigoniensem deputatum in hac causa, que tunc vertebatur coram eo et nunc vertitur coram vobis inter dictos dominos de capitulo ex una et... dominum Ladislaum... gubernatorem abbatie et conventus monasterii Pechwaradiensis... super... decimis... vinearum predii Neweg vocati... bene fuisse et esse processum et sententiatum et pro parte dicti Ladislai adversarii ab eodem domino commissario ac eius processu et sententia... male fuisse et esse appellatum, ipsiusque commissarii processum et sententiam... per vos... confirmari, dictumque Ladislaum adversarium in expensis propterea factis... per vos condempnari et alias... super premissis sibi fieri iustitie complementum... humiliter implorando...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR: a) Martialis ep. Ebroicensis, iudex et commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis, publ. auct. apost. notarii, eiusdemque episcopi scribae 1434. sept. 11. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 7. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); b) Martialis ep. Ebroicensis, iudex et commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler, Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque episcopi scribae 1434. sept. 11. confecto. > Bernardus archipresb. Saccensis, iudex a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. aug. 23. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 1. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); c) Martialis ep. Ebroicensis, iudex et commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque episcopi scribae 1434. sept. 11. confecto. > Bernardus archipresbiter Saccensis, iudex a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. aug. 23. confecto. > Dionisius card., archiep. Strig., iudex a sede apost. delegatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi canc., secretarii et

scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); d) Martialis ep. Ebroicensis, iudex et commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque episcopi scribae 1434. sept. 11. confecto. > Capit. ecclesiae Budensis 1436. apr. 24. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 8. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); e) Martialis ep. Ebroicensis, iudex et commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque episcopi scribae 1434. sept. 11. confecto. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. delegatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi canc., secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

[1] Vide inferius: Transcr. a.

1080 Basel, 1434. sept. 11.

(Basilee, undecima Sept.) Orta nuper in partibus coram venerabili et circumspecto viro domino Valentino lectore et canonico ecclesie Veterisbudensis Vesprimiensis diocesis, iudice commissario... cause ac partium infrascriptarum a... domino Georgio... archiepiscopo Strigoniensis, apostolice sedis legato specialiter deputato inter... dominos canonicos et capitulum ecclesie Strigoniensis ex una et... dominos Ladislaum Soos, gubernatorem... monasterii Pechwaradiensis et conventum eiusdem monasterii Quinqueecclesiensis dioc..... super nonnullis decimis et rebus aliis in actis cause huiusmodi designatis... partibus ex altera... materia questionis, - idem dominus Valentinus iudex et commissarius in causa... huiusmodi... legitime inter partes predictas... procedens, per suam sententiam interlocutoriam pronuntiavit..., quod suspenso petitorio procedi debeat in possessorio, positionibus et articulis per procuratorem... gubernatoris... et conventus... productis non obstantibus, cum positiones et articuli huiusmodi locum non haberent..., aliaque dixit et fecit, prout in actis desuper habitis plenius continetur; a qua quidem sententia fuit pro parte... abbatis et conventus monasterii Pechwaradiensis ad... generalem Basiliensem synodum... appellatum, consequenter eadem synodus... nobis, Martiali... episcopo Ebroicensi, iudici et commissario in loco... synodi residenti quandam commissionis sive supplicationis cedulam per... suum cursorem presentari fecit, quam.. recepimus huiusmodi sub tenore: (Vide nr. 1078. Supplicatio pro parte abbatis et conventus monasterii Pechwaradiensis in facto cuiusdam appellationis ad concilium Basiliense 1434. a. sept. 11. interpositae.) Cuius ... commissionis vigore nos ad... magistri Richardi Richardi... dominorum canonicorum et capituli ecclesie Strigoniensis... per... Nicolaum decretorum doctorem, cantorem et canonicum... ecclesie Strigoniensis... dominorum canonicorum et capituli ipsius ecclesie ... procuratorem... substituti procuratoris... instantiam... dominos Ladislaum gubernatorem... et conventum monasterii Pechwaradiensis... eorumque procuratores... ad dicendum et excipiendum, quidquid verbo vel in scriptis contra dictam commissionem nobis factam... dicere sive excipere vellent per nostras... litteras... in valvis maioris ecclesie Basiliensis loco audientie contradictarum per... sinodi cursorem citari... fecimus ad... terminum competentem, in quo... productis primitus pro parte... dominorum capituli et canonicorum ecclesie Strigoniensis... coram nobis nonnullis iuribus et munimentis pro devolutione cause huiusmodi facientibus... comparuit in iudicio mag. Richardus Richardi substitutus procurator... et litteras citatorias in valvis ecclesie maioris Basiliensis... executioni demandatas repeciit, citatorumque in eadem contentorum non comparentium... contumatiam accusavit, ipsosque contumaces reputari per nos... postulavit et in eorum contumatiam contra appellationem pro parte... Ladislai gubernatoris... et conventus monasterii Pechwaradiensis ... interpositam... cum protestatione... facto... et in scriptis suis... dixit et excepit. Nos tunc dictos citatos non comparentes... reputavimus merito... contumaces et... ad... magistri Richardi Richardi procuratoris... instantiam ulteriorem (eosdem) ... per alias litteras... in... valvis ecclesie maioris Basiliensis... citari mandavimus... ad... terminum competentem... Quo... adveniente comparuit... coram nobis prefatus mag. Richardus Richardi procurator substitutus... et dictas litteras citatorias ultimo in valvis maioris

ecclesie Basiliensis... executioni demandatas repeciit, citatorumque... non comparentium contumatiam accusavit, ipsosque contumaces reputari et in eorum contumatiam... appellationem antedictam... omnibus melioribus modo, via, iure, causa et forma, quibus melius potuit, ex actis in partibus coram... domino Valentino canonico ecclesie Budensis, iudice et commissario partium prescriptarum... habitis atque factis impugnavit, processum vero coram eodem... iudice in eisdem partibus factum... similibus modo et forma... actis ex eisdem iustificavit. Et nichilominus pro parte... Ladislai abbatis... et conventus monasterii Pechwaradiensis... a... domino Valentino iudice eiusque sententia sive pronuntiatione inter partes predictas lata male fuisse et esse provocatum et appellatum, beneque per eundem... iudicem et commissarium processum et sententiatum pronuntiari per nos... postulavit. Nos tunc dictos citatos non comparentes... reputavimus... contumaces, subsequenter vero... mag. Iohannes Christiani in... sancta sinodo causarum et... dominorum canonicorum et capituli ecclesie Strigoniensis procurator substitutus... quandam petitionis papiri cedulam ... in scriptis exhibuit atque producit, cuius tenor talis est: (Vide nr. 1079.: Petitio magistri Iohannis Christiani procuratoris substituti canonicorum et capituli ecclesiae Strigoniensis Martiali episcopo Ebroicensi iudici commissario 1434. a. sept. 11. porrecta.) Subsequenter... ad... magistri Hermanni Custodis in... sancta sinodo causarum et... dominorum canonicorum et capituli ecclesie Strigoniensis... per... dominum Nicolaum eorum procuratorem constitutum... substituti procuratoris... instantiam dictos citatos ad concludendum ..., necnon ad audiendum nostram in scriptis ferri... sententiam in huiusmodi causa per audientiam publicam litterarum contradictarum... sancte sinodi citari mandavimus... ad... terminum competentem... (quo) adveniente... comparuit... coram nobis mag. Hermannus Custodis substitutus procurator... et citationem in dicta audientia... positam et executioni demandatam repeciit et de novo reproduxit, citatorumque... non comparentium contumatiam accusavit, ipsosque contumaces reputari et in eorum contumatiam... conclusit in presenti causa, secumque concludi et pro concluso haberi, necnon sententiam pro se et... parte sua et contra partem... adversam iuxta preinserte petitionis vim... in scriptis ferri et promulgari per nos... postulavit. Nos tunc dictos citatos non comparentes... reputavimus... contumaces et in eorum contumatiam unacum... magistro Hermanno Custodis substituto procuratore.. concludente et secum concludi petente in causa... huiusmodi, quantum in nobis est, conclusimus..., et nichilominus visis per nos... omnibus et singulis actis actitatis, litteris, scripturis, instrumentis, iuribus et munimentis dictisque et depositionibus testium in huiusmodi causa exhibitorum... eisque... recensitis, de infrascriptorum consilio et assensu, quibus de huiusmodi cause meritis relationem fecimus... fidelem, ad... nostram proferendam sententiam pro parte... magistri Hermanni Custodis .. substituti procuratoris... contra partem... adversam iuxta... sue petitionis vim... processimus, eamque in scriptis tulimus et promulgavimus in hunc, qui sequitur modum: De... peritorum consilio et assensu per hanc nostram sententiam, quam pro tribunali sedentes ferimus, in hiis scriptis pronuntiamus... per... dominum Valentinum lectorem et canonicum ecclesie Veterisbudensis, tunc commissarium per... dominum Georgium archiepiscopum Strigoniensem deputatum in hac causa, que tunc vertebatur coram eo et nunc coram nobis vertitur inter dictos dominos de capitulo ex una et... dominum Ladislaum... gubernatorem abbatie et conventum monasterii Pechwaradiensis de et super... decimis quarundam vinearum predii Neweg vocati... partibus ex altera bene fuisse et esse processum, pronuntiatum et interlocutum et pro parte dicti Ladislai adversarii ab eodem domino commissario et eius processu, necnon pronuntiatione et interlocutoria predictis male fuisse et esse provocatum et appellatum, ipsiusque commissarii processum, pronuntiationem et interlocutoriam huiusmodi... confirmamus, ulteriusque in eadem causa... procedi debere, dictumque adversarium Ladislaum in expensis propterea factis... condempnamus, quarum... taxationem nobis in posterum reservamus... Lecta, lata et in scriptis promulgata fuit hec... nostra sententia... presentibus... dominis Iohanne Tureti et Iohanne de Fonigis presbiteris Ebroicensibus, necnon Huberto Iohannis de Huesden notario publico... Traiectensis dioc. testibus ad premissa vocatis...

ORIG.: Membr. cum plica et sig. Martialis episcopi Ebroicensis, iudicis et commissarii gen. concilii Basiliensis in theca lignea de cordula alba cannabis pend., necnon signo et subscriptione Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., auct. apost. publ. notarii, eiusdemque episcopi scribae. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 7. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - TRANSCR.: a) (partim sensualiter et in tertia persona loquendo) Bernardus archipresb. Saccensis, iudex a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de

Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. aug. 23. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 1. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); b) (partim sensualiter et in tertia persona loquendo) Bernardus archipresb. Saccensis, iudex a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii 1435. aug. 23. confecto. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. delegatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi canc., secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); c) Capit. ecclesiae Budensis 1436. apr. 24. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 8. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); d) Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. delegatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi canc., secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-1. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

1081 (Basel), 1434. a. sept. 23.

Dignetur sacrum Basiliense concilium causam... appellationis... pro parte... Ladislai Soos, gubernatoris monasterii Pechwaradiensis et conventus eiusdem monasterii a quadam sententia interlocutoria per dominum Valentinum canonicum ecclesie Budensis, iudicem et commissarium a domino archiepiscopo Strigoniensi ad id specialiter deputatum in causa, que tunc coram eo vertebatur inter canonicos et capitulum ecclesie Strigoniensis ex una et gubernatorem et conventum antedictos de et super certis decimis... partibus ex altera pro ipsis canonicis et capitulo et contra gubernatorem et conventum predictos super processu in possessorio fiendo et alias lata ad ipsum sacrum concilium interposite..., necnon causam nullitatis dicte appellationis committere alicui ex vestris... patribus... in ... sacro concilio residentibus audiendas, cognoscendas, decidendas et fine debito terminandas cum omnibus... suis... connexis; et si necesse fuerit, cum potestate citandi gubernatorem et conventum antedictos omnesque alios... in loco dicti concilii, extra et ad partes quotiens visum fuerit expedire..., in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque.

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Martialis ep. Ebroicensis, iudex et commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii 1434. sept. 23. confecto, de ipsa petitione hanc commissionis clausulam continente: In fine vero dicte commissionis sive supplicationis cedule scripta erant de alterius manus littera superiori latere ipsius cedule penitus et omnino dissimili et diversa hec verba: Audiat dominus episcopus Ebroicensis, citet ut petitur et iustitiam faciat. > Michael Iohannis de Siry, cler. Agriensis dioc., publ. imp. auct. notarius 1435. mart. 12. Arch. Capit. Strig. Publ. Lad. 45., fasc. 2., nr. 9. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

1082 (Esztergom), 1434. a. sept. 23.[1]

Positiones et articulos infrascriptos... exhibet procurator... dominorum canonicorum et capituli ecclesie Strigoniensis... adversus... dominum Ladislaum Soos, gubernatorem... monasterii Pechwaradiensis et conventus eiusdem... Quinqueecclesiensis dioc. ... et quamlibet aliam personam pro eis in iudicio legitime intervenientem..., quibus petit per partem adversam... singulariter singulis responderi et si negati fuerint, probare intendit et ad probandum se in hoc loco concilii, extra et ad partes admitti petit, ad superfluam probationem se non astrigendum, de quo protestatur. In primis enim dicit... et probare intendit, quod a X., XX., XXX., XXXX., L., XL., centum ac citra et ultra annis, ac a tanto tempore et per tantum tempus, de cuius initio seu contrario memoria hominum non existit, civitas Strigoniensis habuit..., prout hodie habet kathedralem ac metropolitanam et archiepiscopalem ecclesiam vocatam communiter et appellatam. Ecclesia metropolitana et kathedralis Strigoniensis habens archiepiscopum pro tempore et caput, necnon quamplures canonicos ut membra ecclesiam kathedralem designantes et representantes, ac longam, latam et limitatam diocesim et provinciam ab aliis... separatam, eliaque iura et insignia ipsam kathedralem et metropolitanam ecclesiam designantia et representantia... Item, quod in dicta

provincia Strigoniensi a dictis temporibus et per ipsa tempora fuit... et hodie est quedam solemnis parochialis ecclesia sancti Andree de Sasad, Wesprimiensis dioc., communiter vocata... iurisdictioni eiusdem ecclesie Strigoniensis iuridice subiecta... item, quod dicta parochialis ecclesia sancti Andree et eius rectores pro tempore et usque ad tempus incorporationis eiusdem ecclesie habuerint ius tollendi et levandi decimas vinorum tam de vineis antiquis, quam de novo plantatis seu plantandis intra limites parochie eiusdem ecclesie, ac de predio, seu terra Newegh vocata, infra fines et limites parochie eiusdem ecclesie s. Andree de Sasad existenti et easdem decimas vinorum et presertim de dicto predio provenientium sepe et sepius levarunt et perceperunt pacifice et quiete... Item, quod a quadraginta annis et ultra dicta parochialis ecclesia s. Andree fuit et erat, prout hodie est cum iuribus et pertinentiis suis universis mense capitulari dictorum dominorum canonicorum et capituli unita et incorporata et tanto tempore et per tantum tempus per eosdem dominos canonicos et capitulum tenta cum suis iuribus et pertinentiis universia pacifice et quiete... Item, quod ab eisdem XL et ultra annis et per ipsa tempora capitulum ecclesie Strigoniensis habet... intra limites parochie dicte ecclesie sancti Andree ratione eiusdem ius levandi et percipiendi omnes et singulas decimas omnium vinorum de vineis tam ab antiquo, quam de novo plantatis et plantandis, presertim de dicto predio seu terra Newegh vocata, infra limites et fines dicte parochialis ecclesie sancti Andree existenti et easdem decimas vinorum et presertim in predicto predio sepe et sepius levavit, percepit huiusmodi decimas, fueruntque domini de ipso capitulo in possessione iuris vel quasi pacifica et quieta easdem decimas levandi et percipiendi et in usus mense sue capitularis convertendi... Item, quod communis hominum opinio, vera credulitas, communeque dictum, ac publica vox et fama fuit et est, quod ius percipiendi et levandi omnes et singulas decimas vinorum infra limites parochie parochialis ecclesie s. Andree de Sasaad et presertim de predio seu terra Newegh quomodolibet provenientium et provenire debentium spectavit ac pertinuit..., prout hodie spectat et pertinet ad dictos dominos canonicos et capitulum predicte ecclesie Strigoniensis ratione parochialis ecclesie de Sasaad predicta simul et in solidum et quod decimas huiusmodi sepe et sepius iure parochialis ecclesie predicte ipsi domini perceperunt et levaverunt pacifice et quiete... Item, quod premissis non obstantibus prefatus Ladislaus abbas et conventus monasterii Pechwaradiensis et aliqui dicti monasterii abbates, quibus in dictis decimis nullum ius conpeciit, neque competere potest, a quindecim annis circa de facto, cum de iure non possunt, prefatis dominis canonicis et capitulo per se et per quendam Onoffrium, civem Budensem, de decimis vinorum huiusmodi se opposuerunt et intromiserunt et prefatos dominos canonicos et capitulum decimis vinearum predictarum minus iuste et indebite spoliarunt et spoliari fecerunt, ac hodie de facto spoliare non cessant... Item, quod a dictis temporibus et per ipsa tempora dicte decime vinorum de vineis dicti predii Newegh singulis annis ducentos fl. auri Hungaricalis communi estimatione valuerunt et valent, salvo pluri et pro tanta summa vendi potuerunt, si venditioni exposite fuissent... Item, quod de premissis omnibus et singulis fuit et est publica vox et fama... Quare petit dictus procurator nomine quorum supra per vos reverendum patrem, dominum iudicem et commissarium in hac causa pronunciari, decerni et declarari spoliationes, usurpationes et appositiones ac impedimenta per prefatos Ladislaum gubernatorem seu abbatem et conventum Pechwaradiensem... factas et prestitas fuisse et esse temerarias, illicitas, iniquas et iniustas, ac de facto presumptas; et eosdem abbatem et conventum ab occupatione et detentione dictarum decimarum iuriumque et pertinentiarum earundem ammovendos fore et per vos amoveri, dictosque canonicos et capitulum ecclesie Strigoniensis in et ad corporalem... possessionem earundem decimarum restituendos et reintegrandos fore et per vos restitui, reintegrari, dictosque abbatem et conventum in fructibus ex decimis vinorum predictis a tempore spoliationis huiusmodi citra perceptis et qui percipi potuerunt, necnon in expensis in huiusmodi causa factis condempnandos fore et per vos condempnari et ad solutionem earundem compelli vestra iudiciaria auctoritate, ac viis iuris et remediis opportunis, vestrum insuper benignum officium humiliter implorando...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Michael Iohannis de Siry, cler. Agriensis dioc. publ. imp. auct. notarius 1435. mart. 12. Arch. Strig. Capit. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 9. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

[1] Certum ex litteris Martialis episcopi Ebroicensis 1434. sept. 23. (Vide nr. 1083.)

(Basilee, sept. 23.) Martialis... ep. Ebroicensis iudex et commissarius... cause ac partibus infrascriptis a... generali Basiliensi concilio... specialiter deputatus honorabilibus et circumspectis viris, dominis ac plebanis ecclesiarum beate Marie virginis de castro Budensi Wesprimiensis et de Pesth Waciensis dioc. ... Noveritis, quod nuper easdem... synodus Basiliensis quandam commissionis... cedulam per... suum cursorem presentari nobis fecit ... huiusmodi sub tenore: (Vide nr. 1081, Supplicatio ad concilium Basiliense 1434, a. sept. 23. porrecta.) Cuius... commissionis vigore nos in causa... huiusmodi... primo in valvis maioris ecclesie Basiliensis, deinde per audientiam publicam litterarum contradictarum dicte... synodi... ad nonnullos actus iudiciales... processimus, et subsequenter nonnullis positionibus et articulis pro parte canonicorum et capituli ecclesie Strigoniensis... coram nobis exhibitis..., nos ad providi viri magistri Hermanni Custodis in loco... sancte synodi ... dominorum canonicorum et capituli Strigoniensis... substituti procuratoris... instantiam ... Ladislaum Soos, gubernatorem monasterii Pechwaradiensis, necnon conventum eiusdem ... eorumque procuratores, si qui essent in... loco... synodi pro eisdem, ad videndum et audiendum positiones et articulos... pro parte canonicorum ecclesie Strigoniensis... coram nobis exhibitos,... ipsosque canonicos et capitulum... et... magistrum Hermannum Custodis eorum procuratorem ad probandum eosdem in loco... concilii, extra et ad partes admitti, remissionemque desuper decerni per nos.., necnon ad concordandum de iudice... coram quo...; loco, in quo et termino, infra quem remissio huiusmodi decernenda in partibus expediri debeat, in audientia publica litterarum contradictarum dicte synodi citari mandavimus... ad certum peremptorium terminum..., vidl. ad diem et horam infrascriptos. Quibus advenientibus comparuit coram nobis in iudicio prefatus Hermannus Custodis, procurator quo supra nomine procuratorio et quandam citationem audientie, pargameni cedulam... dedit, citatorumque in eadem contentorum non comparentium contumatiam accusavit, ipsosque contumaces reputari et in eorum contumatiam positiones et articulos, ac se partemque suam... ad probandum eosdem extra locum... concilii et ad partes admitti, remissionemque desuper nostro sub sigillo impendenti... decerni et concedi per nos... postulavit. Nos tunc... dictos citatos non comparentes reputavimus merito... contumaces et in eorum contumatiam supradictas positiones et articulos, ipsumque magistrum Hermannum Custodis procuratorem, partemque suam ad probandum eosdem extra locum dicti sacri concilii et in partibus duximus more solito admittendos..., remissionemque desuper... nostro sub sigillo impendenti decernendo, que omnia et singula vobis dominis plebanis, iudicibus et executoribus presentis remissionis per prefatum magistrum Hermannum Custodis, procuratorem quo supra nomine nominatis et electis intimamus... et notificamus... per presentes; quocirca vos tamquam iudices et executores... nostre remissionis... erectos et nominatos et vestrum quemlibet in solidum tenore presentium requirimus..., vobisque... et vestrum cuilibet in virtute sancte obedientie et sub... excommunicationis pena... mandamus, quatenus infra tres menses post presentationem... presentium... sequentes, et postquam pro parte... dominorum canonicorum et capituli Strigoniensis... fueritis requisiti seu alter vestrum fuerit requisitus, in oppido Budensi tamquam loco sollemni pro expeditione sollemni huiusmodi nostre remissionis per... magistrum Hermannum Custodis procuratorem nominato et electo, testes, litteras, scripturas quascunque et qualiacunque coram vobis vel altero vestrum super positionibus et articulis supradictis, quos vobis nostro sub sigillo transmisimus interclusos... recipere, ac testes... mediis ipsorum iuramentis... diligenter examinare, litteras, instrumenta et munimenta predicta, ac etiam depositiones... testium... transscribi... per notarios... faciendo; si vero altera partium testes alterius partis reprobare voluerint, extunc vos testes super huiusmodi reprobatione coram vobis producendos infra viginti dies dictos tres menses immediate sequentes solummodo recipiatis, ipsosque iuxta interrogatoria vobis forsan desuper exhibenda, alioquin iuxta... a deo vobis datam prudentiam diligenter examinetis, depositiones vero testium predictorum... in scriptis redactas unacum positionibus et articulis supradictis et transsumpta litterarum, instrumentorum et munimentorum huiusmodi sub sigillo vestro inclusos ad nostram, seu alterius forsan loco nostri surrogandi iudicis et commissarii presentiam ad... hanc... synodum quanto citius poteritis, cum fideli nuntio, ad hoc in manibus vestris prius iuramento per ipsum prestito, transmittatis significaturi nobis aut surrogando prefato, quanta fides eisdem testibus, litteris et munimentis fuerit adhibenda, ac etiam dictis

partibus aut earum procuratoribus terminum peremptorium...assignari, infra quem per se vel procuratores suos...cum omnibus actis, iuribus et munimentis causam huiusmodi tangentibus se nostro aut eiusdem surrogandi conspectui representent, iustam dante domino sententiam recepturi; testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio, ira, timore vel favore aut alia quavis pravitate subtraxerint, per censuram ecclesiasticam compellatis veritati testimonium perhiberi. Quod si forte vos, domini plebani, premissa omnia et singula, prout ad vos spectat et pertinet, non adimpleveritis, aut aliquid in contrarium feceritis, aut mandatis et monitionibus nostris huiusmodi, ymmo verius sacrosancte synodi non pareretis..., nos in vos extunc...excommunicationis sententiam ferimus in hiis scriptis et etiam promulgamus; diem vero vestre prefixionis huiusmodi et quidquid in premissis feceritis, nobis per vestras patentes litteras aut instrumentum publicum harum seriem seu designationem in se continentes seu continens, remissis presentibus, fideliter intimare curetis, absolutionem vero omnium et singulorum, qui...nostram excommunicationis sententiam incurrerint seu incurrerit quoquomodo, nobis vel superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum...fidem...presentes nostras litteras, seu presens publicum instrumentum huiusmodi remissionem in se continentes sive continens exinde fieri et per notarium publicum, nostrumque et huiusmodi cause coram nobis scribam infrascriptum subscribi et publicari mandavimus, nostrique sigilli iussimus et fecimus appensione communiri. Datum et actum Basilee in domo habitationis nostre, nobis inibi hora vesperarum consueta ad iura reddenda et causas audiendas in loco nostro solito pro tribunali sedentibus...presentibus ibidem honestis et discretis viris: domino Iohanne Tureti presbitero et Luberto Iohannis de Huesden notario publico, clerico Ebroicensis et Traiectensis dioc., testibus ad premissa vocatis, specialiter et rogatis...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Michael Iohannis de Siry, cler. Agriensis dioc., publ. imp. auct. notarius 1435. mart. 15. Arch. Capit. Strig. Lad. 45., fasc. 2., nr. 9. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

1084 1434. sept. 24.

Magistratus civitatis Veterisbudensis dominam Katharinam relictam magistri Gregorii litterati, olim civis eiusdem civitatis quandam vineam suam in territorio praedictae civitatis supra imaginem s. Annae prope ecclesiam Albam habitam pro salute animae suae et parentum suorum claustro b. Mariae virg. de praefata Veteribuda donasse testatur.

ORIG.: Membr. cum duabus incisuris in plica pro filo sig. pend. Arch. Nat. Hung. Dl. 12.626. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 20. No. 22.) - REG.: Bártfai Szabó: Óbuda, p. 103., reg. 127.

Nos Dominicus dictus de Telky iudex de Veteribuda, necnon Michael de Tinnye, Dionisius Tolvay, Nicolaus de Erdel et Georgius de Somogh dicti, iurati cives de eandem Veteribuda omnibus Christi fidelibus, presentibus pariter et futuris, presentium notitiam habituris salutem in domino sempiternam. Ad universorum, tam presentium, quam futurorum notitiam harum serie volumus pervenire, quod provida domina Katherina vocata, relicta condam magistri Gregorii litterati, olim similiter concivis nostri, coram nobis personaliter constituta confessa est vive vocis[a] pariter et relatum[b] in hunc modum: Quod ipsa matura deliberatione in se prehabita quandam vineam suam, in territorio prefate civitatis, supra imaginem sancte Anne, in vicinitatibus vinearum magistri Dionisii pridem vicarii et canonici ecclesie beati Petri apostoli de predicta Veteribuda a parte meridiei ab una, ex alia autem parte Albe ecclesie beate virginis existentem et habitam, cum omnibus suis universis utilitatibus ad eandem vineam pertinentibus, pro anime sue ac parentum suorum, claustro beate Marie virginis de prefata Veteribuda ac religiosis dominabus in eodem claustro deo servientibus dedisset, donasset et contulisset, ymmo dedit, donavit et contulit eisdem religiosis dominabus sanctimonialibus coram nobis iure perpetuo et irrevocabiliter possidendam, tenendam, pariter et habendam ac iuxta voluntatem ipsarum quecunque voluerint faciendam et disponendam, nullo contradictore existente. In cuius rei memoriam perpetuam-

que firmitatem presentes litteras nostras privilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas eisdem religiosis dominabus sanctimonialibus duximus concedendas. Datum feria sexta proxima ante festum beati Michaelis archangeli, anno domini M° quadringentesimo quarto.

[a] deest: oraculo
[b] recte: relata

1085 Firenze, 1434. oct. 9.

(Florentie, VII. Id. Oct., a. IV.) Supplicatur S(anctitati) v(estre, scil. Eugenio papae IV.)...prior generalis et...fratres s. Pauli primi heremite ord. b. Augustini..., quatenus omnibus Christi fidelibus monasterii b. Laurentii in promontorio Budensi dioc. Wespr., quod totius dicti ordinis locus est principalis, in quo...corpus s. Pauli primi heremite... est reconditum...visitantibus quocunque ...tempore...pro singulis vicibus decem annos et totidem quadragenas; ac ut in die solemnitatis penthecostes cum duobus diebus sequentibus, necnon festis b. Laurentii martiris et Pauli primi heremite in Januario, insuper dedicationis predicti monasterii viginti annos et totidem quadragenas de indictis penitentiis...relaxare dignemini...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 299. fol. 166[v]-167. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Non extat. - REG.: Mon. Rom. Vespr. III. p. 99.; Lukcsics: Dipl. pontific. II. p. 126-127., nr. 351.

1086 Firenze, 1434. oct. 16.

(Florentie, XVII. Kal. Nov., a. IV.) Eugenius (papa IV.)...nobili viro Johanni Schonaw de Buda, laico Wespr. dioc. et...in Christo filie Vrsule eius uxori (remissionem plenariam concedit...)

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Liber 320., fol. 276[v]. - REG.: Mon. Rom. Vespr. III. p. 99.; Lukcsics: Dipl. pontific. II. p. 127., nr. 354.

1087 Pozsony, 1434. oct. 28.

(Posonii, in Simonis et Iude.) Sigismundus...Hungarie...rex...iudici, iuratis ceterisque civibus, hospitibus ac toti communitati civitatis nostre Cassoviensis...Quia nos lucrum camere nostre cultelli Cassoviensis in anno proxime affuturo maiestati nostre provenire debens...circumspecto magistro Georgio litterato, civi civitatis nostre Budensis et comiti tricesimarum reginalium ad dicandum et exigendum duximus committendum, volumusque ipsum lucrum camere nostre per eundem magistrum Georgium litteratum, seu homines et familiares suos in dicatione et exactione eiusdem lucri camere nostre procedentes cum florenis auri aut monetis nostris: maiori, que nunc in...regno nostro Hung. cuditur, vel minori quarting appellata, illo et eodem modo, et pro tantis denariis earundem monetarum nostrarum, prout videlicet et pro quantis florenis auri in...civitate nostra Cassoviensi et in vestri medio cursum habet et cambitur, ab omnibus sub iurisdictione dicti lucri camere nostre Cassoviensis existentibus pro nostra recipi...maiestate. Ideo fidelitati vestre...mandamus, quatenus dum et quamprimum per...magistrum Georgium litteratum, seu homines et familiares suos...exinde fueritis requisiti, eisdem super eo, pro quot et quantis denariis florenus auri de pretactis monetis nostris maiori et minori quarting appellata in dicta civitate nostra Cassoviensi et in vestri medio cursum habet et cambitur, litteras vestras testimoniales sub vestris sigilis dare et concedere ac emanari facere debeatis...

ORIG.: Chart. pap. cum sig. secr. impresso. In superiore margine et sub sigillo Commissio propria domini imperatoris not. canc. legitur. Arch. civit. Cassov. Coll. Schwartzenbach. nr. 193. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Fejér: CD. X/7. p. 546-547.

1088 1434. nov. 1.

(VI. execut. /vig. Simonis et Iude.)... domino Sigismundo... Hungarie... regi... conventus monasterii Saxardiensis orationum suffragia devotarum. Vestra noverit serenitas nos litteras eiusdem vestre serenitatis preceptorie nobis inter alias loquendo... cum obedientia recepisse hunc tenorem continentes: (Vide nr. 1077. Sigismundus rex Hungariae 1434. sept. 9.)Nos itaque... litteras vestras preceptorias per nostrum testimonium... fratrem Demetrium sacerdotem... dominis canonicis de capitulo Strigoniensi exhibendas duximus destinandum, qui nobis... retulit..., quod ipse in vigilia festi... Simonis et Iude apostolorum[1]... prescriptas litteras vestre maiestatis... prefatis... canonicis capitulariter in sacristia... ecclesie Strigoniensis congregatis... presentasset, qui eisdem litteris perlectis ad earundem contenta taliter respondissent: Quod ipsi in omnibus vestre serenitatis mandatis... obtemperarent, ipsamque causam appellationis ulterius extra dictum regnum vestrum minime prosequerentur...

ORIG. : Non extat. - TRANSCR. : Nicolaus de Nywthod, decr. dr., ep. Tininiensis confirmatus, iudex a Iohanne archiepiscopo Strigoniensi delegatus in instrumento Ladislai Iohannis de Doroghaza, Agriensis dioc, publ. imp. auct. notarii, eiusdemque archiepiscopi ac dicti iudicis scribae 1470. p. dec. 14. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 8., nr. 9. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

[1] Oct. 27.

1089 Pozsony, 1435. jan. 26.

(Posonii, II. convers. Pauli.) Sigismundus... Hungarie... rex... capitulo eccl. Strigoniensis... Dicitur nobis in personis religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. Marie virg. de Veteribuda, quomodo littere et litteralia instrumenta super facto tributi in eadem Veteribuda super fluvio Danubii exigi soliti dudum a capitulo eccl. Budensis simulcum ipsa civitate Veteribuda per condam... dominum Lodovicum regem Hungarie... pro aliis suis possessionibus concambialiter recepti et prefato claustro... dati, cuiusque tributi exactionis ratione ipse domine nunc per diversos nostros regnicolas quam sepius in causas traherentur, ac molestarentur et vexarentur - emanate et confecta erga ipsum capitulum... eccl. Budensis remansissent et haberentur, quas et que ipse domine sanctimoniales pro huiusmodi tributi exactionis defensione ab eodem... vellent rehabere iure exigente. Super quo fidelitati vestre... mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio..., quo presente Fabianus de Kouachy, vel Iohannes filius Thome Keserew, aut Iacobus magnus, sin Anthonius Dekan dictus de Felkezy,... ad prefatum capitulum... accedendo ammoneat idem, ut huiusmodi litteras seu litteralia instrumenta factum prescripti tributi tangentia apud... ipsum... habitas et existentia eisdem dominabus sanctimonialibus dare et restituere, aut in talismodi causis adversus eas occasione exactionis annotati tributi motis et suscitandis penes earum procuratorem in iudicio pro earum defensione ratione previa fienda exhibere et produci facere debeat et teneatur. Quod quidem capitulum, si id faceret, bene quidem, alioquin evocet idem... contra annotatas dominas sanctimoniales nostram in presentiam ad terminum competentem rationem exinde redditurum...

ORIG. : Non extat. - TRANSCR. : Capit. eccl. Strigoniensis 1435. febr. 19. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 662. (Sign. ant. : V. Buden. Monial. Fasc. 16., No. 10.)

1090 1435. febr. 19.

(VI. Valentini.) Domino Sigismundo... Hungarie... regi... Capitulum eccl. Strigoniensis... Vestra noverit excellentia, nos litteras vestras... recepisse in hec verba: (Vide nr. 1089. Sigismundus rex Hung. 1435. jan. 26.) Nos igitur mandatis vestre excellentie ... obedire cupientes, unacum... Anthonio Dekan... magistrum Georgium de Borsva... concanonicum nostrum... transmisissemus..., qui... nobis... retulerunt, quod ipsi in festo

b. Valentini martiris...ad...capitulum Budense accedendo,...homo vester...ammonuisset idem, ut...litteras seu litteralia instrumenta factum...tributi (in Veteribuda super Danubio exigi soliti) tangentia apudque ipsum capitulum habitas et existentia...dominabus sanctimonialibus (claustri b. Marie virg. de Veteribuda) dare et restituere, aut in talismodi causis adversus eas occasione exactionis annotati tributi motis et suscitandis penes earum procuratorem in iudicio pro earum defensione ratione previa fienda exhibere et produci facere deberent et teneantur. Quod quidem capitulum huiusmodi litteras et litteralia instrumenta factum prescripti tributi tangentia apud ipsum habitas et existentia per unum ex ipsis iuxta...vestre excellentie mandatum penes procuratorem annotatarum dominarum sanctimonialium pro earum defensione in iudicio coram vestra excellentia producere et exhiberi facere assumpsissent, expensis tamen dominarum sanctimonialium antedictarum...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sigilli, quo erat clausa. In dorso: Domino regi pro religiosis dominabus sanctimonialibus claustri beate Marie virginis de (Veteribuda) contra honorabile capitulum ecclesie B(udensis) ammonitoriales intrascripte. Arch. Nat. Hung. Dl. 12.662. (Sing. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 16. No. 10.)

1091 1435. febr. 22.

(In Kathedre Petri.) Nos conventus eccl. s. salvatoris de Kapornok m. comm., quod Gregorius magnus, civis de Sarwar, in persona magistri Georgii civis Budensis in comitatu Zaladiensi exactor lucri Camere regie maiestatis...coram nobis...confessus est in hunc modum: Quod quia Laurentius de Bwcha familiaris egregiorum Stephani et Pauli filiorum condam Stephani filii bani de Alsolyndua in personis eorundem Stephani et Pauli, dominorum scil. suorum, de lucro camere..., videl. centum fl. puri auri veri et iusti ponderis iuxta consuetudinem et limitationem dudum factam de tenutis et pertinentiis castrorum Alsolyndua...ac Nempty...ac aliarum possessionum et portionum possessionariarum predictorum Stephani et Pauli ad cameram regiam provenire debentibus hic in... Kapornok, certo tempore et debita hora sibi plenam...impendisset satisfactionem, ideo ipse eosdem...commisisset expeditos...et...satisfactos...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 12.669. (Sign. ant.:N.R.A. Fasc. 1551., No. 80.)

1092 Pozsony, 1435. mart. 8.

(VII. Id. Mart.) Sigismundus...Romanorum imperator...ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Gallicie, Lodomerie, Cumanie Bulgarieque rex...ad univ. notitiam volumus pervenire, quod cum nos...regressi in hac civitate nostra Posoniensi..., unacum...prelatis...et baronibus...regni nostri..., certam conventionem nobilium de singulis...comitatibus convocari fecissemus, tandem... (inter ceteras) infrascripta(m) constitutione(m) duximus ordinanda(m)...

(XV)...quod in nostris et reginalibus liberis civitatibus, opidis, villis et possessionibus mediantibus eorum iudicibus, officialibus et presidentibus quibuscunque per cives, mercatores, hospites et incolas earundem pro suis debitis, rebus et acquisitionibus quibuscunque arestationes huiusmodi modo suprascripto[1] et sub penis antedictis per magistrum tauarnicorum aut alios eorum superiores indilate exigendis fieri nullatenus debeant neque possint, sed in locis communibus et coram iudice communi, cum necesse fuerit, fiant arestationes per eosdem modo superius declarato[2]...

ORIG.: A) Membr. cum fragm. sig. dupl. pend. In dorso Decretum Sigismundi regnicolarum adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 12.672/1. (Sign. ant.: Arch. Regni Lad. H. Nr. 6.) - B) Membr. sine sig., quod iam deperditum est. In dorso Statuta regni Vngarie de consensu nobilium eiusdem regni per dominum Sigismundum imperatorem edita 1435. adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 12.672/2. (Sign. ant. Arch. Regni Lad. H. Nr. 6.) - C) Membr., pridem in Arch. regn. Croat. Slavon. -Dalmat. nr. 27. - D) Membr.

cum sig. dupl. pend. In dorso Pro domino archiepiscopo Strigoniensi adnot est scripta. Arch. saec.Primat. Strigonien. Acta radicalia. Lad. V., Fasc. 1., nr. 6. - E) Membr. lacera, sine sig. iam deperdito. Exempl. civitatis Trencséniensis (Trencin.) Arch. civitatis Trencseniensis (Trencin.), Cista 1., nr. 18. - F) Membr. cum fragm. sig. dupl. pend. Arch. Nat. Hung. Dl. 80.498. Exempl. famil. Zichy. (Sign. ant.: Y 202., nr. 8.) - ED.: CJH.; Dóry-Bónis-Bácskai: Decreta p. 260-276. - COMM.: Kovachich: Suppl. I. p. 462-466.; Szlemencsics: Törvényeink története p. 249-255.; Mályusz: Zsigmond p. 184-185, 188.; Bónis: op. in ED. cit. p. 258-260.

[1] Vide cap. XIII. et XIV.
[2] Vide ibid.

1093 Pest, 1435. mart. 12.

(Pesth, mart. 12.)...in dote ecclesie parochialis beate Marie virginis in Pesth, seu in domo habitationis honor. viri domini Augustini plebani seu rectoris eiusdem ecclesie, in mei notarii publici subscripti testiumque infrascriptorum...presentia, ac coram prefato domino Augustino plebano...Thomas de Wacia, can. ecclesie Strigoniensis, procurator... dominorum canonicorum et capituli Strigoniensis...ac alter Thomas de Buda cler. Vesprimiensis dioc., iurisdictionis vero spiritualis Strigoniensis nuntius iuratus seu portitor remissionis infrascripte destinatus a...domino Martiali...episcopo Ebroicensi iudice et commissario..cause ac partibus infrascriptis a...synodo generali Basiliensi...specialiter deputatus, idem Thomas portitor huius remissionis litteras prefati...domini Martialis episcopi et auditoris, necnon certas positiones et articulos cum rotulo clauso sigillo eiusdem rotondo in capsa seu teca lignea cera rubea impresso in filis rubeis impendenti consignatas, ac subscriptione et signi appositione circumspecti viri Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc. pub. apost. auct. notarii, dictique...Martialis episcopi...et huiusmodi cause coram eo scribe communitas...pro parte dictorum dominorum canonicorum et capituli prefato domino Augustino plebano, executori et commissario, in vim clausularum, vidl. et vestrum quemlibet in solidum, item seu alter vestrum fuerit requisitus etc(etera) requisito...presentavit. Quarum...tenor...est talis:(Vide nr. 1083. Martialis episcopus Ebroicensis 1434. sept. 23.) Tenor vero positionum et articulorum est talis: (Vide nr. 1082. Positiones procuratoris capituli Strigoniensis 1434. a. sept. 23.) Quibus quidem litteris...domini Martialis episcopi et auditoris presentatis et per...dominum Augustinum iudicem et executorem...receptis et palam perlectis,...mag. Thomas de Wacia procurator ...dominorum canonicorum et capituli ecclesie Strigoniensis requisivit eundem dominum Augustinum iudicem et executorem, ut secundum...tenorem earundem litterarum procedere et citationem...contra...dominum Ladislaum Soos, gubernatorem...monasterii... Pechwaradiensis et conventum eiusdem...ad dicendum contra iudicem et executorem, prefatasque litteras domini Martialis episcopi et citationem, necnon eius executionem et ad revidendum aperiri positiones et articulos cum rotulo, ac produci et recipi, necnon iurari testes, qui pro parte...dominorum canonicorum et capituli erunt producendi, necnon quasdam litteras et munimenta transsummi et ad dandum interrogatoria...secundum que... testes exaudiantur, locumque in civitate Budensi per procuratorem...dominorum canonicorum et capituli electo[a] et per...dominum Martialem episcopum deputato[b] pro remissione huiusmodi exequenda, ac etiam ad audiendum dictis partibus aut earum legitimis procuratoribus terminum peremptorium competentem...assignari, infra quem per se vel procuratores suos idoneos cum omnibus actis, iuribus et monumentis causam huiusmodi tangentibus se...domini Martialis episcopi aut eius surrogati representent conspectum, iustam... sententiam recepturi - assignare dignaretur. Qui quidem dominus Augustinus prescriptis litteris...receptis...ac coram eo perlectis...respondit: Quod licet sibi et domino plebano ecclesie beate Marie virginis Budensis prescripte littere dirigerentur, tamen, quia clausule in eisdem continerentur tales, vidl. et vestrum quemlibet in solidum, item seu alter vestrum fuerit requisitus, absente...et in remotis agente suprascripto domino plebano Budensi, volens... mandatis...domini Martialis episcopi et auditoris...obedire, citationem petitam contra...dominum Ladislaum Soos, gubernatorem...et conventum decrevit et...per me notarium scribi mandavit, necnon pro loco domum dicti plebani ecclesie beate Marie

virginis Budensis assignavit. Cuius quidem citationis tenor sequitur et est talis: (Vide nr. 1094. Augustinus plebanus Budensis 1435. mart. 12.) Super quibus omnibus et singulis prefatus mag. Thomas procurator, nomine quo supra, sibi, a me notario, unum vel plura, publicum vel publica confici petiit instrumentum seu instrumenta...

ORIG.: Membr. cum signo et subscriptione Michaelis Iohannis de Siry, cler. Agriensis dioc. publ. imp. auct. notarii. In dorso manu saec. XVI. scripta haec adnot. legitur: Instrumentum publicum super presentatione remissionis ac positionum et articulorum et decreto citationis contra gubernatorem et conventum abbatie Pech Varadiensis. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 9. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

[a] recte: electum
[b] recte: deputatum

1094 Pest, 1435. mart. 12.

Augustinus plebanus ecclesiae b. Mariae virginis de Pesth, iudex executorque a Martiali episcopo Ebroicensi auditore concilii Basiliensis delegatus Ladislaum Soos, gubernatorem monasterii Pechwaradiensis et conventum loci eiusdem in suam praesentiam citari facit.

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Michael Iohannis de Siry, cler. Agriensis dioc. imp. auct. notarius publ. 1435. mart. 12. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 9. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

Augustinus plebanus et rector parochialis ecclesie beate Marie virginis de Pesth, Waciensis dioc. iurisdictionis vero spiritualis Strigoniensis, necnon a reverendo in Christo patre et domino Martiali, dei et apostolice sedis gratia episcopo Ebroicensi, iudice et commissario a sacrosancto generali concilio Basiliensi in spiritu sancto legitime congregato universalem ecclesiam representante cum illa clausula, videlicet et vestrum quemlibet in solidum, item, seu alter vestrum fuerit requisitus, iudex et executor ad infrascripta specialiter deputatus universis et singulis dominis abbatibus, prioribus, cantoribus, custodibus, plebanis, viceplebanis, altaristis, notariis seu thabellionibus publicis, presbiteris, clericis quibuscunque per diocesim Quinqueecclesiensem, Wesprimiensem et Waciensem, ac alias ubilibet constitutis et eorum cuilibet in solidum, ad quem seu ad quos presentes nostre littere pervenerint, salutem in domino et mandatis nostris, ymmo verius, dicti sacri concilii firmiter obedire. Litteras prefati reverendi in Christo patris et domini Martialis, dei et apostolice sedis gratia episcopi Ebroicensis, ac iudicis et commissarii de anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo quarto, mensis Septembris vicesima tertia,[1] super examinandis testibus et transsumendis litteris et munimentis, prefixione termini et aliis in eisdem litteris contentis pro parte dominorum canonicorum et capituli ecclesie Strigoniensis, in causa seu causis inter ipsos canonicos et capitulum ex una et venerabilem virum dominum Ladislaum Soos, gubernatorem abbatie seu monasterii Pechwaradiensis, ac conventum eiusdem monasterii parte ab altera: de et super quibusdam decimis predii Newegh infra limites parochie ecclesie parochialis sancti Andree de Sasaad, Wesprimiensis dioc., in dicto sacro concilio Basiliensi et coram predicto domino Martiali episcopo et auditore vertentibus confectas et emanatas, unacum quibusdam positionibus et articulis cum rotulo clausis, sigilloque eiusdem domini Martialis impendenti et notarii publici subscriptione communitas, nobisque per certum nuntium iuratum seu portitorem earundem in presentia magistri Thome de Wacia, canonici ecclesie Strigoniensis, ac procuratoris legitimi dominorum canonicorum et capituli eiusdem ecclesie in notarii publici et testium infrascriptorum presentia presentatas: nos ipsas ea, qua decuit, reverentia, noveritis recepisse, quas in specie prefatis domino gubernatori et conventui, vel eorum procuratori legitimo, dum voluerint et fuerit opportunum, exhibebimus et copiam dabimus earundem. Que quidem littere sic incipiunt: Martialis dei et apostolice sedis gratia ep. Ebroicensis, iudex et commissarius causarum et cause ac partibus infrascriptis a sacrosancto generali Basiliensi concilio in spiritu sancto legitime congregato specialiter deputatus, honorabilibus et circumspectis viris dominis ac plebanis ecclesiarum beate

Marie virginis de castro Budensi, Wesprimiensis et de Pesth, Waciensis dioc., salutem in domino etc(etera), et sic finiunt: Datum et actum Basilee in domo habitationis nostre, nobis inibi hora vesperarum consueta ad iura reddenda et causas audiendas in loco nostro solito pro tribunali sedentibus, sub anno a nativitate domini millesimo CCCC° tricesimo quarto, indictione duodecima, die vero Iovis, vicesima tertia mensis Septembris, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Eugenii divina providentia pape quarti anno quarto,[2] presentibus ibidem honestis et discretis viris: Iohanne Tureti presbitero et Luberto Iohannis de Hursden notario publico Ebroicensis et Traiectensis dioc., testibus ad premissa vocatis, specialiter et rogatis. Post quarum quidem litterarum presentationem et receptionem fuimus per prefatum magistrum Thumam canonicum et procuratorem, ac procuratorio nomine dictorum dominorum canonicorum et capituli ecclesie Strigoniensis debita cum instantia requisiti, ut ad executionem earundem litterarum iuxta vim, formam et tenorem earundem procedere dignaremur. Nos autem Augustinus iudex et executor prefatus, volentes mandatum a dicto sacro concilio Basiliensi nobis directum reverenter exequi, ut tenemur, idcirco auctoritate dicti sacri concilii nobis in hac parte commissa, vos omnes et singulos supradictos tenore presentium requirimus et monemus primo, secundo, tertio et peremptorie, vobisque nichilominus et cuilibet vestrum in solidum in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis pena, quam in vos seu alterum vestrum huiusmodi mandatum nostrum, ymmo verius dicti sacri concilii Basiliensis exequi recusantes seu recusantem trium dierum canonica monitione premissa, ferimus, in hiis scriptis districte precipiendo committimus et mandamus, quatenus postquam pro parte dictorum dominorum canonicorum et capituli cum presentibus fueritis requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, prefatos dominos Ladislaum gubernatorem seu administratorem et conventum monasterii Pechwaradiensis in dictis litteris specialiter nominatos, in eorum propriis personis, si commode habere poteritis, alioquin in domibus seu hospitiis habitationum ipsorum, si ad ea tutus pateat accessus, sin autem, tunc in locis publicis et vicinis, de quibus visum fuerit expedire, aut in ecclesia seu ecclesiis parochialibus vicinis, dum ibidem populi multitudo ad divina audiendum vel alias congregata fuerit, sic et taliter, quod sic verisimile huiusmodi citationem ad eorum notitiam posse deveniri ex parte nostra, ymmo verius dicti sacri concilii Basiliensis publice ac alta et intelligibili voce nostri in presentiam peremptorie citare curetis, quos et nos etiam tenore presentium sic citamus, quatenus ipsi vigesima die post citationem huiusmodi per vos vel alterum vestrum eis factam immediate sequenti, si dies ipsa vigesima iuridica fuerit, alioquin prima die iuridica extunc immediate sequenti, qua nos pro tribunali sedere contigerit, per se personaliter vel per legitimos procuratores suos idoneos sufficienter instructos compareant legitime coram nobis Bude, in domo habitationis domini plebani ecclesie beate Marie virginis de eadem Buda, quem locum nobis deputamus ad dicendum, excipiendum et allegandum contra prefatas litteras domini Martialis et presentem citationem eiusque executionem verbo vel in scriptis quicquid dicere seu allegare voluerint et alias ad videndum aperiri dictas positiones et articulos cum rotulo, ac produci, excipi et iurare testes, qui pro parte dictorum dominorum canonicorum et capituli ecclesie Strigoniensis erunt producendi, ac quasdam litteras et munimenta transsumi et ad dandum interrogatoris iuxta et secundum que ipsi testes examinentur, ac etiam ad audiendum dictis partibus aut earum legitimis procuratoribus terminum peremptorium competentem prefigi et assignari, infra quem per se, vel procuratores suos idoneos cum omnibus actis, iuribus, munimentis causam huiusmodi tangentibus dicti domini Martialis episcopi aut loco eius surrogati conspectui se representent iustam dante domino sententiam recepturi, necnon dictis testibus exauditis eorum depositiones fideliter in scriptis redactas ac transsumpta litterarum et munimentorum unacum positionibus et articulis sub sigillo nostro inclusas ad dicti domini Martialis seu alterius forsan loco sui surrogandi iudicis et commissarii presentiam ad dictum sacrum concilium cum fideli nuntio ad hoc prius iurato transmitti et per ipsum huiusmodi iuramentum prestari videndum et iuxta tenorem dictarum litterarum procedendum et procedi videndum certificando eosdem sic citatos, quod si coram nobis comparere non curaverint, extunc ipsis ulterius non ibi in partibus, sed in foribus seu portis dicte ecclesie beate Marie virginis Budensis, si necesse fuerit publice citatis ad omnia premissa iuxta tenorem dictarum litterarum domini Martialis episcopi, prout de iure fuerit procedendum ipsorum citatorum absentia vel contumatia in aliquo non obstante; et tandem seriem et diem vestre citationis cum nominibus citatorum nobis conscientiose vestris in litteris, aut instrumentum publicum[a] rescribatis, presentes in specie remittendo. Datum et actum in Pesth, in domibus nostre habitationis, anno domini

millesimo quadringentesimo tricesimo quinto, indictione tertiadecima, die vero duodecima mensis Martii, hora meridiei vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Eugenii divina providentia pape quarti anno quinto, presentibus ibidem discretis viris dominis Nicolao predicatore Teutunicorum, Francisco de Buda, Michaele de Hadad, Iohanne de Kechkemeth, altero Iohanne de Strigonio capellanis nostris aliisque quampluribus testibus fidedignis ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

[1] 1434. sept. 23.
[2] 1434. sept. 23.

[a] recte: aut in instrumento publico

1095 Széplak, 1435. mart. 15.

...Per hoc...publicum instrumentum cunctis...sit notum, quod...die...decima quinta mensis Martii infra missarum sollempnia, in ecclesia parochiali beati Stephani regis in oppido Seplak...fundata, Quinquecclesiensis dioc., loco scil. propinquo ad monasterium Pechwaradiense...in mei (Michaelis Iohannis de Siry, cler. Agriensis dioc., publ. auct. imp.) notarii et testium infrascriptorum...presentia...honorabilis vir, Thomas de Wacia, can. ecclesie Strigoniensis, procurator...dominorum canonicorum et capituli (eiusdem Strigoniensis ecclesie)...exhibuit...quoddam mandatum citatorium...per... dominum Augustinum plebanum de Pesth, iudicem et executorem per...dominum Martialem episcopum Ebroicensem ac auditorem...concilii Basiliensis pro...dominis canonicis et capitulo ecclesie Strigoniensis (deputatum) emanatum...de et super quibusdam decimis vinorum predii Newegh, infra limites...ecclesie parochialis sancti Andree de Sasaad Wesprimiensis dioc., contra...dominum Ladislaum Soos, gubernatorem...abbatie Pechwaradiensis et conventum eiusdem monasterii... mihi...presentavit...et me...requisivit, ut ad executionem eiusdem mandati...procederem, quod...mandatum citatorium ego... propter non tutum accessum personaliter ad...Ladislaum gubernatorem...et conventum in...ecclesie beati Stephani regis de oppido Seplak, loco eisdem vicino...coram Christi fidelium multitudine, que ibidem convenerat ad divina audienda, per...magistrum Thomam procuratorem requisitus, alta et intelligibili voce legi et publicavi, ac executioni...demandavi, necnon...dominum Ladislaum gubernatorem et conventum peremptorie citavi iuxta tenorem ipsius mandati..., quatenus ipsi vigesima die post citationem...per me eis factam ..., si...ipsa...iuridica fuerit, alioquin prima die iuridica extunc immediate sequenti, qua ...dominum Augustinum iudicem et executorem pro tribunali sedere contigerit, per se personaliter vel...procuratores suos...compareant...coram eodem...Bude, in domo habitationis plebani ecclesie beate Marie virginis de eadem Buda; quem locum...dominus Augustinus ad id deputavit ad dicendum et allegandum contra...litteras domini Martialis episcopi et presentem citationem eiusque executionem verbo vel in scriptis...et alias ad videndum aperiri positiones et articulos cum rotulo, ac produci, recipi et iurare testes, qui pro parte...dominorum canonicorum et capituli ecclesie Strigoniensis erunt producendi et quasdam litteras...transsumpmi et ad dandum interrogatoria..., secundum que...testes examinentur, ac etiam ad audiendum...partibus aut eorum procuratoribus terminum peremptorium...prefigi..., infra quem per se vel procuratores suos...domini Martialis episcopi aut loco eius surrogati conspectui se representent iustam...sententiam recepturi, necnon dictis testibus examinatis eorum depositionem..., ac transsumpta litterarum... unacum positionibus et articulis...ad...domini Martialis episcopi...iudicis et commissarii presentiam ad...concilium cum...nuntio...transmitti...et iuxta tenorem dictarum litterarum procedendum et procedi videndum; certificavique nichilominus eosdem sic citatos, quod si coram...domino Augustino in termino ipsis statuto non comparuerint, extunc ulterius non hic in partibus, sed in portis seu valvis...ecclesie beate Marie virginis, si necesse fuerit, publice citatis..., dominus Augustinus executor ad omnia premissa iuxta tenorem litterarum domini Martialis procedet, ipsorum absentia...in aliquo non obstante. Et ut omnia et singula in dicta citatione contenta ad singulorum deveniant evidentius notitiam, ...mag. Thomas procurator dictum mandatum citatorium (in portis) seu valvis...ecclesie beati Stephani regis ad...legendum...affixit et ibidem usque ad finem misse extensam permisit et tandem inde removit, copiam tamen eiusdem ibidem remisit. Super quibus

omnibus et singulis... mag. Thomas peciit sibi a me... unum vel plura confici publicum seu publica instrumenta. Acta sunt hec... presentibus... Mathia plebano de dicta Seplak, Petro capellano eiusdem, Nicolao de Hesther et Petro de Bermen clericis Quinqueecclesiensis dioc., aliisque... testibus... ad premissa vocatis...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Michael Iohannis de Siry, cler. Agriensis dioc., publ. imp. auct. notarius 1435. apr. 6. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 10. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

1096 Firenze, 1435. mart. 21.

(Florentie, XII. Kal. Mart., a. V.) Beatissime p(ater, scil. Eugenius papa IV.) Dudum Nicolaus Stock, decr. doctor ac... Sigismundi Romanorum imperatoris consiliarius, tunc archidiaconatum de Zabolcz; in Agrien. ac decanatum in Wratislaviensi eccl. ex dispensatione apostolica sibi concessa absque alia dispensatione preposituram s. Petri Veterisbudensem Vespr. dioc., que curata et dignitas maior in eadem existit tunc certo modo vacantem ex collatione ordinaria existit assecutus, necnon archidiaconatum, quem tamen postea dimisit, ac preposituram et decanatum predictos insimul post tres menses vel circiter fructus ex eis percipiens tenuit, prout decanatum et preposituram predictos tenet adhuc. Quare supplicat S(anctitati) v(estre) dictus Nicolaus, quatenus sibi de prepositura, cuius vigintiquatuor, necnon decanatu, cuius septuaginta marcarum argenti fructus... valorem annuum non excedunt..., de novo cum habilitatione... providere (dignemini)...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 303., fol. 16^{v}-17. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. 10.656., II. p. 684-685. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. II. p. 128-129., nr. 362.

1097 Firenze, 1435. mart. 21.

(Florentie, XII. Kal. Apr., a. V.) Sanctissime p(ate)r ! (scil. Eugenius papa IV.) Dudum S(anctitas vestra), vidl. VIII. Kal. Mai a I.[1]... Johanni Stock, magistro in medicina, de canonicatu eccl. Wratislavien. cum reservatione prebende, necnon dignitatis personatus vel officii inibi, ac beneficii ecclesiastici... vacantium per suas litteras... providit, volens inter cetera, quod quam primum canonicatum et prebendam aut dignitatem in Wratislaviensi quoad beneficium et si illud assequeretur, canonicus in eccl. Patavienis esse desisteret et quoad omnia alia in eadem eccl. dicte littere essent casse; si autem assecutio de dignitate... fieret, ipse Jo(annes) preposituram eccl. s. Petri Veterisbudensis Strig. dioc., quam tunc inter alia obtinebat, dimittere teneretur, prout in eisdem litteris, quas pro expresso habere dignemini, plenius continetur. Supplicat igitur S(anctitati) v(estre) dictus Jo(hannes), qui... Sigismundi Romanorum imperatoris phisicus existit, qui canonicatum et prebendam ipsius eccl. Wratislavien. tunc. vacantes - dictarum litterarum vigore - assecutus fuit; quarto sibi quod littere predicte ac processus habiti per easdem ab ipsarum data etiam quoad huiusmodi beneficium valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant, ipseque tam earum, quam presentium vigore huiusmodi beneficium, si vacat ad presens vel cum vacaverit, acceptare, et executores dictarum litterarum sibi de illo providere, ceteraque quoad hoc... exequi possint et debeant iuxta dictarum litterarum formam perinde ac si huiusmodi voluntas S(anctitatis) v(estre) in dictis litteris non fuisset apposita... concedere dignemini...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 303., fol. 17-17^{v}. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. 10.656., II. p. 686-687. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. II. p. 129., nr. 363.

[1] 1431. apr. 24.

1098 Pataj, 1435. apr. 1.

(F. VI. a. Judica a. etc(etera) XXX quinto.) (Secundum adnotationem) Registr(i) super rebus et bonis quondam nobilis viri Jacobi dicti Zwbor de Pathay, que sunt portate per egregium virum Zuborium de Feldvar ad domum Feldvar (inter alia portaverunt) viginti octo tunellas frugum cum tunello (!) Budensi.

ORIG.: Chart. pap. Arch. Nat. Hung. Dl. 80.501. (Sign. ant.: Arch. famil. Zichy. Fasc. 215. C., nr. 20.) ED.: Zichy oklt. VIII. p. 551-553.

1099 Buda, 1435. apr. 6.[1]

...die...quinta mensis aprilis...in palatio domus habitationis...seu dotis ecclesie parochialis beate Marie virginis Budensis Wesprimiensis dioc.,...coram... domino Augustino plebano...parochialis ecclesie beate Marie virginis de Pesth Waciensis dioc., ac iudice et executore per...Marialem...episcopum Ebroicensem, iudicem et commissarium...concilii Basiliensis...in causa...super quibusdam decimis vinorum predii Newegh infra limites...parochialis ecclesie sancti Andree de Sasaad Wesprimiensis dioc., consistentibus...et provenire debentibus inter...dominos canonicos et capitulum ecclesie Strigoniensis ex una,...ac dominum Ladislaum Soos, gubernatorem...abbatie ...Pechwaradiensis Quinqueecclesiensis dioc. et conventum eiusdem monasterii, partibus ex altera, vertenti...sub examinandis testibus ac transsumpmendis litteris et munimentis pro parte dictorum canonicorum et capituli, ac prefixione termini ad comparendum... partibus predictis in...concilio Basiliensi, necnon aliis in litteris prefati...Martialis episcopi contentis deputato, in mei (Michaelis Iohannis de Siry, cler Agriensis dioc., imp. auct.) notarii publici et testium infrascriptorum...presentia comparuit...mag. Blasius de Zemered can. ecclesie Strigoniensis, procurator...dominorum canonicorum et capituli Strigoniensis...et citationem per...dominum Augustinum plebanum, iudicem et executorem in facto dictarum decimarum pro parte...dominorum canonicorum et capituli ...contra gubernatorem...et conventum monasterii Pechwaradiensis ad dicendum contra litteras...domini Martialis et citationem, eiusque executionem, ac ad videndum aperiri quosdam positiones et articulos cum rotulo super recipiendis et examinandis testibus et transumpmendis litteris...et prefixionem termini, necnon ad dandam interrogatoriam... fieri debendam et in partibus executam et reportatam unacum eius executione, ac aliis in dictis litteris contentis - reproduxit et...domini Ladislai gubernatori...et conventus per se vel per procuratorem minime comparentium...contumatiam accusavit et...secundum vim...dictarum litterarum ad receptionem et examen testium et termini prefixionem ac alia omnia...in eisdem litteris contenta procedi et citationem ad valvas...ecclesie beate Marie virginis Budensis contra...gubernatorem...et conventum...ad dicendum contra prefatas litteras, necnon citationem, eiusque executionem...et ad videndum, aperiri... positiones et articulos cum rotulo, ac ad dandum interrogatoria...,necnon aliam citationem ad citandum testes decerni et dari, ac ad videndum produci, recipi et iurare testes et tandem, eisdem examinatis, depositiones eorum in presentia...domini Martialis per nuntium iuratum...et ad audiendum terminum...in concilio Basiliensi coram prefato domino... episcopo et iudice vel alio forsan interim in loco sui surrogando auditore...prefigi et assignari...postulavit. Qui quidem dominus Augustinus plebanus, iudex et executor... commisit prefatos Ladislaum Soos gubernatorem...,necnon conventum...usque ad horam tertiarum sequentis diei expectare presentibus ibidem discretis viris Alberto rectore altaris sancti Emerici in capella sancti Ladislai de Buda et Nicolao Bohemo, capellano beate virginis et aliis testibus...ad id...vocatis...Tandem hora...sequentis diei adveniente ...coram...domino Augustino iudice et executore et in mei (Michaelis Iohannis de Siry, cler. Agriensis dioc., imp. auct.) notarii publici et testium infrascriptorum...presentia comparuit predictus mag. Blasius canonicus et procurator, nomine procuratorio quo supra et...domini Ladislai Soos gubernatoris...et conventus non comparentium, nec aliquid dicere aut ad premissa aliquid facere curantium contumatiam accusavit et suam petitionem repetivit. Qui tunc dominus Augustinus plebanus, iudex et executor...non obstante...absentia ...Ladislai gubernatoris et conventus...secundum tenorem...litterarum...Martialis... auditoris ad receptionem et examen testium et alia in dictis litteris contenta procedendum

fore decrevit, ac eosdem gubernatorem... et conventum... ad videndum aperiri dictas positiones et articulos cum rotulo et testes iurare et ad alia premissa in portis seu valvis... ecclesie beate Marie virginis Budensis, iuxta certificationem ipsis prius factam ad... terminum competentem citandos fore et citationem ad citandos testes decrevit, desuperque litteras per me notarium fieri commisit... Quarum... unius, scil. executionis citationis sub publico instrumento confecte tenor talis est: (Vide nr. 1095. Michael Iohannis de Siry, cler. Agriensis dioc., publ. imp. auct. notarius 1435. mart. 15.) Alterius vero citationis ad valvas decrete tenor is est: (Vide nr. 1100. Augustinus plebanus de Pesth 1435. apr. 6.) Alterius vero citationis littere ad citandum testes decrete tenor talis est: (Vide nr. 1101. Augustinus plebanus de Pesth 1435. apr. 6.) Super quibus omnibus et singulis prefatus mag. Blasius procurator sibi, nomine quo supra, a me, notario publico unum vel plura publicum vel publica confici peciit instrumentum seu instrumenta. Acta sunt hec... presentibus venerabilibus et discretis viris dominis Iohanne magistro chori, necnon Mathia Iohannis et Paulo presbiteris, capellanis dicte ecclesie beate Marie virginis de Buda, testibus... ad premissa vocatis...

ORIG.: Membr. cum signo et subscriptione Michaelis Iohannis de Siry, Agriensis dioc. publ. imp. auct. notarii. In dorso manu saec. XVI. scripta haec adnot. legitur.: Super citatione abbatis et Conventus ad videndum iurare testes etc(etera). Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 10. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca)

[1] Certum ex litteris Augustini plebani Budensis 1435. apr. 6. emanatis et per eundem notarium in praesenti suo publico instrumento transscriptis. (Vide nr. 1100.)

1100 Buda, 1435. apr. 6.

Augustinus rector parochialis ecclesiae b. Mariae Virginis de Pesth, ac iudex et executor a Martiali episcopo Ebroicensi, auditore gen. concilii Basiliensis specialiter deputatus Ladislaum Soos, gubernatorem abbatiae Pécsváradiensis ac conventum eiusdem monasterii ad dicendum contra remissionales in causa inter canonicos et capitulum ecclesiae Strigoniensis super decimis vinorum predii Newegh coram prefato Martiali episcopo et auditore vertenti emanatas peremptorie in suam citat praesentiam.

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Michael Iohannis de Siry, cler. Agriensis dioc., publ. imp. auct. notarius 1435. apr. 6. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 10. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

Augustinus plebanus et rector parochialis ecclesie beate Marie virginis de Pesth, necnon a reverendo in Christo patre et domino Martiali, dei et apostolice sedis gratia episcopo Ebroicensi, iudiceque commissario a sacrosancta generali synodo Basiliensi in spiritu sancto legitime congregata constituto universalem ecclesiam representanti, cause et partibus infrascriptis iudex et executor specialiter deputatus, venerabili et religiosis viris domino Ladislao Soos, gubernatori monasterii Pechwaradiensis et conventui eiusdem monasterii Quinqueecclesiensis dioc., iurisdictionis vero spiritualis Strigoniensis, salutem in domino. Quia nuper exhibitis nobis pro parte honorabilium virorum dominorum canonicorum et capituli ecclesie Strigoniensis litteris remissionis prefati domini Martialis episcopi super examinandis testibus et transsumpmendis litteris et munimentis pro parte dictorum dominorum canonicorum et capituli, ac aliis in eisdem litteris contentis in causa, seu causis inter ipsos dominos canonicos et capitulum ex una et vos, dominum gubernatorem et conventum, parte ab altera de et super quibusdam decimis vinorum predii seu terre Newegh infra limites parochie ecclesie parochialis sancti Andree de Sasaad Wesprimiensis dioc., in dicto sacro concilio Basiliensi et coram prefato domino Martiali episcopo et auditore vertenti confectis et emananatis citatione contra vos decreta et in partibus executa et tandem nobis reportata, vos in termino ipsius citationis, puta quinta die mensis Aprilis coram nobis comparere non curastis, ideo sequenti die termini predicti omnibus, que per nos debuerunt, legitime

peractis, vos, dominum Ladislaum gubernatorem et conventum predictos, prout certificati estis per priorem nostram citationem, in portis seu valvis huius ecclesie beate Marie virginis Budensis, ex superhabundanti tenore presentium peremptorie citamus, similiter et vestros procuratores, si qui sunt in hac civitate Budensi, quatenus vigesima sexta mensis Aprilis predicti, si iuridica fuerit, alioquin prima die iuridica extunc immediate sequenti, in dote seu domo habitationis plebani ecclesie beate Marie virginis Budensis compareatis coram nobis, seu dicti vestri procuratores compareant ad dicendum et allegandum contra prefatas litteras domini Martialis episcopi et citationem eiusque executionem, quicquid dicere seu allegare voluerint et alias ad videndum aperiri quosdam positiones et articulos cum rotulo nobis per dictum dominum Martialem destinatos, ac produci, recipi et iurare testes, qui pro parte dictorum dominorum canonicorum et capituli erant producendi, ac quasdam litteras et munimenta transsumpti et ad dandum interrogatoria iuxta et secundum que ipsi testes examinentur, ac etiam ad audiendum dictis partibus aut earum legitimis procuratoribus terminum peremptorium competentem prefigi et assignari, infra quem per se vel procuratores suos idoneos cum omnibus actis, iuribus et munimentis causam huiusmodi tangentibus dicti domini Martialis episcopi aut loco eius surrogati conspectui se representent, iustam, dante domino, sententiam recepturi, necnon dictis testibus examinatis, eorum depositionibus fideliter in scriptis redactas[a], ac transsumpta litterarum et munimentorum unacum positionibus et articulis sub sigillo nostro inclusis ad dicti domini Martialis episcopi seu alterius forsan loco sui surrogandi iudicis et commissarii presentiam ad dictum sacrum concilium cum fideli nuntio ad hoc prius iurato transmitti et per ipsum huiusmodi iuramentum prestari videndum et iuxta dictarum litterarum tenorem procedendum et procedi videndum; alioquin certficamus vos, quod si in predicto termino coram nobis non comparueritis, nos ad premissa omnia et singula iuxta contenta litterarum dicti domini Martialis episcopi procedemus absentia vel contumatia vestra in aliquo non obstante. Datum Bude, in domibus habitationis domini plebani ecclesie beate Marie virginis predicte, sexta die mensis Aprilis supradicti, anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo quinto, quo utimur, nostro sub sigillo.

[a] recte: redactis

1101 Buda, 1435. apr. 6.

Augustinus rector parochialis ecclesiae b. Mariae Virginis de Pesth, ac iudex et executor a Martiali episcopo Ebroicensi, auditore gen. concilii Basiliensis specialiter deputatus plebano ecclesiae s. Gerardi martiris aliisque ecclesiarum rectoribus in suburbio Budensi constitutis eorumque vices gerentibus committit, ut dum et quando in causa inter canonicos et capitulum ecclesiae Strigoniensis et Ladislaum Soos, gubernatorem abbatiae Pécsváradiensis ac conventum eiusdem monasterii super facto decimarum vinorum predii Newegh in dicto concilio vertenti pro parte supradictorum canonicorum et capituli fuerint requisiti seu alter eorum fuerit requisitus, universos et singulos, quos procurator praefatorum canonicorum et capituli pro testibus duxerit nominandos, ad perhibendum testimonium veritati in suam citent (seu citet) praesentiam.

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Michael Iohannis de Siry, cler. Agriensis dioc., publ. imp. auct. notarius 1435. apr. 6. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 10. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

Augustinus plebanus et rector parochialis ecclesie beate Marie virginis de Pesth, ac a reverendo in Christo patre et domino Martiali episcopo Ebroicensi, auditore sacrosancti concilii Basiliensis in spiritu sancto legitime congregati universalem ecclesiam representatis ad ea, que in litteris prefati domini Martialis episcopi continentur iudex et executor specialiter deputatus, nobis in Christo sincere dilectis in sancti Gerardi aliisque omnibus et singulis ecclesiarum rectoribus seu plebanis in suburbio Budensi constitutis et existentibus, eorumque vicesgerentibus et capellanis et vestrum cuiuslibet devotionum in solidum salutem et sinceram in domino caritatem. Cum in causa seu in causis inter venerabiles dominos capitulum et canonicos ecclesie Strigoniensis ex una et venerabilem dominum Ladislaum Soos, gubernatorem abbatie seu monasterii Pechwaradiensis, ac conventum eiusdem monasterii ex altera partibus de et super facto certarum decimarum vinorum predii seu

terre Newegh infra limites parochie parochialis ecclesie sancti Andree de Sasaad Wesprimiensis dioc., in dicto sacro concilio Basiliensi vertenti predicti domini canonici et capitulum secundo die festi beati Marcii ewangeliste nunc proxime venturi, videlicet vicesima sexta mensis Aprilis coram nobis testes pro intentione sua fundanda producere debent et tenentur; nosque de commissione dicti sacri concilii Basiliensi eosdem testes eodem die et aliis diebus sequentibus ad id aptis et sufficientibus debemus examinare, ideo vestre et cuiuslibet vestrum devotionum in solidum in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis pena districte precipiendo committimus et mandamus, quatenus visis presentibus, ac dum et quando pro parte dictorum dominorum canonicorum et capituli ecclesie Strigoniensis fueritis cum presentibus requisiti, seu alter vestrum fuerit requisitus, universos et singulos, quos procurator vel nuntius prefatorum dominorum canonicorum et capituli vobis pro testibus duxerit nominandos, in nostram peremptorie citetis presentiam, quatenus ipsi predicta vigesima sexta mensis Aprilis in dote ecclesie seu domo beate Marie virginis de Buda coram nobis personaliter comparentes ad perhibendum testimonium veritati, certificantes eosdem, quod si coram nobis non comparuerint, extunc eosdem per censuram ecclesiasticam compellemus testimonium veritati perhibere. Datum Bude, sexta die mensis Aprilis supradicti, anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo quinto.

1102 Buda, 1435. apr. 7.

Blasius de Zemered, canonicus et procurator Capituli eccl. Strigoniensis litteras citatorias Augustini plebani paroch. eccl. beate Marie virg. Pestiensis, iudicis a Martiali episcopo Ebroicensi delegati, contra Ladislaum Soos, gubernatorem abbatie et conventus Pécsváradiensis editas valvis paroch. eccl. b. Mariae Budensis affigit.

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Michael Johannis de Siry, cler. Agriensis dioc., imp. auct. not. publ. 1435. apr. 26. In dorso Instrumentum super affixione littere intra valvas ecclesie beate virginis Budensis adnot. est scripta. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 12., nr. 6. (Arch. Nat. Hung. Fototheca.)

In Nomine domini amen[1]. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo tricesimo quinto, indictione tertiadecima, die vero septimo mensis Aprilis, hora tertiarum vel quasi, infra missarum solempnia populi multitudine existente in ecclesia beate Marie Budensis Wesprimiensis dyocesis, ante valvas eiusdem ecclesie, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Eugenii divina providentia pape quarti anno quinto, in mei notarii publici subscripti et testium infrascriptorum ad id specialiter vocatorum et rogatorum presentia personaliter constitutus honorabilis vir, magister Blasius de Zemered, canonicus ecclesie Strigoniensis, procurator et procuratorio nomine honorabilium virorum dominorum canonicorum et Capituli ecclesie Strigoniensis, de cuius procurationis mandato michi notario legittimis constitit documentis, habens et tenens suis in manibus veras et certas litteras citationis honorabilis viri domini Augustini plebani seu rectoris ecclesie parochialis beate Marie virginis opidi Pesthiensis Waciensis dyocesis, iurisdictionis vero spiritualis Strigoniensis, iudicis et executoris a reverendo in Christo patre et domino Martiali dei et apostolice sedis gratia episcopo Ebroicensi et auditore sacri concilii Basiliensis in spiritu sancto legittime congregati universalem ecclesiam representantis deputati, sub data Bude, in domo habitationis plebani ecclesie beate Marie virginis, sexta die mensis Aprilis anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo quinto, ad instantiam prefatorum dominorum canonicorum et capituli ecclesie Strigoniensis et contra venerabilem virum dominum Ladislaum Soos, gubernatorem seu administratorem monasterii seu abbatie Pechwaradiensis Quinqueecclesiensis dyocesis et conventum eiusdem monasterii in causa et causis decimarum predii seu terre Newegh vocati, infra limites parochie parochialis ecclesie sancti Andree de Sasaad Wesprimiensis dyocesis, in dicto sacro concilio Basiliensis vertenti et vertentibus, super examinandis testibus et transsumpmendis litteris et munimentis pro parte dictorum dominorum canonicorum et capituli, necnon prefixione

termini in dicto sacro concilio Basiliensi coram dicto domino Martiali episcopo vel forsan alio loco eius surrogando auditore cum universis iuribus et munimentis comparendi et ad alia facienda, que in ipsis litteris citatoriis continentur. Quas quidem litteras citatorias idem magister Blasius canonicus et procurator ibidem coram me notario publico et testibus infrascriptis eisdem valvis, per quas maior pars populi ad eandem ecclesiam intrare solet et exire, publice affixit et ibidem affixas stare permisit presentibus ibidem magistro Michaele rectore scole predicte ecclesie beate Marie virginis, necnon Marco, Bartholomeo et Michaele scolaribus eiusdem scole, testibus ad id specialiter requisitis; deinde anno, indictione mense et pontificatu predictis, die vigesima sexta mensis Aprilis suprascriptis, hora sextarum vel quasi, prefatus magister Blasius canonicus et procurator prefatas litteras de eisdem valvis removit presentibus ibidem discretis viris Alberto rectore altaris sancti Emerici ducis et confessoris in capella sancti Ladislai regis Bude constructa et prefato magistro Michaele rectore scole, testibus fidedignis ad id specialiter vocatis et requisitis. Acta sunt hec et facta anno, indictione, mense, diebus, horis et pontificatu quibus supra.

Signum notariale. Et ego Michael Iohannis de Siry, clericus Agriensis dyocesis, imperiali auctoritate notarius publicus, quia predictarum litterarum affixioni et remotioni, aliisque omnibus et singulis, dum sic, ut premittitur, fierent et agerentur, unacum prenominatis testibus interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi, idcirco hoc presens publicum instrumentum, me aliis arduis occupato negotiis per alium fidelem scriptum, exinde confeci et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis consignavi et roboravi in fidem et testimonium premissorum rogatus et requisitus.

[1] Verba haec litteris maioribus scripta sunt.

1103 Pozsony, 1435. apr. 24.

(Posony, in Georgii.) Sigismundus... Romanorum imperator... ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc(etera) rex... universis... prelatis, baronibus, comitibus, castellanis, nobilibus et generaliter cuiusvis status et conditionis tam ecclesiasticis quam secularibus possessionatis hominibus ubilibet inter ambitum regni nostri constitutis... Ad nostre maiestatis audientiam est deventum, quomodo nonnulli extranei et forenses, signanter cives et mercatores... tam nostrarum regalium civitatum, quam aliorum prelatorum, baronum, nobilium et regnicolarum nostrorum civium et populorum comodum et profectum ipsis usurpare satagentes, dum per iudicem et iuratos civitatum nostrarum liberarum in eorum consortium et concives non acceptarentur, in aliis opidis seu villis et possessionibus descenderent et per totius regni nostri ambitum ad nundinas et fora pergerent et diversas negotiationes, emptiones, venditiones, cambia, commutationes et contractus exercendo, lucrum, utilitatem et profectum, ymmo quasi victum, quibus tam nostrarum civitatum, quam vestrorum opidorum et villarum inhabitatores sustentari possent, ab eisdem alienando, sibi ipsis attraherent, lapsisque quibusdam paucis temporibus se rursus extra regnum nostrum, quo maluerint, absentarent in expressibile derogamen tam nostrarum liberarum civitatum civium, quam aliorum regnicolarum et preiudicium multum grande. Ne igitur... lucrum et sustentatio propriorum nostrorum regnicolarum in usus alienorum convertatur, ... decernentes sancimus et committimus, ut nulli omnino mercatores, negotiatores, commutatores aut alterius cuiusvis status et conditionis homines forenses scilicet et alienigene in nostris civitatibus regalibus, reginalibus ac aliorum quorumcunque, quomodocunque et qualitercunque residere, aut aliquas mercantias, negotiationes et commutationes seu venditiones rerum venalium et emptionalium facere et exercere possint et valeant quovismodo, demptis solummodo talibus forensibus alienigenis ac advenis, qui se in nostro regno in quibuscunque locis radicati et fixe moraturos disposuerunt. Quocirca... vestre universitatis et cuiuslibet vestrum fidelitati... precipimus..., quatenus a modo imposterum nullus omnis vestrum talismodi mercatores, negotiatores, commutatores et alterius status forenses, scilicet et advenas atque et extraneos homines in suis possessionibus, tenutis, honoribus ac opidis su villis aut in eorum medio tenere, fovere et conservare presumat seu residere et morari permittat quovismodo, quinymo cunctos et omnes tales, qui in vestris possessionibus tenutis, honoribus seu vestri in medio per nostros fideles iudices, iuratos cives, hospites atque mercatores et negotiatores quarumcumque liberarum civitatum nostrarum, presentium

scilicet exhibitores reperti fuerint et vos seu quoscunque ex vobis presentium serie requisitos habuerint, manibus eorundem cum omnibus rebus et bonis ipsorum tradere et assignare debeatis... Si quis autem vestrum predictorum nostrorum mandatorum contrarium facere presumpserit, talium omnium possessiones et quelibet bona eo facto pro nostra occupari faciemus maiestate...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. secr. sub textu appressi. In superiore margine Commissio propria domini imperatoris not. canc., in dorso vero, similiter in superiore margine Litera super eo, ut mercatores forenses sew extranei in civitatibus regalibus, reginalibus et aliorum prelatorum et baronum mercancias non valeant exercere adnot. legitur. Arch. Secr. civitatis Cassoviensis (Kosice) D. No. 24. - TRANSCR.: Capitulum eccl. Scepusiensis 1437. febr. 5. Arch. Secr. civitatis Cassoviensis (Kosice) D. No. 25. - REG.: Horváth Mihály: M. Tört. tár IX(1861) p. 142. - PHOTOCOPIAE: Arch. Nat. Hung. DF. 269.239.; 269.240.

1104 Buda, 1435. apr. 24.

Nicolaus plebanus eccl. b. Gerardi martiris de suburbio castri Budensis testes per magistrum Blasium canonicum et procuratorem capituli Strigoniensis designatos Augustini plebani b. virg. Mariae de Pesth, iudicis a Martiali auditore gen. synodi Basiliensis specialiter deputati in praesentiam citat.

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Franciscus Budensis et Augustinus de Pesth plebani in instrumento Michaelis Iohannis de Siry cler. Agriensis dioc., publ. imp. auct. notarii 1435. apr. 26. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 15. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 167.

Honorabili viro domino Augustino plebano ecclesie parochialis beate Marie virginis de Pesth ac a reverendo in Christo patre domino Martiali episcopo Ebroicensi sacrosancte synodi Basiliensis auditore executori ac commissario specialiter deputato Nicolaus plebanus ecclesie beati Gerardi martiris de suburbio castri Budensis debita recommendatione premissa cum orationibus in Christo devotis. Noveritis me litteras vestras pro parte honorabilis capituli ecclesie Strigoniensis contra dominum Ladislaum Soos gubernatorem abbatie Pechwaradiensis et conventum loci eiusdem in quoddam facto decimarum emanatas recepisse, quibus receptis volens mandatis vestris, ymmo dicte sancte synodi, ut teneor, obedire, mox accessi ad discretum et providos viros Laurentium plebanum ecclesie sancti Andree de Sasaad, Petrum sartorem de Zenthfalwa, Laurentium Stephani de Tekel, Gaspar Laurentii de Wrs, Mathiam Behtes de eadem, Blasium de Sambok, Petrum Thothy de Logod, Iohannem Mathei de suburbio castri Budensis, Emericum Simonis Rewez de Pesth, Albertum iudicem de Logod, Emericum Zenthe de Wrs, Laurentium Stephani de eadem, Ianko Kalmar, Stephanum plebanum sancte Marie Magdalene, dominam Katherinam relictam Thome Navalyas, Margaretham relictam Petri Tegez de castro Budensi, Petrum filium Iohannis de Logod, Stephanum pellificem, Gregorium Thekenevs, Paulum presbiterum natum de Buda, capellanum sancti Ladislai de castro Budensi regentem, Nicolaum Naualyas de castro Budensi, Paulum Soos de Logod, Anthonium parvum, Iohannem filium Francisci de eadem, Martinum Pinter de Buda, Emericum Sclaum, Iohannem Potroh, Cristannum sutorem, Petrum Bornemyza iudicem, Martinum Kapas de castro Budensi, Anthonium iuratum de Logod, Iohannem Gombos, Paulum magnum, Paulum cipo de civitate Budensi, Paulum Nehez de Sasaad, Emericum Wyazaros, Petrum Wadwerew et Andream dictum predicator de antedicto castro Budensi per magistrum Blasium canonicum ecclesie Strigoniensis ac procuratorem legitimum dictorum canonicorum et capituli michi pro testibus nominatos, ipsosque in vestram iuxta tenorem litterarum vestrarum predictarum peremptorie citavi presentiam ad feriam tertiam proximam post festum beati Marci ewangeliste nunc venturam[1], quatenus ipsi in eodem termino in domo domini plebani ecclesie beate virginis de dicto castro Budensi pro loco ipsis assignato coram vobis ad perhibendum testimonium veritati compareant in causa dictarum decimarum inter partes predictas mota. Datum Bude in domo habitationis mee, vigesima quarta mensis Aprilis, meo sub sigillo, anno domini millesimo CCCC° tricesimo quinto.

[1] Apr. 26.

1105 Buda, 1435. apr. 26.

Blasius de Zemered, canonicus et procurator Capituli eccl. Strigoniensis vigore cuiusdam remissionis Martialis episcopi Ebroicensis, auditoris gen. concilii Basiliensis in causa decimarum vinorum predii Newegh super examinandis testibus pro parte memoratorum canonicorum et capituli ac praefixione termini ad comparendum in dicto concilio coram eodem auditore - emanatae Franciscum de Castro Budensi et Augustinum de Pesth plebanos, iudices et executores ab eodem episcopo deputatos ad ulteriorem executionem earundem litterarum requirit.

ORIG.: Membr. cum signo et subscriptione notarii publ. In dorso manu saec. XVI. scripta Instrumentum quomodo procuratores partium coram executoribus compareant et testes iurare viderent etc(etera) adnot. est scripta. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 15. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

In nomine domini, Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo tricesimo quinto, indictione tertiadecima, die vero vicesima sexta mensis Aprilis, hora sextarum vel quasi, in palatio domus sue seu dotis ecclesie parochialis beate Marie virginis Budensis, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Eugenii divina providentia pape quarti anno quinto, coram venerabili et egregio ac honorabili viris dominis Francisco decretorum doctore, plebano suprascripte ecclesie beate Marie virginis Budensis Wesprimiensis et Augustino similiter plebano de Pesth Waciensis diocesis, iudicibus et executoribus cuiusdam remissionis a reverendo in Christo patre domino Martiali dei et apostolice sedis gratia episcopo Ebroicensi auditore sacri concilii Basiliensis in spiritu sancto legitime congregati universalem ecclesiam representantis, in causa et causis decimarum vinorum predii seu terre Newegh infra limites parochie parochialis ecclesie sancti Andree de Sasaad Wesprimiensis dioc. super examinandis testibus et litteris ac munimentis transumpmendis pro parte honorabilium dominorum canonicorum et capituli ecclesie Strigoniensis et prefixione termini ad comparendum in dicto sacro concilio Basiliensi coram prefato domino Martiali episcopo vel alio forsan loco sui surrogando auditore cum universis iuribus et monumentis communiter et divisim deputatis, in meique notarii publici subscripti et testium infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum presentia comparentibus honorabili magistro Blasio de Zemered, canonico ecclesie Strigoniensis procuratore et procuratorio nomine prefatorum dominorum canonicorum et capituli principalium et circumspecto viro Nicolao litterato de Pechwaradino, procuratore similiter et procuratorio nomine domini Ladislai Soos, gubernatoris seu administratoris monasterii Pechwaradiensis et conventus eiusdem monasterii ex adverso principalium, de quorum procuratorum mandatis michi notario certis et legitimis constitit documentis; et predictus mag. Blasius procurator certas litteras citationum, unam ad valvas dicte ecclesie beate Marie virginis[1] et aliam ad citandum testes decretas unacum earum executione exhibuit, cuius tenor, scilicet relationis ipsius executionis tenor is est: (Vide nr. 1104. Nicolaus plebanus b. Gerardi mart. de suburbio castri Budensis 1435. apr. 24.) Quibus productis idem mag. Blasius procurator proposuit in hunc modum: quod licet a prefato reverendo in Christo patre domino Martiali episcopo Ebroicensi et auditore causarum sacri concilii Basiliensis littere predicti domini Martialis episcopi et auditoris super examinandis testibus et litteris ac munimentis transumpmendis, termini prefixione et alia exequenda, que in eisdem continentur litteris, emisse et predictis dominis Francisco et Augustino et eorum cuilibet in solidum directe extiterint, tamen quia propter absentiam prefati domini Francisci plebani tunc in remotis agentis per dictum dominum Augustinum plebanum ac executorem et commissarium cum clausulis videlicet, et vestrum quemlibet in solidum, item, seu alter vestrum fuerit requisitus, ad id requisitum iam ad aliquos actus, citra tamen receptionem et examen testium, extitit processum, ideo idem mag. Blasius procurator, procuratorio nomine quo supra, vigore dictarum litterarum domini Martialis episcopi ipsum dominum Franciscum plebanum beate Marie virginis ad ulteriorem executionem earundem litterarum cum prefato domino Augustino plebano fiendam pro maiori rei veritate debita cum instantia requisivit. Qui dominus Franciscus plebanus, visis prius dictis litteris domini Martialis episcopi et coram eo perlectis, obtulit se mandatis dicti sacri concilii et domini Martialis episcopi auditoris, prout tenetur, obedire, ad ulteriorem executionem dictarum litterarum cum eodem domino Augustino faciendam promptum et paratum, licet sui corporis nimium gravaretur infirmitate. Quo

peracto, prefatus mag. Blasius can. procurator supradicto nomine, ibidem coram eisdem dominis Francisco et Augustino duas citationes, unam scilicet ad valvas dicte ecclesie beate virginis et aliam ad citandum testes decretas unacum earum executione, necnon certos testes citatos, videlicet Laurentium plebanum de dicta Sasaad, Petrum sartorem de Zenthfalwa, Laurentium Stephani de Thekel, Caspar Laurentii de Wrs, Mathiam Bhethes de eadem, Blasium de Sambok, Petrum Chwtj de Logod, Iohannem Mathei de suburbio castri Budensis, Emericum Simonis Rewez de Pesth, Albertum iudicem de Logod, Emericum Zenthe de Wrs, Laurentium Stephani de eadem, Ianko Kalmar de Buda, Stephanum plebanum sancte Marie Magdalene de castro Budensi, Katherinam relictam Thome Naualyas, Margaretham relictam Petri Tegez de eodem castro Budensi, Petrum filium Iohannis de Logod, Stephanum pellificem, Gregorium Thekenews, Paulum presbiterum natum de Buda capellam sancti Ladislai de castro Budensi regentem, Nicolaum Nawalyas de castro Budensi, Paulum Soos de Logod, Anthonium parvum, Iohannem filium Francisci de eadem, Martinum Pinter de Buda, Emericum Sclaum, Iohannem Potroh, Cristannum sutorem, Petrum Bornemyza iudicem civitatis Budensis, Martinum Kapas de castro Budensi, Anthonium iuratum de Logod, Iohannem Gombos, Paulum magnum, alterum Paulum cypo de civitate Budensi, Paulum Nehez de Sasaad, Emericum wyazaros, Petrum wadwerew et Andream dictum predicator de antedicto castro Budensi coram eisdem dominis Francisco et Augustino produxit, ac dictos positiones et articulos cum rotulo aperiri, necnon ab eisdem testibus iuramentum ad sancta dei ewangelia, ut est moris, super dicenda veritate recipi, ac interrogatoria per dictum Nicolaum procuratorem, nominibus quibus supra, dari iuxta et secundum que ipsi testes examinentur, alias iuxta prudentiam a deo ipsis datam eosdem testes diligenter examinari et eorum depositiones fideliter in scriptis redigi et ad dictum sacrum concilium Basiliense unacum positionibus et articulis inclusis sub sigillis eorum prefato domino Martiali episcopo vel alteri forsan loco sui surrogato auditori cum fideli nuntio iurato transmitti, ac terminum peremptorium competentem dictis partibus et procuratoribus prefatis assignari, infra quem per se vel procuratores suos idoneos cum omnibus actis, iuribus et munimentis causam huiusmodi tangentia se dicti domini Martialis episcopi aut eius surrogati conspectum representent iustam dante domino sententiam recepturi, ut ab eodem domino Martiali haberent in commissis, postulavit. Quo quidem Nicolao procuratore nec interrogatoriam dari, nec aliquid contra personas testium vel alia in presenti negotio gesta dicere curante, supradicti domini Franciscus et Augustinus plebani ac iudices et executores, ut a predicto domino Martiali habuerunt in mandatis ad receptionem et examen eorundem testium procedi decreverunt et ad audiendum prefigi terminum in dicto sacro concilio Basiliensi cum actis, iuribus et munimentis coram dicto domino Martiali episcopo vel surrogato loco sui comparendi sextam diem mensis Maj, infra quem dicti testes examinentur, predictis procuratoribus prefixerunt et assignarunt, ab eisdemque testibus in presentia dictorum magistri Blasii et Nicolai litterati procuratorum super dicenda veritate ad sancta dei evangelia per eos manibus tacta iuramentum in forma solita receperunt, predicti vero dominus Franciscus plebanus propter corporis sui debilitatem et idiomatis Hungaricalis ignorantiam, quia ipsi testes Hungari erant, loco sui discretum et honestum sacerdotem, Paulum de Buda suum capellanum penes dictum Augustinum deputavit, meque notarium infrascriptum penes eosdem ad examinandum cum ipso eosdem testes dicti procuratores elegerunt, cum quibus tandem ego Michael notarius subscriptus dictos testes quemlibet singulariter et secrete diebus ad id aptis et sufficientibus diligenter examinavi et eorum depositiones fideliter in scriptis redegi, presentibus ibidem in comparitionibus predictis requisitionibus, iuramenti receptione et deputatione honorabilibus et diocretis viris dominis Alberto rectore altaris sancti Emerici ducis in capella sancti Ladislai regis de Buda, Iohanne magistro chori, Nicolao Bohemo et Iohanne sacristano, aliisque quampluribus testibus fidedignis ad premissa vocatis, specialiter et rogatis,

Signum notariale. Et ego Michael Iohannis de Siry, clericus Agriensis diocesis, imperiali auctoritate notaribus publicus, quia predictis comparitionibus, litterarum exhibitioni, requisitioni, iuramenti depositioni aliisque omnibus et singulis, dum sic, ut premittitur, fierent et agerentur, unacum prenominati testibus presens interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi, idcirco presens publicum instrumentum, me aliis arduis occupato negotiis, per alium fidelem scriptum exinde confeci et in hanc publicam formam redegi, signoque et nomine meis solitis et consuetis consignavi et roboravi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum rogatus et requisitus.

[1] Vide nr. 1102. - Eodem a. apr. 26. magister Blasius... prefatas litteras de eisdem valvis removit... presentibus ibidem Alberto rectore altaris s. Emerici ducis et confessoris in capella s. Ladislai regis Bude constructa... et magister Michaele rectore scole, testibus ... ad id... vocatis... Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 12., nr. 6.

1106 Buda, 1435. apr. 27.

Franciscus b. Mariae Virginis de castro Budensi et Augustinus similiter b. Virginis de Pest ecclesiarum parochialium rectores seu plebani ad requisitionem magistri Blasii de Zemered, canonici ecclesiae Strigoniensis, procuratoris canonicorum et capituli eiusdem ecclesiae, necnon ad litteratoriam commissionem Martialis episcopi Ebroicensis, auditoris causarum generalis concilii Basiliensis praedictis plebanis factam litteras Martini papae V. 1424. dec. 30. emanatas transsumi et litteris suis inseri faciunt.

ORIG.: Membr. cum plica et duobus sigillis: uno rubeo rotundo annulari plebani Budensis, altero hemispherico viridi plebani Pestiensis de cordulis albis cannabi pendentibus, necnon signo et subscriptione Michaelis Iohannis de Siry, cler. Agriensis dioc., publ. imp. auct. notarii. In dorso manu saec. XVI. Transsumptum litterarum commissionalium Martini pape abbati Scotorum adnot. ext scripta. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 8. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

Nos Franciscus decretorum doctor beate Marie virginis de castro Budensi et Augustinus similiter beate virginis de Pesth ecclesiarum parochialium rectores seu plebani, ac a reverendo in Christo patre et domino domino Martiali episcopo Ebroicensi ac sacrosancti generalis concilii Basiliensis in spiritu sancto legitime congregati partibus infrascriptis commissarii deputati notum facimus tenore presentium quibus expedit universis, quod die, hora et loco infrascriptis accendens ad nostri presentiam honorabilis vir magister Blasius de Zemered, canonicus ecclesie Strigoniensis, procurator et procuratorio nomine honorabilium virorum dominorum canonicorum et capituli ecclesie Strigoniensis, de cuius procurationis mandato nobis per certas litteras dictorum dominorum canonicorum et capituli extitit plena fides, litteras seu bullas sanctissimi in Christo patris et domini domini condam domini Martini pape quinti, eius vera bulla plumbea in cordula canapi more Romane Curie bullatas, sanas et integras, non ambitiosas, non cancellatas, nec viciatas, sed omni prorsus vitio et suspitione carentes nobis in presentia notarii et testium subscriptorum curavit exhibere huiusmodi sub tenore: (Vide nr. 861. Martinus papa V. 1424. dec. 30.) Post quarum quidem litterarum seu bullarum apostolicarum presentationem et receptionem nobis et per nos factas, prefatus magister Blasius, nomine procuratorio quo supra, subiunxit in hunc modum, ut prefati domini canonici et capitulum ecclesie Strigoniensis prescriptis litteris seu bullis apostolicis in regno et extra in certis eorum causis et negotiis coram iudicibus, signanter vero coram prefato in Christo reverendo patre domino Martiali episcopo Ebroicensi, auditore causarum sacri concilii Basiliensis vel alio loco sui deputando auditore, in quadam causa decimarum in eisdem bullis apostolicis expressatarum inter prefatos dominos canonicos et capitulum ex una et venerabilem virum dominum Ladislaum Soos, gubernatorem abbatie Pechwaradiensis et conventum loci eiusdem parte ex altera in dicto sacro concilio Basiliensi coram dicto domino Martiali episcopo vertenti uti haberent, sed quia propter viarum discrimina ipsa originalia ad dictum sacrum concilium Basiliense seu alia loca deferre esset periculosum, quapropter idem magister Blasius, nomine procuratorio quo supra, requisivit nos debita cum instantia, quatenus ipsas litteras seu bullas apostolicas vigore litterarum dicti domini Martialis nobis superinde directarum, quas ibidem nobis in specie exhibuit, transsumere et earum transsumptum sibi sub nostris sigillis et cum subscriptione notarii publici taliter, ut eidem transsumpto in iudicio et extra plena valeat fides adhiberi, tamquam originali, dignaremur. Nos autem Franciscus et Augustinus commissarii suprascripti tam bullis apostolicis, quam litteris prefati domini Martialis episcopi et auditoris diligenter perlectis conspectisque et auscultatis, ipsisque veris et iustis reputatis, auctoritate et commissione dicti domini Martialis episcopi et auditoris in hac parte nobis attributis, ipsasque bullas apostolicas de verbo ad verbum sine diminutione et augmento aliquali, quod facti

substantiam immutet vel variet intellectum, transsumpmi et litteris nostris presentibus inseri faciendo transsumptum earundem prefatis dominis canonicis et capitulo Strigoniensi duximus concedendas decernentes, quod eidem transsumpto ubicunque locorum, tam in iudiciis, quam extra tanta fides adhibeatur, ac si originales bulle in specie exhiberentur. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes litteras nostras fieri et sigillis nostris appensis, quibus utimur ad presens, unacum subscriptione et signi appositione notarii publici subscripti fecimus communiri. Acta sunt hec et facta Bude, in pallatio domus seu dote dicte ecclesie beate Marie virginis anno domini millesimo quadringentesimo tricesimoquinto, indictione XIII., die XXVII. mensis Aprilis, hora sextarum vel quasi, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Eugenii divina providentia pape quarti, anno eius quinto, presentibus ibidem honorabilibus et discretis viris dominis Iohanne magistro chori, Laurentio, Paulo Hungaro et Nicolao plebano de Harmanicz capellanis dicte ecclesie beate Marie virginis, aliisque quampluribus testibus fidedignis ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Signum notarii publici. Et ego Michael Iohannis de Siry clericus Agriensis diocesis, imperiali auctoritate notarius publicus, quia prefatis litterarum apostolicarum exhibitoni, receptioni, requisitioni, transsumpti, decreto, aliisque omnibus et singulis premissis dum sic, ut suprascribuntur, coram prefatis dominis Francisco et Augustino commissariis fierent et agerentur unacum prenominatis testibus presens interfui, eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi, idcirco presentes litteras seu presens publicum instrumentum huiusmodi bullas apostolicas in se continentes seu continens per alium fidelem scriptum exinde confeci et in hanc publicam formam redegi et predictas bullas apostolicas transsumpsi et exemplavi, signoque et nomine nostris solitis et consuetis unacum appensione sigillorum prefatorum dominorum Francisci et Augustini commissariorum consignavi et roboravi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum requisitus et rogatus.

1107 Pozsony, 1435. maj. 1.

(Posony, in Philippi et Iacobi.) Nos Sigismundus... Hungarie... rex m. comm. t. pr. signific. quibus exp. univ., quod... attendentes et... pensantes... fidelitatis merita... egregii Iohannis filii condam Ladislai Fanch de Gordowa, olim regni nostri Sclauonie bani..., quibus... se nostre celsitudini gratum reddere studuit reddiditque... acceptum... in aliqualem ... huiusmodi suorum obsequiorum recompensam... ipsi... totum et omne ius nostrum regium, quod (in possessionibus in litteris enumeratis ac) in... possessione Elyesoucz, alio nomine Farkasoucz vocata, in comitatu de Wereucze situata, per nos alias prefato condam Ladislao Fanch bano in concambium... possessionis sue Bech appellate, in comitatu Pestiensi existentis, donata et collata, in cuius... pacifico dominio dictus Iohannes eundem condam Ladislaum Fanch banum, patrem suum vita sibi comite a tempore huiusmodi donationis nostre perstitisse, seque et... fratres suos perstitere asserit etiam de presenti... simulcum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis... annotato Iohanni filio Ladislai Franch bani de Gordowa... et per eum Bartholomeo et Ladislao carnalibus, item Frankoni filio Emerici filii predicti Ladislai Fanch bani fratrueli fratribus prelibati Iohannis ipsorumque heredibus et posteritatibus universis animo deliberato et ex certa nostre maiestatis scientia, prelatorumque et baronum nostrorum hic nobiscum existentium maturo prehabito consilio... contulimus... iure perpetuo ... possidendum... salvo iure alieno...

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. secr. impressi. In superiore margine et sub sigillo Relatio Stephani de Aran, comitis Newgradiensis not. canc. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 696. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 276., No. 27.) - TRANSCR.: Petrus de Vyngarth iudex curiae regiae 1498. oct. 30. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 800. - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 167. nr. 649. sub Dl. 12. 694.)

1108 Buda, 1435. maj. 6.

(...In palacio domus habitationis... Francisci plebani de Buda, die... sexta mensis Mai...)...Coram...domino Francisco b. Marie virg. et Augustino similiter b. virg. Marie de Pesth...ecclesiarum plebanis...et iudicibus et executoribus cuiusdam remissionis a...domino Martiali episcopo Ebroicensi (et auditore)...concilii Basiliensis super...examinandis testibus...et aliis in litteris (eiusdem) domini...episcopi...contentis - deputatis, in meique (Michaelis Iohannis de Siry) notarii publici...et testium infrascriptorum...presentia constituti (sunt)...mag. Blasius de Zemered...canonicus ecclesie Strigoniensis, procurator...canonicorum et capituli eiusdem ecclesie..., necnon Nicolaus litteratus de Pechwaradino...procurator...domini Ladislai Soos, gubernatoris...monasterii Pechwaradiensis et conventus eiusdem...Predicti domini Franciscus et Augustinus plebani... et executores ad requisitionem...magistri Blasii procuratoris depositiones quorundam testium pro parte... dominorum canonicorum et capituli super quibusdam decimis vinorum predii seu terre Newegh infra limites parochie ecclesie parochialis sancti Andree de Sasaad ...existentis, provenientibus, per...dominum Augustinum et...Paulum presbiterum de Buda, capellanum...domini Francisci plebani, per eundem propter sui debilitatem et ignorantiam idiomatis Hungaricalis ad id deputatum, unacum...notario infrascripto receptorum...in scriptis redactas, unacum positionibus et articulis per dictum Martialem episcopum destinatis, super quibus ipsi testes examinati fuerunt, inclusis, per me notarium subscriptas, clauserint et sigillis eorum sigillarunt, ac...Thome de Buda, a quo prius dictus Augustinus ipsam remissionem receperat, accepto ab eodem iuramento et per ipsum coram dicto Nicolao procuratore ad id citato unacum Blasio similiter procuratore super fidelitate de apportando easdem ad dictum...concilium Basiliense prefato domino Martiali episcopo vel alteri forsitan loco sui surrogato, easdem...tradiderunt..., necnon dictis partibus...quinquagesimum diem a predicta vigesima sexta die mensis Iunii computando pro termino peremptorio...assignaverunt, infra quem ipsi canonici et capitulum, necnon Ladislaus Soos, gubernator et conventus per se personaliter vel per eorum procuratores...in...concilio Basiliensi,...domini Martialis episcopi (in presentia)... cum omnibus actis, iuribus et munimentis representet, iustam, dante domino, sententiam recepturi...Acta sunt hec...presentibus...Nicolao Bohemo et Paulo de Buda presbiteris capellanis...ecclesie beate Marie virginis Budensis, necnon Francisco de dicta Buda et Iohanne de Strigonio, capellanis dicti domini Augustini, presbiteris Wesprimiensis et Strigoniensis dioc., aliisque...testibus...ad premissa vocatis...

ORIG.: Membr. in forma transversa, cum signo et subscriptione Michaelis Iohannis de Siry, cler. Agriensis dioc., publ. auct. apost. notarii. In dorso manu XVI. saec. scripta haec adnot. legitur: Instrumentum quomodo executores attestationes sigillarunt et nuntio iurato tradiderunt ad portandum ad concilium et quomodo executores partibus terminum prefixerunt ad comparendum in concilio, ut cum omnibus actis et munimentis compareant. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 10. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

1109 Buda, 1435. maj. 7.[1]

(Bude, sab. p. invent. crucis.) Iohannes de Rozgon magister tavarnicorum, ac sumpmus thezaurarius regie maiestatis...uti etiam mediantibus nostris aliis litteris notificavimus vestris circumspectionibus, quod hac vice vestras nolumus aggravare huc itinerando dilectiones, sed...quando...secundario superinde nostras litteras huc venire ostensas videbitis, ad tempus in eisdem deputatum et congregationem huc venire nequaquam postponere debeatis. Igitur nunc...committimus vestris circumspectionibus, quatenus pro hac vice in nostri presentiam, huc ad civitatem Budensem, nullum ex vobis...transmittere debeatis, sed securi, quieti ac in domibus seu habitationibus vestris pacifice remanere debeatis...

In dorso: Circumspectis viris iudici iuratisque civibus civitatis Posoniensis, nobis sincere dilectis.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig., quo erat clausa. Arch. civit. Poson. Chart. nr. 981. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - REG.: Inventár p. 195.

[1] 1435. apr. 26. Arch. civit. Poson. Chart. nr. 3586. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - REG.: Inventár p. 195.

1110 Pozsony, 1435. maj. 8.

(Posonii, in apparit. Michaelis.) Sigismundus... Hungarie... rex... magnifico Mathius de Palowcz... regni nostri palatino vel suas in iudicatu vices gerenti... Dicitur nobis in personis religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. Marie virg. de Veteribuda, quod ipse te in quibusdam causis inter ipsas... (et) venerabilem dominum Ladislaum de Chethnek, gubernatorem magistratus cruciferorum de Calidis aquis coram te vertentibus iudice haberent pro suspecto,... ideo fidelitati tue... mandamus, quatenus prefatas causas... tui in presentia... vertentes in presentiam... comitis Stephani de Bathor iudicis curie nostre ... transmittere debeas iudicandas et fine debito terminandas...

In dorso: Transmissio cause contra Ladislaum de Chethnek gubernatorem cruciferorum de Calidis aquis superioribus.

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. simplicis tergo impressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 701. (Sign. ant.: V. Buden, Monial. Fasc. 21., No. 27.) - ED.: Fejér: CD. X/7. p. 638-639.

1111 Nagyszombat, 1435. maj. 29.

(Tyrnavie, dom. p. ascens.) Sigismundus... Hungarie... rex... magnifico Iohanni de Rozgon, tavarnicorum nostrorum regalium magistro... Quia certis de causis animum nostrum ad id moventibus super distributione et dispensatione seu amministratione censuum et collectarum circa festum s. Georgii martiris nostre maiestati singulis annis a civibus, incolis et hospitibus civitatum nostrarum Budensis et Pesthiensis provenientium per ipsos in anno domini millesimo CCCC^{mo} XXX^{o} tertio proxime preterito quandocunque distributorum et dispensatorum, ac cuicunque assignatorum volumus plenius edoceri, serieque aliarum litterarum nostrarum commisimus... providis iudici, iuratis, ceterisque civibus predictarum civitatum nostrarum, ut ipsi super distributione et amministratione, ac dispensatione censuum predictorum per ipsos anno in predicto, puta M^{o} CCCC^{mo} XXX^{o} tertio quandocunque et cuicunque, ut prefertur, distributorum, solutorum et consignatorum tibi rationem dare... debeant debitam et perfectam. Tue igitur fidelitati committimus..., quatenus... prefatis iudicibus et iuratis civibus predictarum utrarumque [civ]itatum nostrarum [Budensis] et Pesthiensis in tui convocatis presentiam, plenam et debitam ab eisdem rationem super distributione et a[mministration]e huiusmodi censuum et collectarum per ipsos anno in prefixo... distributorum et dispensatorum recipere debeas omnibus modis, et tandem tam super ipsa per eos data ratione, quam super eo, si ipsos ratione censuum anni prenotati nobis in aliquo debitores remansisse comperieris, nostram maiestatem debeas per ordinem informare...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. secr. appressi. In superiore margine et sub sig. Relatio Leonardi Noffry de Baymocz not. canc. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 88.095. (Arch. famil. Eszterházy. Budapest.)

1112 1435. jun. 4.

(In vig. penthec.) Nos capitulum ecclesie Waciensis m. c...., quod... Georgius cantor ecclesie nostre ac concan. noster, necnon archidiac. et can. ecclesie Strigoniensis, procurator... canonicorum et capituli ecclesie Strigoniensis... exhibuit nobis litteras seu bullas... domini Martini... olim pape quinti... subiungens..., ut prefati... canonici et capit. ecclesie Strigoniensis... prescriptis litteris seu bullis... in certis eorum causis... super decimis vinorum prefatorum... canonicorum et capituli infra limites ecclesie parochialis s. Andree apostoli de Sasad Wesprimiensis dioc., iurisdictionis vero... Strigoniensis excrescentibus inter ipsos... canonicos et capit. ... et... Ladislaum abbatem et conventum monasterii Pechwaradiensis... in... concilio Basiliensi... coram... Martiali episcopo Ebroicensi... concilii auditore vertentibus coram eodem... vel alio surrogando et alias uti haberent, sed quia propter viarum discrimina ipsas litteras... in specie ad dictum concilium

...deferre esset periculosum, ideo idem...procurator... requisivit nos..., quatenus ipsas litteras seu bullas...transsumi facere earumque transsumptum sub sigillo nostro capitulari taliter, ut eidem...in iudiciis et extra tanta fides adhiberetur, quanta litteris...apostolicis ..., si eedem in specie...exhiberentur,...prefatis...canonicis et capitulo Strigoniensi dare dignaremur, quarum...tenor talis est: (Vide nr. 876. Martinus papa V. 1425. aug. 20.) Nos itaque...easdem de verbo ad verbum...litteris nostris presentibus inseri faciendo transsumptum earundem...prefatis...canonicis et capitalo Strigoniensi sub sigillo nostro, ut eidem tamquam originali ubique locorum tam in iudicio quam extra valeat plena fides adhiberi, duximus concedendum...

ORIG.: Membr. cum plica et sig. de cordula alba pend. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 7. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

1113 1435. jun. 4.

(In vig. penthec.) Nos capitulum eccl. Waciensis m. comm. t. pr. signif. quibus exp. univ., quod...Georgius cantor ecclesie nostre ac can. noster, necnon archidiac. Gwmeriensis et can. ecclesie Strigoniensis, procurator...dominorum canonicorum et capituli ecclesie Strigoniensis...exhibuit nobis litteras...domini Sigismundi...Hungarie... regis...subiungens...,ut prefati...canonici et cap. ecclesie Strigoniensis prescriptis litteris regalibus in certis eorum causis de et super quibusdam decimis vinorum...canonicorum et capituli infra limites ecclesie parochialis sancti Andree apostoli de Sassad Vesprimiensis dioc., iurisdictionis vero spiritualis Strigoniensis excrescentibus inter ipsos...canonicos et cap. ex una et...Ladislaum abbatem et conventum monasterii Pechwaradiensis partibus ex altera in...concilio Basiliensi et coram...Martiali episcopo Ebroicensi ipsius...concilii auditoris vertentibus, coram eodem Martiali vel alio surrogando et alias uti haberent, sed quia propter viarum discrimina ipsas litteras originaliter et in specie ad dictum...concilium...seu alia loca deferre esset periculosum, ideo idem...Georgius procurator...requisivit nos...,quatenus ipsas litteras...transsummi facere, earumque transsumptum sub sigillo nostro capitulari taliter, ut eidem...in iudiciciis et extra tanta fides adhiberetur, quanta litteris regalibus prenotatis, si eedem in specie... producerentur prefatis...canonicis et capitulo Strigoniensi dare dignaremur, quarum litterarum regalium tenor talis est: (Vide nr. 100. Sigismundus rex Hungariae 1390. sept. 11.) Nos itaque...easdem...litteris nostris presentibus inseri faciendo transsumptum earundem prefatis dominis canonicis et capitulo Strigoniensi sub sigillo nostro, ut eidem tamquam originali ubique locorum, tam in iudicio, quam extra, valeat plena fides adhiberi, duximus concedendum...

ORIG.: Membr. cum plica et fragm. sig. de filo sericeo rubri et coerulei coloris pend. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 4. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

1114 1435. jun. 26.

(In Joh. et Pauli.) Nos Capitulum ecclesie Posoniensis m. comm...., quod Georgius filius condam Dauid Laczhk de Zantho...alias regni Sclavonie banus...confessus est..., quod prefatus...Dauid pater et...Jacobus similiter Laczk de dicta Zantho...,alias wayuoda Transsiluanus, patruus sui quasdam possessiones...Wereseghaz...cum prediis Sarfew, Iklad, Iwanch, Zabadthelky et Gardon...ac Ilbew in Pesthiensi, Boros Jenew in Pilisiensi, Egerzegh in Thorna, Chatarzegh in Chongradiensi; item Zantho alio nomine Laczkhaza, Herbarthaza, Kysperek alio nomine Zenthimrefalwa et Weth vocatas in Albensi comitatibus habitas...in concambium...possessionum regalium Rew in Bihor, et Zenthemreh in Albensi (etc.) in partibus Transsiluanis, item Zenthsaluator (et alias+)...eidem domino imperatori scil. Sigismundo, cum exp. caut. contulisset...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Stephanus de Bathor iudex curiae 1486. nov. 26. Arch. Nat. Hung. Dl. 11.859. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 215. No. 38.) - REG.: Turul 2(1884.) p. 115-116., not. nr. 2.; Bártfai Szabó: Pest m. p. 166., nr. 651.

+ in comit. Walko

1115 Kárász, 1435. jul. 12.

(XX. congr./oct. Corp. Christi) Nos Mathyus de Paloch regni Hungarie palatinus d. pro m., quod cum nos ad...petitionem Ladislai Jakch de Kwsal unacum Nicolao de Kysbegan, ac...Nicolao presbitero capituli Albensis...nostrum hominem, vidl. Johannem litteratum de Bwda de congregatione nostra generali universitati nobilium de Zabolch et de Beregh comit. f. quinta...p. f. Penthec. ...prope villam Karaz celebrata[1]...ad...possessionariam reambulationem faciendam destinassemus, tandem iidem...nobis retulerunt..., quod ipsi octavo die f. Corp. Christi[2]...ad faciem possessionis Kazon...vicinis et commetaneis...presentibus accedendo, eandem a parte possessionis Daroch...reambulassent..., quibus...consignationibus Michael de Gwth...in personis Nicolai et Pelbardi de Kysuarda, Nicolai filii Stephani, Michaelis filii Bartholomei, Georgii filii Johannis, Martini filii Valentini de Daroch contradixisset, ob quam...ipsi eosdem nobiles...ad dictam congregationem nostram evocassent...rationem contradictionis eorum reddituros...Unde nos (allegationibus ipsorum exauditis)...iudicando commisimus..., ut prefati nobiles de Varda et de Daroch...litteras eorum metales, si quas super predictis eorum possessione et predio haberent..., in oct. f. b. Michaelis archang.[3] ...in curia regia nostri in presentia contra prefatum Ladislaum Jakch de Kwsal exhibere teneantur...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 80.524. (Sign. ant.: Arch. famil. Zichy, Fasc. 2., nr. 1042.) - ED.: Zichy oklt. VIII. p. 559-561.

[1] Jun 9.
[2] Jun. 23.
[3] Oct. 6.

1116 1435. jul. 15.

(VI. die dom. a. Margarethe.) Magnifico...domino...Mathius palatino regni Hungarie...capitulum eccl. Budensis...Vestra noverit magnificentia, quod...nos receptis litteris vestris evocatoriis, iuxta earundem continentiam unacum Iacobo de Pechel... Valentinum chori eccl. nostre clericum ad ipsam evocationem faciendam...nostro pro testimonio...duxerimus destinandum, qui...nobis...retulerunt, quod...homo vestre magnificentie...dom. ...a. festum b. Margarethe virg. et mart.[1]...religiosas dominas sanctimoniales de Insula leporum in possessione earum lenew vocata contra conventum eccl. s. trinitatis de Calidis aquis superioribus ad oct. festi b. Iacobi apostoli[2]...vestre magnificentie evocasset in presentiam rationem de hiis, que in...litteris vestris narrantur, redditurum; Georgium litteratum et Petrum de Zantho, familiares earundem, eisdem statuere committendo.

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 12.737. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 43. No. 51.)

[1] 1435. jul. 10.
[2] 1435. aug. 1.

1117 (Basel), 1435. a. jul. 29.[1]

Dignetur...Basiliense concilium...causam...appellationis...pro parte...Ladislai Soos, gubernatoris monasterii Pechwaradiensis et conventus eiusdem monasterii a quadam sententia interlocutoria per dominum Valentinum canonicum ecclesie Budensis, iudicem et commissarium a domino archiepiscopo Strigoniensi...deputatum in causa, que tunc coram eo vertebatur inter canonicos et capitulum ecclesie Strigoniensis ex una et gubernatorem ac conventum antedictos...super certis decimis...partibus ex altera pro...canonicis et capitulo et (contra) gubernatorem et conventum antedictos super processu in possessorio fiendo et alias lata ad...concilium interposite..., necnon causam (nullitatis) dicte...appellationis

committere alicui ex vestris... patribus... in... concilio residentibus audiendam, cognoscendam, decidendam et fine debito terminandam cum omnibus... suis... connexis... cum potestate citandi gubernatorem et conventum... omnesque alios... in loco... concilii, extra et ad partes quotiens visum fuerit expedire, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: a) Bernardus archipresb. Saccensis, iudex et commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. jul. 29. confecto, de ipsa supplicatione hanc commissionis clausulam continente: In fine vero dicte commissionis sive supplicationis cedule scripta erant de alterius manus littera superiori latere ipsius cedule penitus et omnino dissimili et diversa hec verba, vidl.: Audiat dominus episcopus Ebroicensis, citet ut petitur et iustitiam faciat. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 11. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); b) Bernardus archipresb. Saccensis, iudex a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. jul. 29. confecto, cum eadem commissionis clausula, sicut in a. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 12. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); c) Bernardus archipresb. Saccensis, iudex et commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. jul. 29. confecto, cum eadem commissionis clausula, sicut in a. > Capit. ecclesiae Budensis 1436. apr. 24. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 4. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); d) Bernardus archipresb. Saccensis, iudex et commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. jul. 29. confecto, cum eadem commissionis clausula. sicut in a. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. delegatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi canc., secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

[1] Vide inferius: Transcr. a.

1118 (Basel), 1435. a. jul. 29. [1]

Dignetur V(estra) R(everenda) P(aternitas) omnes et singulas causas, ...que alias coram... domino Martiali episcopo Ebroicensi vertebantur seu vertuntur et in quibus... Iohannes de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. apost. auct. notarius per eundem dominum episcopum ad scribendum deputatus fuerat..., tam per eiusdem domini episcopi a... Basiliensi synodo recessum, quam per earundem causarum ad concilium advocationem... domino Bernardo archipresbytero Saccensi Paduane dioc.,... eiusdem sacri concilii causarum iudici noviter deputato, coram quo prefatus Iohannes ad officium notariatus est admissus, committere resumendas et ulterius audiendas, cognoscendas, decidendas et fine debito terminandas cum... suis... connexis, ita tamen, quod dictus Iohannes notarius ulterius scribat in eisdem, in statibus, quibus coram prefato domino episcopo indecise remanserant ...cum potestate litteras et processus necessarios decernendi et decreta exequendi suo sub sigillo, ac omnia alia, que... dominus episcopus in premissis facere potuisset, faciendi, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: a) Bernardus archipresb. Saccensis, iudex et commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. jul. 29. confecto, in ipsa supplicatione hanc commissionis clausulam continente: In fine vero dicte commissionis sive supplicationis cedule scripta erant de alterius manus littera superiori latere ipsius cedule penitus et omnino dissimili et diversa hec verba, vidl.: Audiat Bernardus archipresbiter Saccensis, resumat ut petitur et iustitiam faciat. Arch. capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 11. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); b) Bernardus archipresb. Saccensis, iudex a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. jul. 29. confecto,

cum eadem commissionis clausula, sicut in a. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 12. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); c) Bernardus archipresb. Saccensis, iudex et commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. jul. 29. confecto, cum eadem commissionis clausula, sicut in a. > Cap. ecclesiae Budensis 1436. apr. 24. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 4. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); d) Bernardus archipresb. Saccensis, iudex et commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. jul. 29. confecto, cum eadem commissionis clausula, sicut in a. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. delegatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi canc., secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

[1] Vide inferius: Transc. a.

1119 (Basel), 1435. a. jul. 29.[1]

Petit procurator... per vos dominum (Bernardum archipresbyterum Saccensem) auditorem vestram... diffinitivam sententiam pronuntiari, decerni et declarari, spoliationes, detentiones, usurpationes, oppositiones, molestationes et impedimenta per... Ladislaum Soos, gubernatorem... et conventum monasterii Pechwaradiensis Quinqueecclesiensis dioc. ... dominis canonicis et capitulo ecclesie Strigoniensis de et super decimis in territorio predii Newegh infra limites parochialis ecclesie sancti Andree de Sassad Vesprimiensis dioc., tam antiquarum, quam etiam novarum plantatarum vinearum prestita fuisse et esse temeraria, illicita, iniqua et iniusta, atque de facto presumpta, dictosque Ladislaum gubernatorem... et conventum dicti monasterii ab occupatione et detentione decimarum huiusmodi tam antiquarum, quam novarum plantatarum vinearum iuriumque et pertinentiarum eorundem ammovendos fore et per vos ammoveri, dictosque canonicos et capitulum... ecclesie Strigoniensis in et ad corporalem, realem et actualem possessionem omnium decimarum huiusmodi restituendos, reducendos et reintegrandos fore, atque per vos restitui, reinduci et reintegrari, dictisque Ladislao gubernatori... et conventui in, de et super premissis omnibus et singulis ac decimis predictis perpetuum silentium imponendum fore et per vos imponi et eosdem Ladislaum et conventum tam coniunctim, quam divisim in omnibus fructibus ex decimis huiusmodi a tempore spoliationis predicte et citra quomodolibet perceptis et hiis, qui percipi potuerunt, necnon in expensis propterea legitime factis condempnandos fore et per vos condempnari et alias sibi fieri iustitie complementum... petit dictus procurator... quo supra nomine... vestrum benignum officium humiliter implorando...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: a) Bernardus archipresb. Saccensis, iudex et commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. jul. 29. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 11. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); b) Bernardus archipresb. Saccensis, iudex et commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. jul. 29. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 12. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); c) Bernardus archipresb. Saccensis, iudex et commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. jul. 29. confecto. > Capit. ecclesiae Budensis 1436. apr. 24. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 4. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); d) Bernardus archipresb. Saccensis, iudex et commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. jul. 29. confecto. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. delegatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi canc., secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

[1] Vide inferius: Transcr. a.

(Basilee, die vicesimanona mensis Iulii.)...Pridem... Basiliensis synodus...domino Martiali...episcopo Ebroicensi, iudici et commissario in loco...synodi residenti quandam commissionis seu supplicationis cedulam per...suum cursorem presentari fecit...huiusmodi ...sub tenore: (Vide nr. 1117. Supplicatio in facto cuiusdam appellationis pro parte abbatis et conventus monasterii Pechwaradiensis ad concilium Basiliense primo 1435. a. jul. 29. interpositae.) Cuius...commissionis vigore...dominus Martialis ep. ad...magistri Richardi Richardi, in...synodo causarum et...dominorum canonicorum et capituli ecclesie Strigoniensis...per...Nicholaum decretorum doctorem, canonicum et cantorem dicta ecclesie Strigoniensis, eorundem...canonicorum et capituli procuratorem...substituti procuratoris... petitionem...Ladislaum Soos gubernatorem...monasterii Pechwaradiensis et conventum eiusdem monasterii Quinqueecclesiensis dioc., eorumque procuratores, si qui sint in dicta synodo pro eisdem, in valvis ecclesie maioris Basiliensis, loco audientie contradictarum ad dicendum et excipiendum quidquid verbo vel in scriptis contra commissionem...domino episcopo...factam...dicere sive excipere vellent, citari fecit...ad...terminum competentem, in quo comparuit...coram domino episcopo...mag. Richardus Richardi procurator substitutus predictus... et citationem in valvis ecclesie maioris Basiliensis...per...synodi cursorem affixam et inibi debite executioni demandatam repetiit, ...citatorumque in eadem contentorum contumatiam accusavit, ipsosque contumaces reputari petiit et in eorum contumatiam nonnulla iura et munimenta pro devolutione cause huiusmodi facientia...realiter et in scriptis exhibuit atque dedit. Idem tunc dominus ep. dictos citatos non comparentes... reputavit...contumaces et in eorum contumatiam ad...magistri Richardi procuratoris... petitionem eosdem...ulterius ad dicendum et excipiendum, quidquid verbo vel in scriptis contra iura et munimenta pro devolutione cause huius...facientia dicere sive excipere vellent primo, et deinde ad dandum et recipiendum...libellum sive summariam in hac causa petitionem in valvis ecclesie maioris antedicte citari...fecit ad...terminos competentes cum competentibus intervallis. In quibus... terminis...per prefatum magistrum Richardum Richardi...citatione, in dictis valvis...executioni demandata, repetita, citatorumque...non comparentium contumatia accusata, ipsosque pro contumacibus reputari petitis et in eorum contumatiam in altero dictorum terminorum...quodam libello sive summaria in hac causa petitione verbo solum exhibito atque oblato, ac de dando eundem...realiter et in scriptis, protestato, memoratus tunc dominus episcopus...dictos citatos non comparentes pro contumacibus reputavit, et in eorum contumatiam ad...magistri Hermanni Custodis in...synodo causarum et...dominorum canonicorum et capituli ecclesie Strigoniensis...procuratoris... petitionem eosdem citatos ulterius ad respondendum libello...superius oblato, litemque super eodem contestandum, necnon iurandum et deliberandum iurarique et deliberari videndum de calumpnia vitanda et veritate dicenda...primo, et deinde ad ponendum et articulandum, ponique et articulari videndum et tertio ad dicendum et excipiendum quidquid verbo vel in scriptis contra positiones et articulos huiusmodi, in quantum articuli dicere sive excipere, necnon ad respondendum eisdem, in quantum positiones existerent seu esse censerentur, per audientiam publicam litterarum contradictarum eiusdem...synodi citari...fecit ad... successive terminos congruentes...Quibus...terminis successive advenientibus comparente ...coram domino episcopo...prefato magistro Hermanno Custodis procuratore...et citationes in audientia litterarum contradictarum...positas, lectas et inibi...demandatas successive repetente, citatorumque...non comparentium contumatiam accusante, ipsosque pro contumacibus reputari postulante et in eorum contumatiam primo...termino, postquam ...per...dominum episcopum...ad hoc admissus fuerat, solito in huiusmodi causa calumpnie...prestito iuramento, et in altero terminorum...nonnullas positiones et articulos partis sue primo verbo et deinde...in scriptis in...alio...termino...exhibente; idem tunc dominus episcopus...dictos citatos non comparentes...pro contumacibus reputatis et in eorum contumatiam ad...magistri Hermanni Custodis procuratoris...petitionem eosdem citatos ulterius ad producendum et produci videndum omnia et singula acta actitata, litteras, scripturas, iura et quecunque munimenta, quibus partes hincinde in huiusmodi causa uti et se iuvare vellent primo, et deinde ad dicendum et excipiendum quidquid verbo vel in scriptis contra iura et munimenta huiusmodi dicere sive excipere et tertio ad declarandum et declarari videndum, quidquid partes hincinde in huiusmodi causa declarare vellent, per audientiam publicam litterarum contradictarum...citari...fecit ad...terminos successive congruentes...In quibus...terminis comparuit successive coram domino episcopo iudice

et commissario... mag. Hermannus Custodis procurator predictus et citationes... in... audientia successive... executioni demandatas repeciit..., citatorumque... non comparentium contumatiam accusavit, ipsosque contumaces reputavit et in eorum contumatiam in primo... termino omnia et singula acta actitata, litteras, scripturas, instrumenta, iura et quecunque documenta in partibus in huiusmodi causa exhibita atque producta repeciit et de novo reproduxit; et nichilominus alia verbo solum exhibuit... et de dando... in scriptis suis loco et tempore opportuno protestatus fuit et in tertio huiusmodi terminorum se nil in huiusmodi causa velle declarare... allegavit. Idem tunc dominus iudex et commissarius dictos citatos non comparentes... reputavit... contumaces, subsequenter vero positionibus et articulis per... magistrum Hermannum Custodis procuratorem... exhibitis atque productis in loco dicte... synodi, extra et ad partes ad probandum admissis, remissionemque[a] desuper... decreta atque concessa, ac in partibus debite executioni demandata; tandem eadem... synodus nobis, Bernardo archipresbitero Saccensi Paduane diocesis, decretorum doctori, iudici causarum eiusdem... synodi quandam commissionis sive supplicationis cedulam per... suum cursorem presentari fecit, quam nos... recepimus huiusmodi sub tenore: (Vide nr. 1118. Supplicatio pro parte canonicorum et capituli ecclesiae Strigoniensis ad concilium Basiliense 1435. a. jul. 29. interposita.) Cuius... commissionis vigore per nos causa... huiusmodi in statu debito resumpta, subsequenter... Nicholaus canonicus et cantor procurator... predictus quandam petitionis papiri cedulam... realiter et in scriptis exhibuit... huiusmodi sub tenore: (Vide nr. 1119. Petitio procuratoris canonicorum et capituli ecclesiae Strigoniensis Bernardo archipresbitero Saccensi, iudici a concilio Basiliensi 1435. a. jul. 29. exhibita.) Qua... petitione... oblata... ad... magistri Alberti Bierhals in... synodo causarum per... Nicholaum procuratorem quo supra nomine constitutum... substituti procuratoris... petitionem eosdem citatos ad concludendum..., necnon audiendum diffinitivam in hac causa in scriptis per nos fieri et promulgari sententiam, vel dicendi causam rationabilem, cur hoc minime fieri debeat, per... audientiam contradictarum citari... fecimus ad... terminum competentem... Qu(o) ... advenient(e) comparuit... coram nobis mag. Albertus Bierhals procurator substitutus... et citationem in audientia litterarum contradictarum... positam, lectam et... executioni demandatam repeciit, citatorumque... non comparentium contumatiam accusavit, ipsosque contumaces reputari et in eorum contumatiam in causa... huiusmodi concludi et pro concluso haberi, quantumque in eo fuit, erat et est, conclusit in eadem, necnon diffinitivam pro se et parte sua et contra partem sibi... adversam iuxta... sue petitionis vim... in scriptis fieri et promulgari sententiam per nos... postulavit. Nos tunc, Bernardus iudex et commissarius prefatus, dictos citatos non comparentes... reputavimus... contumaces et in eorum contumatiam, unacum... magistro Alberto Bierhals substituto procuratore... secum concludi petente in causa huiusmodi..., quantum in nobis est, conclusimus et haberi volumus pro concluso. Et nichilominus visis per nos et... inspectis omnibus et singulis actis..., litteris, scripturis, instrumentis, iuribus et munimentis, dictisque et depositionibus testium in huiusmodi causa exhibitorum atque productorum, eisque... recensitis, de iurisperitorum consilio et assensu, quibus de huius... cause meritis relationem fecimus, ... ad... nostram proferendam diffinitivam sententiam pro parte... magistri Alberti Bierhals substituti procuratoris et contra partem sibi... adversam iuxta... sue petitionis vim... duximus procedendum..., eamque in scriptis tulimus et promulgavimus in hunc... modum: Christi nomine invocato pro tribunali sedentes... de... coiudicum nostrorum consilio et assensu per hanc nostram diffinitivam sententiam, quam ferimus in hic scriptis, pronuntiamus, decernimus et declaramus spoliationes, detentiones, usurpationes, oppositiones, molestationes et impedimenta per... Ladislaum Soos gubernatorem... et conventum monasterii Pechwaradiensis Quinqueecclesiensis dioc., ... dominis canonicis et capitulo ecclesie Strigoniensis de et super decimis in territorio predii Newegh infra limites parochialis ecclesie sancti Andree de Sasad Vesprimiensis dioc., tam antiquarum quam novarum plantatarum vinearum prestita fuisse et esse temeraria, illicita, iniqua, iniusta atque de facto presumpta, dictosque Ladislaum gubernatorem... et conventum dicti monasterii ab occupatione et detentione decimarum huiusmodi tam antiquarum quam novarum plantatarum vinearum iuriumque et pertinentiarum earundem... ammovemus, dictosque canonicos et capitulum... ecclesie Strigoniensis in et ad corporalem, realem et actualem possessionem omnium decimarum huiusmodi... restituimus, reinducimus et reintegramus, dictisque Ladislao gubernatori... et conventui in, de et super premissis omnibus et singulis, ac decimis predictis perpetuum silentium... imponimus et eosdem... in omnibus fructibus ex decimis

huiusmodi a tempore spoliationis predicte et citra quomodolibet perceptis et hiis, qui recipi potuerunt, necnon in expensis propterea legitime factis... condempnamus, quarum... taxationem nobis in posterum reservamus... Lecta, lata et in scriptis promulgata fuit hec... nostra diffinitiva sententia per nos, Bernardum archipresbiterum, iudicem et commissarium prefatum Basilee, in ambitu conventus fratrum minorum pro audientia causarum... synodi... deputato,... presentibus ibidem... magistris Gerardo de Plees et Petro Pauli de Turmont notariis publicis, clericis Traiectensis et Cameracensis dioc., testibus ad premissa vocatis...

ORIG.: A) Membr. cum plica et sig. Bernardi archipresbiteri Saccensis, iudicis et commissarii a gen. concilio Basiliensi deputati in theca lignea de cordula alba pend., necnon signo et subscriptione Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae. In dorso manu XV-XVI. saec scripta haec. adnot. legitur: Instrumentum sententie diffinitive in causa principali Strigoniensium decimarum. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc., 2., nr. 11. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); B) Membr. cum plica et sig. Bernardi archipresbiteri Saccensis, iudicis et commissarii a gen. concilio Basiliensi deputati in theca lignea de cordula alba pend., necnon signo et subscriptione Iohannis deOdeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae. In dorso manu saec. XVI. scripta haec adnot. legitur: Instrumentum sententie in causa principali Strigoniensium decimarum. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 12. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - TRANSCR.; a) Capit. ecclesiae Budensis 1436. apr. 24. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 4. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); b) Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. deputatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi canc., secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - MENT.: a) Gen. concilium Basiliense 1435. aug. 24. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 2. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); b) Gen. concilium Basiliense 1435. aug. 24. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 3.) Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); c) Gen. concilium Basiliense 1435. aug. 24. > Iohannes ep. Gurcensis, iudex et commissarius a gen. conc. Basiliensi deputatus in instrumento Wernherii Corrigiatoris de Wyczenhusen, cler. Moguntinensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque episcopi scribae 1435. aug. 30. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 6. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); d) Gen. concilium Basiliense 1435. aug. 24. > Iohannes ep. Gurcensis, iudex et commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Wernherii Corrigiatoris de Wyczenhusen, cler. Moguntinensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque episcopi scribae 1435. aug. 30. confecto > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. deputatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi canc., secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); e) Gen. concilium Basiliense 1435. aug. 24. > Capit. ecclesiae Budensis 1436. apr. 24. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 5. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); f) Gen. concilium Basiliense 1435. aug. 24. > Barnabas lector et can. ecclesiae Vaciensis, commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Benedicti Michaelis de Rayk, cler. Vesprimiensis dioc., publ. auct. imp. notarii 1436. jul. 21. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45. fasc. 12., nr. 4. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); g) Gen. concilium Basiliense 1435. aug. 24. > Barnabas lector et can. ecclesiae Vaciensis, commissarius a gen. snodo Basiliensi deputatus in instrumento Benedicti Michaelis de Rayk, cler. Vesprimiensis dioc., publ. imp. auct. notarii 1436. jul. 21. confecto. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. deputatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi canc., secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

[a] recte: remissioneque

1121 (Basel), 1435. a. aug. 13.[1]

Dignetur... Basiliense concilium causam... appellationis... pro parte... Ladislai Soos, gubernatoris monasterii Pechwaradiensis et conventus eiusdem monasterii a quadam sententia interlocutoria per dominum Valentinum canonicum ecclesie Budensis, iudicem et commissarium a domino archiepiscopo Strigoniensi... deputatum in causa, que tunc coram eo vertebatur inter canonicos et capitulum ecclesie Strigoniensis ex una et gubernatorem ac conventum antedictos... super certis decimis... partibus ex altera pro ipsis canonicis et capitulo et contra gubernatorem et conventum predictos super processu in possessorio fiendo... lata ad ipsum... concilium interposite... unacum toto negotio principali; necnon causam nullitatis dicte... appellationis committere alicui ex vestris... patribus... in ipso... concilio residentibus audiendas, cognoscendas, decidendas, ac fine debito terminandas cum omnibus... suis... connexis; et si necesse fuerit, cum potestate citandi gubernatorem et conventum antedictos... in loco concilii, extra et ad partes, quotiens visum fuerit...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: a) Bernardus archipresb. Saccensis, iudex et commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. aug. 13. confecto, de ipsa petitione hanc commissionis clausulam continente: In fine vero dicte commissionis sive supplicationis cedule scripta erant de alterius manus littera superiori latere ipsius cedule penitus et omnino dissimili et diversa hec verba, vidl.: Audiat dominus episcopus Ebroicensis, citet ut petitur et iustitiam faciat. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 13. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); b) Bernardus archipresb. Saccensis, iudex et commissarius a gen. synodo Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. aug. 13. confecto, cum eadem commissionis clausula sicut in a. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 12., nr. 5. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); c) Bernardus archipresb. Saccensis, iudex et commissarius a gen. synodo Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. aug. 13. confecto. > Capit. ecclesiae Budensis 1436. apr. 24. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 14. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); d) Bernardus Archipresb. Saccensis, iudex et commissarius a gen. synodo Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. aug. 13. confecto. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. deputatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi canc., secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

[1] Vide inferius: Transcr. a.

1122 1435. a. aug. 13.[1]

Dignetur V(estra) R(everenda) P(aternitas) omnes et singulas causas..., que alias coram... domino Martiali episcopo Ebroicensi vertebantur seu vertuntur et in quibus ... Iohannes de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. apost. auct. notarius per eundem dominum episcopum ad scribendum deputatus fuerat, et alibi specialiter non commissas, tam per ipsius domini episcopi a... Basiliensi synodo recessum, quam per earundem causarum ad concilium advocationem... domino Bernardo archipresbitero Saccensi Paduane dioc., eiusdem... concilii causarum iudici noviter deputato, coram quo prefatus Iohannes ad officium notariatus est admissus, committere resumendas et ulterius audiendas, cognoscendas, decidendas et fine debito terminandas cum... suis... connexis, ita tamen, quod dictus Iohannes notarius ulterius scribat in eisdem, in statibus, quibus coram prefato domino episcopo indecise remanserant... cum potestate litteras et processus necessarios decernendi et decreta exequendi suo sub sigillo, ac omnia alia, que... dominus episcopus in premissis facere potuisset, faciendi, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: a) Bernardus archipresb. Saccensis, iudex et commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler.

Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. aug. 13. confecto, de ipsa supplicatione hanc commissionis clausulam continente: In fine vero dicte commissionis sive supplicationis cedule scripta erant de alterius manus littera superiori latere ipsius cedule penitus et omnino dissimili et diversa hec verba, vidl. : Audiat Bernardus archipresbiter Saccensis, resumat ut petitur et iustitiam faciat. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 13. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); b) Bernardus archipresb. Saccensis, iudex et commissarius a gen. synodo Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. aug. 13. confecto, cum eadem commissionis clausula sicut in a. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 12., nr. 5. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); c) Bernardus archipresb. Saccensis, iudex et commissarius a gen. synodo Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. aug. 13. confecto. > Capit. ecclesiae Budensis 1436. apr. 24. Arch. Capit. Strig. Lad. 45., fasc. 2., nr. 14. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); d) Bernardus archipresb. Saccensis, iudex et commissarius a gen. synodo Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. aug. 13. confecto. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. deputatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi canc., secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

[1] Vide inferius: Transcr. a.

1123 Basel, 1435. aug. 13.

(Basilee, die decima tertia mensis Augusti.) Pridem... generalis Basiliensis synodus... domino Martiali... episcopo Ebroicensi quandam commissionis sive supplicationis cedulam per... suum cursorem presentari fecit... huiusmodi sub tenore: (Vide nr. 1121. Supplicatio pro parte abbatis et conventus monasterii Pechwaradiensis in facto cuiusdam appellationis ad concilium Basiliense 1434. a. jun. 3. interpositae.) Cuius... commissionis vigore... dominus ep. Ebroicensis, iudex et commissarius in causa... huiusmodi ac inter partes in preinserta commissione contentas, seu earum procuratores ad nonnullos actus iudiciales, citra tamen cause conclusionem... processit. Subsequenter eadem... synodus nobis, Bernardo archipresbitero Saccensi, Paduane diocesis, quandam commissionis sive supplicationis cedulam per... suum cursorem presentari fecit, quam... recepimus huiusmodi sub tenore: (Vide nr. 1122. Supplicatio pro parte canonicorum et capituli ecclesiae Strigoniensis ad concilium Basiliense 1435. a. aug. 13. interposita.) Huius... commissionis vigore ...nos in causa huiusmodi ac inter partes predictas rite procedendo... ad nostram... ferendam sententiam diffinitivam... processimus, eamque per ea, que vidimus et cognovimus, in scriptis tulimus... in hunc... modum: Christi nomine invocato, pro tribunali sedentes... de coniudicum nostrorum consilio et consensu... pronuntiamus:... spoliationes, detentiones, usurpationes, oppositiones, molestationes et impedimenta per... Ladislaum Soos, gubernatorem... et conventum monasterii Pechwaradiensis Quinqueecclesiensis diocesis,... dominis canonicis et capitulo ecclesie Strigoniensis... super decimis in territorio predii Neweg vocati, infra limites parochialis ecclesie sancti Andree de Sasad Vesprimiensis diocesis, tam antiquarum, quam etiam novarum plantatarum vinearum (prestita fuisse et esse temeraria, illicita, iniqua et iniusta atque de facto presumpta, dictosque Ladislaum gubernatorem... et conventum dicti monasterii ab occupatione et detentione decimarum huiusmodi tam antiquarum, quam novarum plantarum[a] vinearum[1]) iuriumque et pertinentiarum earundem... ammovemus, dictosque canonicos et capitulum... ecclesie Strigoniensis in et ad corporalem, realem et actualem possessionem omnium decimarum huiusmodi... reducimus, dictisque Ladislao gubernatori... et conventui in, de et super premissis omnibus et singulis, ac decimis predictis perpetuum silentium... imponimus et eosdem... in omnibus fructibus ex decimis huiusmodi a tempore spoliationis predicte et citra... perceptis et hiis, qui percipi potuerunt, necnon in expensis propterea legitime factis... condempnamus, quarum... taxationem nobis in posterum reservamus. Que... nostra sententia diffinitiva cum nulla provocatione suspensa, in rem transivit iudicatam. Deinde producta coram nobis per... magistrum Thomam Rode in... synodo causarum et... dominorum canonicorum et capituli ecclesie Strigoniensis... per

...Nicolaum decretorum doctorem, cantorem et canonicum dicte ecclesie... procuratorem ...substitutum procuratorem...quadam designationis expensarum papiri cedula...nos ad eiusdem... substituti procuratoris... instantiam... Ladislaum Soos gubernatorem..., necnon conventum monasterii Pechwaradiensis,...eorumque procuratores, si qui sint in... synodo, pro eisdem ad videndum et audiendum omnes et singulas expensas in huiusmodi causa tam coram...domino episcopo Ebroicensi, quam nobis pro parte...dominorum canonicorum et capituli Strigoniensis...factas taxare et moderare, vel dicendum et causam, si quam habent rationabilem, quare huiusmodi expense minime taxari debeant allegandum per audientiam publicam litterarum contradictarum... synodi... antedicte... citari... fecimus ad... terminum competentem. (Quo)... advenient(e) ...mag. Thomas Rode procurator substitutus... citationem...predictam, debite executioni...demandatam repeciit..., citatorumque...non comparentium contumatiam accusavit, ipsosque contumaces reputari et in eorum contumatiam expensas predictas...pro parte...dominorum canonicorum et capituli ecclesie Strigoniensis...in huiusmodi causa factas, quas...coram nobis in scriptis designavit, taxari et moderari...postulavit. Nos tunc...dictos citatos non comparentes reputavimus... contumaces et in eorum contumatiam expensas predictas...tam coram...domino episcopo Ebroicensi, quam nobis pro parte...dominorum canonicorum et capituli ecclesie Strigoniensis...in huiusmodi causa factas ad septuaginta fl. Renenses boni auri et iusti ponderis ...per Ladislaum gubernatorem...et conventum monasterii Pechwaradiensis...dominis canonicis et capitulo ecclesie Strigoniensis...seu eorum...procuratori...persolvendos... moderatione previa...taxavimus, recepto tamen primitus per nos a...magistro Thoma Rode procuratore substituto...ad sancta dei evangelia...prestito iuramento, quod tantum ...domini canonici et capitulum ecclesie Strigoniensis...tantum exposuerunt...in et pro lite seu causis predictis...Taxate autem fuerunt hec nostre expense...presentibus... magistris Gerardo de Plees et Petro Pauli de Turnont notariis publicis, clericis Traiectensis et Cameracensis diocesis, testibus ad premissa vocatis...

ORIG.: A) Membr. cum plica et sig. Bernardi archipresbiteri Saccensis, iudicis et commissarii a gen. synodo Basiliensi deputati in theca lignea de cordula alba pend., necnon signo et subscriptione Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae. In dorso manu saec. XVI. scripta haec adnot. legitur: Instrumentum taxationis expositarum in causa principali. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 13. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); B) Membr. cum plica et sig. Bernardi archipresbiteri Saccensis, iudicis et commissarii a gen. synodo Basiliensi deputati in theca lignea de cordula alba pend., necnon signo et subscriptione Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae. In dorso manu saec. XVI. scripta haec adnot. legitur: Instrumentum taxationis expensarum in causa principali. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 12., nr. 5. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - TRANSCR.: a) Capit. ecclesiae Budensis 1436. apr. 24. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45. fasc. 2., nr. 14. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); b) Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. deputatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi canc., secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 52/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - MENT.: a) Gen. concilium Basiliense 1435. aug. 24. Arch. Cap. Strig. Priv. Lad. 45. fasc. 3., nr. 2. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); b) Gen. concilium Basiliense 1435. aug. 24. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 3. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); c) Gen. concilium Basiliense 1435. aug. 24. > Iohannes ep. Gurcensis, iudex et commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Wernherii Corrigiatoris de Wyczenhusen, cler. Moguntinensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque episcopi scribae 1435. aug. 30. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 6. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); d) Gen. concilium Basiliense 1435. aug. 24. > Iohannes ep. Gurcensis, iudex et commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Wernherii Corrigiatoris de Wyczenhusen, cler. Moguntinensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque episcopi scribae 1435. aug. 30. confecto. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. deputatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi canc., secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); e) Gen. concilium Basiliense 1435. aug. 24. > Capit. ecclesiae Budensis 1436. apr. 24. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 5. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca);

f) Gen. concilium Basiliense 1435. aug. 24. > Barnabas lector et can. ecclesiae Vaciensis, commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Benedicti Michaelis de Rayk, cler. Vesprimiensis dioc., publ. auct. imp. notarii 1436. jul. 21. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 12., nr. 4. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) ; g) Gen. conc. Basiliense 1435. aug. 24. > Barnabas lector et can. ecclesiae Vaciensis, commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Benedicti Michaelis de Rayk, cler. Vesprimiensis dioc., publ. imp. auct. notarii 1436. jul. 21. confecto. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. deputatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi canc., secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

[a] recte: plantatarum

[1] verba in parenthesi posita ex negligentia scriptoris in fine instrumenti sunt scripta, sicut hoc etiam subscriptionis formula notarii publici testatur.

1124 (Basel), 1435. a. aug. 23.[1]

Dignetur... Basiliense concilium causam... appellationis... pro parte... Ladislai Soos, gubernatoris monasterii Pechwaradiensis et conventus eiusdem monasterii a quadam sententia interlocutoria per dominum Valentinum canonicum ecclesie Budensis, iudicem et commissarium a domino archiepiscopo Strigoniensi... deputatum in causa, que tunc coram eo vertebatur inter canonicos et capitulum ecclesie Strigoniensis ex una et gubernatorem ac conventum antedictos super certis decimis... partibus ex altera pro ipsis canonicis et capitulo et contra gubernatorem et conventum predictos super processu in possessorio fiendo... lata ad ipsum... concilium interposite... unacum toto negotio principali; necnon causam nullitatis dicte... appellationis committere alicui ex vestris... patribus... in ipso ... concilio residentibus audiendas, cognoscendas, decidendas, ac fine debito terminandas cum omnibus... suis... connexis; et si necesse fuerit, cum potestate citandi gubernatorem et conventum antedictos... in loco... concilii, extra et ad partes, quotiens visum fuerit...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: a) Bernardus archipresb. Saccensis, iudex et commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. aug. 23. confecto, de ipsa petitione hanc commissionis clausulam continente: In fine vero dicte commissionis sive supplicationis cedule scripta erant de alterius manus littera superiori latere ipsius cedule penitus et omnino dissimili et diversa hec verba, vidl.: Audiat dominus episcopus Ebroicensis, citet ut petitur et iustitiam faciat. Arch. capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 1. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); b) Bernardus archipresb. Saccensis, iudex et commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. aug. 23. confecto. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. deputatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi canc., secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

[1] Vide inferius: Transcr. a.

1125 (Basel), 1435. a. aug. 23.[1]

Petit procurator... dominorum prepositi, lectoris, cantoris, custodis et capituli ecclesie Strigoniensis per vos... dominum Martialem episcopum Ebroicensem, iudicem et commissarium... vestram... sententiam pronuntiari:... per... dominum Valentinum lectorem et canonicum ecclesie Veterisbudensis, tunc commissarium per... dominum Georgium archiepiscopum Strigoniensem deputatum in hac causa, que tunc vertebatur coram

eo et nunc vertitur coram vobis inter dictos dominos de capitulo ex una et... dominum Ladislaum assertum gubernatorem abbatie et conventus monasterii Pechwaradiensis... super... decimis quarundam vinearum (predii Neweg vocati[1]) et ipsarum occasione bene fuisse et esse processum et sententiatum, et pro parte dicti Ladislai adversarii ab eodem domino commissario ac eius processu et sententia... male fuisse et esse appellatum, ipsiusque commissarii processum et sententiam per vos... confirmari, dictumque Ladislaum adversarium in expensis propterea factis... per vos condempnari et alias super premissis sibi fieri iustitie complementum vestrumque insuper benignum officium humiliter implorando...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: a) Bernardus archipresb. Saccensis, iudex et commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. aug. 23. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 1. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); b) Bernardus archipresb. Saccensis, iudex et commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. aug. 23. confecto. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. deputatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi canc., secretarii et scribae 1463. nov. 24., confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

[1] Hoc clare patet ex documento Bernardi archipresbiteri Saccensis in Transcr. sub. a. notato.

1126 (Basel), 1435. a. aug. 23.[1]

Reverendissimi P(atres) ! Dudum vertente lite... in partibus coram... domino Valentino lectore et canonico ecclesie Budensis Vesprimiensis diocesis, iudice et commissario a... domino archiepiscopo Strigoniensi... deputato inter... canonicos et capitulum ecclesie Strigoniensis ex una et... Ladislaum... gubernatorem et conventum monasterii Pechwaradiensis Quinqueecclesiensis diocesis, de et super certis decimis ac rebus aliis et earum occasione, prefati Ladislaus gubernator et conventus a... sententia interlocutoria pro... canonicis et capitulo et contra... gubernatorem et conventum per dictum commissarium iuste lata ad hanc synodum licet frivole appellarunt et causa appellationis huiusmodi ... domino episcopo Ebroicensi per sacrum concilium commissa et coram eo legitime introducta, idem ep., servatis servandis, bene processum et male appellatum pronuntiavit et firmavit partem dictorum appellantium in expensis condempnando, que postmodum ad certam florenorum summam per eundem episcopum et iudicem... taxate sunt, que... summa et taxatio expensarum dudum transivit in rem iudicatam. Cum autem P(atres) R(everendi), parum esset sententias ferre, nisi executioni debite demandentur, supplicatur... V(estris) R(everentiis) pro parte dictorum exponentium..., quatenus prefato episcopo Ebroicensi committere dignemini..., ut... suam... sententiam quoad expensas... contra... gubernatorem et conventum antedictos per censuram ecclesiasticam sub suo sigillo debite exequatur, processus etiam unico contextu aggravando et reaggravando et si opus fuerit, auxilium brachii secularis invocando...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: a) Bernardus archipresb. Saccensis, iudex et commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. aug. 23. confecto, de ipsa supplicatione hanc commissionis clausulam continente: Que quidem commissio sic signata reperitur: Audiat idem dominus episcopus Ebroicensis, exequatur ut petitur, aggravet, reaggravet etiam cum invocatione etc(etera) et iustitiam faciat. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 1. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); b) Bernardus archipresb. Saccensis, iudex et commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. aug. 23. confecto. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex

a sede apost. deputatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi canc., secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

[1] Vide inferius: Transcr. a.

1127 (Basel), 1435. a. aug. 23.[1]

Dignetur V(estra) R(everenda) P(aternitas) omnes et singulas causas..., que alias coram... domino Martiali episcopo Ebroicensi vertebantur seu vertuntur et in quibus... Iohannes de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. apost. auct. notarius per eundem dominum episcopum ad scribendum deputatus fuerat... tam per ipsius domini episcopi a... generali Basiliensi synodo recessum, quam per earundem causarum ad... concilium advocationem ... domino Bernardo archipresbitero Saccensi Paduane dioc. eiusdem... concilii causarum auditori noviter deputato, coram quo prefatus Iohannes ad officium notariatus est admissus, remittere resumendas et ulterius audiendas, cognoscendas, decidendas et fine debito terminandas cum omnibus... suis... connexis, ita tamen, quod dictus Iohannes notarius ulterius scribat in eisdem, in statibus, in quibus coram prefato domino episcopo indecise remanserunt ... cum potestate litteras et processus necessarios decernendi et decreta exequendi suo sub sigillo, ac omnia alia, que... dominus ep. in premissis facere potuisset, faciendi, in contrarium non obstantibus quibuscunque...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: a) Bernardus archipresb. Saccensis, iudex et commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. aug. 23. confecto, de ipsa supplicatione hanc commissionis clausulam continente: In fine vero dicte commissionis sive supplicationis cedule scripta erant de alterius manus littera superiori latere ipsius cedule penitus et omnino dissimili et diversa hec verba, vidl.: Audiat Bernardus archipresb. Saccensis, resumat ut petitur et iustitiam faciat. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45. fasc. 3., nr. 1. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) b) Bernardus archipresb. Saccensis, iudex et commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae 1435. aug. 23. confecto. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. deputatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi canc., secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

[1] Vide inferius: Transcr. a.

1128 Basel, 1435. aug. 23.

(Basilee, vicesima tertia Augusti.)... domino Sigismundo... Romanorum imperatori ... ac Vngarie... regi, necnon... dominis... Strigoniensi archiepiscopo ac Vesprimiensis et Quinqueecclesiensis ecclesiarum episcopis eorumque in spiritualibus et temporalibus vicariis et officialibus generalibus ac... dominis curie causarum camere... synodi Basiliensis ac domini pape et apostolice sedis auditoribus seu locum tenentibus..., dominis abbatibus, prioribus, prepositis, decanis, archidiaconis, scolasticis, cantoribus, custodibus, thesaurariis, sacristis, tam cathedralium quam collegiatarum canonicis, parochialiumque ecclesiarum rectoribus et locumtenentibus eorundem, plebanis, viceplebanis, vicariis perpetuis, capellanis curatis et non curatis, altaristis ac etiam monasteriorum et ordinum quorumcunque ministris generalibus et provincialibus, vicariis, custodibus, prioribus, guardianis, sancti Iohannis Ierosolimitani et beate Marie Theutonicorum magistris, commendatoribus, preceptoribus minorum, heremitarum sancti Augustini ac beate Marie Carmelitarum fratribus, ceterisque presbiteris, clericis, notariis, tabellionibus publicis, ... necnon nobilibus et magnificis principibus dominis Matheo de Palocz palatino regni

Vngarie, Iohanni Philippi de Corogh et Ladislao Iohannis de Maroth baronibus, omnibusque aliis nobilibus dominis ducibus, principibus, comitibus, baronibus, militibus militaribus, iustitiariis, iudicibus, eorumque officialibus et locumtenentibus quibuscunque, curiarum et locorum secularium, terrarum, civitatum, oppidorum, castrorum, universitatum, comitatuum et villarum maioribus, senescallis ac rectoribus, advocatis, capitaneis, administratoribus, magistris civium, scultetis, proconsulibus, scabinis, civibus, oppidanis, incolis, servientibus, notariis publicis, scribis et preconibus omnibusque aliis et singulis tam in spiritualibus, quam temporalibus ab ecclesia seu dicto domino imperatore et rege iurisdictionem mediate vel immediate recipientibus, et presertim vobis domino Ladislao Soos, gubernatori... monasterii Pechwaradiensis et conventui eiusdem monasterii... omnibusque aliis,...quos... infrascriptum tangit negotium...Bernardus archipresbiter Saccensis, iudex et commissarius...a...generali Basiliensi synodo...deputatus salutem in domino...Orta nuper in partibus...coram...domino Valentino lectore et canonico ecclesie Veterisbudensis Vesprimiensis diocesis, iudice et commissario...cause ac partium infrascriptarum...domino Georgio...archiepiscopo Strigoniensi...deputato inter...dominos canonicos et capitulum ecclesie Strigoniensis ex una et...Ladislaum Soos, gubernatorem... monasterii Pechwaradiensis et conventum eiusdem monasterii Quinqueecclesiensis dioc.... super...decimis...in actis cause huiusmodi designatis...partibus ex altera materia questionis; idem dominus Valentinus in causa huiusmodi...inter partes...seu earum procuratores procedens per suam sententiam interlocutoriam pronuntiavit..., quod suspenso petitorio procedi debeat in possessorio positionibus et articulis per procuratorem...gubernatoris...et conventus...productis non obstantibus, cum positiones et articuli huiusmodi locum non habent, nec de iure admittendi venirent...A qua quidem sententia fuit pro parte ...gubernatoris...et conventus monasterii Pechwaradiensis ad...generalem synodum Basiliensem...appellatum, consequenter eadem...synodus...domino Martiali...episcopo Ebroicensi quandam commissionis sive supplicationis cedulam presentari per...suum cursorem fecit... huiusmodi sub tenore: (Vide nr. 1124. Supplicatio pro parte abbatis et conventus monasterii Pechwaradiensis in facto cuiusdam appellationis ad concilium Basiliensis 1435. a. aug. 23. interpositae.) Cuius...commissionis vigore...dominus episcopus Ebroicensis iudex et commissarius...ad...magistri Richardi Richardi...in...synodo causarum et...dominorum canonicorum et capituli ecclesie Strigoniensis...per...Nicolaum decretorum doctorem, cantorem et canonicum dicte ecclesie Strigoniensis...procuratorem constitutum...substituti procuratoris (instantiam)...dominos gubernatorem...et conventum monasterii Pechwaradiensis...eorumque procuratores, si qui sint in dicta...synodo, pro eisdem ad dicendum et excipiendum quidquid verbo vel in scriptis contra...sibi factam... commissionem dicere sive excipere vellent, per suas...litteras...in valvis maioris ecclesie Basiliensis, loco audientie contradictarum per...synodi cursorem citari...fecit ad...terminum competentem, in quo...productis primitus pro parte...dominorum canonicorum et capituli ecclesie Strigoniensis coram dicto episcopo nonnullis iuribus et munimentis pro devolutione cause huiusmodi facientia, subsequenter comparuit in iudicio mag. Richardus Richardi substitutus procurator...et litteras citatorias in valvis maioris ecclesie Basiliensis...executioni demandatas repeciit, citatorum in eadem contentorum non comparentium... contumatiam accusavit, ipsosque contumaces reputari per...dominum episcopum...postulavit et in eorum contumatiam contra appellationem pro parte...dominorum Ladislai gubernatoris...et conventus monasterii Pechwaradiensis...in partibus interpositam...verbo... cum protestatione...et in scriptis...tempore et loco oportunis dixit et excepit; et tunc dominus episcopus iudex et commissarius dictos citatos non comparentes...reputavit... contumaces et in eorum contumatiam ad...magistri Richardi Richardi substituti procuratoris ...ulteriorem instantiam dictos citatos ad dicendum et excipiendum, quidquid verbo vel in scriptis contra iura et munimenta pro devolutione causa huiusmodi facientia dicere sive excipere voluerint...per alias litteras...in...valvis maioris ecclesie Basiliensis...citari ...fecit ad...terminum competentem, quem eidem magistro Richardo Richardi procuratori substituto...ad...ultimum actum faciendum...assignavit. Quo...termino adveniente comparuit...coram domino episcopo...mag. Richardus Richardi procurator substitutus...et dictas litteras citatorias ultimo in valvis maioris ecclesie Basiliensis executioni...demandatas repeciit, citatorumque...non comparentium contumatiam accusavit, ipsosque contumaces reputari et in eorum contumatiam...appellationem antendictam...omnibus melioribus modo, via, iure, causa et forma, quibus melius potuit ex actis in partibus coram...domino Valentino (lectore) ecclesie Budensis iudice et commissario partium prescriptarum per...

dominum archiepiscopum Strigoniensem... deputato habitis atque factis et coram nobis... pro devolutione cause huiusmodi exhibitis... impugnavit, processum vero coram eodem domino Valentino canonico Budensi iudice in eisdem partibus factum atque habitum... actis ex eisdem iustificavit. Et nichilominus pro parte... Ladislai abbatis... et conventus monasterii Pechwaradiensis... ab ipso domino Valentino iudice eiusque sententia sive pronuntiatione inter partes predictas lata male fuisse et esse provocatum et appellatum, beneque per eundem dominum Valentinum iudicem processum et sententiatum, pronuntiari per dominum episcopum... postulavit. Et tunc ipse dominus episcopus iudex et commissarius dictos citatos non comparentes reputavit... contumaces, subsequenter vero... mag. Iohannes Christiani in... synodo causarum per... Nicolaum procuratorem... dominorum canonicorum et capituli ecclesie Strigoniensis... substitutus procurator... quandam petitionis papirii cedulam... in scriptis exhibuit huiusmodi sub tenore: (Vide nr. 1125. Petitio magistri Iohannis Christiani substituti procuratoris canonicorum et capituli ecclesiae Strigoniensis Martiali episcopo Ebroicensi iudici et commissario 1435. a. aug. 23. porrecta.) Qua... petitione... oblata, idem dominus episcopus... ad magistri Hermanni Custodis... per... magistrum Nicolaum procuratorem... dominorum canonicorum et capituli ecclesie Strigoniensis... procuratoris substituti... instantiam... eosdem citatos ulterius ad concludendum..., necnon ad audiendum in hac causa in scriptis per nos ferri... sententiam, vel dicendi causam rationabilem, cur hec minime fieri debeant per... audientiam contradictarum citati mandavit... ad... terminum competentem..., (quo adveniente) comparuit in iudicio... mag. Hermannus Custodis procurator substitutus et citationem in audientia litterarum contradictarum... executioni demandatam repeciit, citatorumque... non comparentium contumatiam accusavit, ipsosque contumaces reputari et in eorum contumatiam in causa... huiusmodi concludi..., necnon pro se et parte sua et contra partem sibi in huiusmodi causa adversam iuxta... sue petitionis... tenorem in scriptis ferri sententiam per dominum episcopum... postulavit. Et tunc dominus ep. iudex... dictos citatos non comparentes... reputavit... contumaces et in eorum contumatiam visis... et... inspectis omnibus... actis..., litteris, scriptis, instrumentis, iuribus et munimentis ac dictis et depositionibus testium in huiusmodi causa exhibitorum... ac cognitis ipsius cause meritis, ad suam in huiusmodi causa sententiam proferendam... processit, eamque... de iurisperitorum consilio et assensu in scriptis tulit et promulgavit in hunc... modum: De dominorum peritorum consilio et assensu per hanc nostram sententiam, quam pro tribunali sedentes ferimus, in hiis scriptis pronuntiamus, decernimus et declaramus per... dominum Valentinum lectorem et canonicum ecclesie Veterisbudensis tunc commissarium per... dominum Georgium archiepiscopum Strigoniensem deputatum in hac causa, que tunc vertebatur coram eo et nunc vertitur coram nobis inter dictos dominos de capitulo ex una et... dominum Ladislaum... gubernatorem abbatie et conventus monasterii Pechwaradiensis de et super... decimis quarundam vinearum... partibus ex altera bene fuisse et esse processum, pronuntiatum et interlocutum et pro parte dicti Ladislai adversarii ab eodem domino commissario et eius processu, necnon pronuntiatione et interlocutoria predictis male fuisse et esse provocatum et appellatum, ipsiusque commissarii processum, pronuntiationem et interlocutoriam huiusmodi... confirmamus, ulteriusque in eadem causa... procedi debere, dictumque... Ladislaum in expensis propterea... factis... condempnamus, quarum... taxationem nobis in posterum reservamus. Que... sententia, cum nulla provocatione suspensa, in rem transivisset iudicatam. Subsequenter... sacra synodus... domino episcopo Ebroicensi iudici et commissario quandam aliam commissionis sive supplicationis cedulam per... suum cursorem presentari fecit huiusmodi sub tenore: (Vide nr. 1126. Supplicatio pro parte canonicorum et capituli ecclesiae Strigoniensis in facto executionis cuiusdam sententiae a Martiali episcopo Ebroicensi latae ad concilium Basiliense 1435. a. aug. 23. interposita.) Post cuius... commissionis sive supplicationis cedule presentationem et receptionem... et antequam ipse dominus ep. Ebroicensis... vigore ipsius... ad aliquot actus procederet,... sancta synodus Basiliensis causam ... huiusmodi unacum nonnullis aliis causis... ad se duxit... advocandas et consequenter nobis, Bernardo archipresbitero, iudici et executori prefato quandam commissionis sive supplicationis cedulam per... suum cursorem presentari fecit, ... quam... recepimus huiusmodi sub tenore: (Vide nr. 1127. Supplicatio pro parte canonicorum et capituli ecclesiae Strigoniensis ad gen. concilium Basiliense 1435. a. aug. 23. interposita.) Huius... commissionis vigore nos, causa... huiusmodi in statu debito resumpta, omnibusque ... expensis pro parte... dominorum canonicorum et capituli ecclesiae Strigoniensis ... in huiusmodi causa

...factis ad vigintisex fl. Renenses boni auri et iusti ponderis per... Ladislaum gubernatorem... et conventum monasterii Pechwaradiensis... dominis canonicis et capitulo ecclesie Strigoniensis... persolvendos... per... dominum episcopum Ebroicensem... taxatis et moderatis, ad... magistri Thome Rode... dominorum canonicorum et capituli ecclesie Strigoniensis... procuratoris substituti... instantiam supradictos citatos ad dicendum et excipiendum quidquid verbo vel in scriptis contra commissionem ulterius... domino episcopo Ebroicensi... presentatam, necnon videndum et audiendum sententiam preinsertam et contenta in ea exequi..., litterasque executorias desuper... iuxta... ultime... domino episcopo Ebroicensi... presentate commissionis... tenorem... unacum aggravatione, reaggravatione, interdicto et brachii secularis invocatione... concedi, vel dicendum et causam, si quam habebant rationabilem, quare id fieri non debebat allegandum in audientia publica litterarum contradictarum... citari... fecimus ad... termunum competentem. (Quo) advenient(e) comparuit coram nobis Thomas Rode procurator substitutus... et citationem... executioni demandatam repeciit, citatorumque... non comparentium contumatiam accusavit, ipsosque contumaces reputari et in eorum contumatiam ad preinserte sententie, necnon expensarum taxationis executionem procedi, litterasque executorias desuper oportunas... unacum aggravatione, reaggravatione, interdicto et brachii secularis invocatione... secundum... ultime commissionis... domino episcopo Ebroicensi... presentate vim... decerni et concedi per nos... postulavit. Nos tunc, Bernardus archipresbiter, iudex et executor dictos citatos non venientes... reputavimus... contumaces et in eorum contumatiam... volentes dictam ultimam ...domino episcopo Ebroicensi... presentatam commissionem... exequi..., idcirco auctoritate... sacrosancte synodi nobis in hac parte commissa... dictam... sententiam et expensarum taxationem exequendas fore decrevimus, ipsamque debite executioni debere demandari, presentes nostras litteras executoriales ... desuper decernendo, que omnia et singula vobis omnibus et singulis supradictis... intimamus, ... ac ad vestram... notitiam deducimus... per presentes, quocirca vos omnes et singulos supradictos et vestrum quemlibet... tenore presentium requirimus..., vobisque nichilominus et vestrum cuilibet in virtute sancte obedientie sub infrascriptis sententiarum penis... mandamus, quatenus infra sex dierum spacium post presentationem presentium vobis... factam et postquam super hoc pro parte... dominorum canonicorum et capituli ecclesie Strigoniensis... fueritis requisiti ... Ladislaum gubernatorem... et conventum monasterii Pechwaradiensis... moneatis et requiratis..., quos nos etiam... tenore presentium... requirimus et monemus, eisque in virtute sancte obedientie et sub... infrascriptis sententiarum penis... mandamus..., quatenus intra triginta dierum spacium post presentationem... presentium per vos aut alterum vestrum eisdem Ladislao et conventui... factam... de supradictis vigintisex fl. Renensibus auri boni et iusti ponderis pro expensis in prosecutione litis et cause huiusmodi factis..., in quibus... per... dominum episcopum Ebroicensem condempnati extiterint; necnon de quatuor fl. similibus pro presentium nostrorum processuum expeditione, in quibus eos similiter... tenore presentium condempnamus... dominis canonicis et capitulo ecclesie Strigoniensis... seu eorum... procuratori... debitam satisfactionem ... impendant... aut se cum eisdem dominis canonicis et capitulo... super hiis amicabiliter componant... et alias preinserte contra eos late sententie... ac condempnationi et taxationi expensarum eiusdem pareant iuxta ipsarum continentiam et tenorem plenarie et cum effectu. Quod si forte premissa omnia..., prout per nos mandantur, non adimpleretis..., nos in vos omnes et singulos supradictos, ac impedientes... dominos canonicos et capitulum..., quominus ... supradicta suum debitum consequantur effectum, ac impedientibus dantes auxilium, consilium vel favorem... et generaliter in quoscunque contradictores in hac parte et rebelles tam ecclesiasticos, quam seculares... et presertim... in ... dominum Ladislaum... gubernatorem excommunicationem, in conventum vero... monasterii Pechwaradiensis... suspensionem a divinis et in ipsorum delinquentium ecclesias, monasteria et capellas et presertim ... monasterium Pechwaradiense interdicti sententias ferimus in hiis scriptis... Vobis vero ...archiepiscopo et episcopis prefatis, quibus ob reverentiam vestrarum pontificalium dignitatum deferimus in hac parte: si contra premissa... aliquid feceritis per vos vel submissas personas,... sex dierum [canonica monitione] premissa ingressum ecclesie interdicimus in hiis scriptis. Si vero interdictum huiusmodi per alios sex dies prefatos sex dies immediate sequentes sustinueritis, vos, facta canonica monitione previa, in eisdem scriptis suspendimus a divinis. Verum, si prefatas interdicti et suspensionis sententias per alios sex dies prefatos duodecim dies immediate sequentes animis... sustinueritis induratis, vos, ...dicta canonica monitione premissa, excommunicationis sententia innodamus. Insuper

vero, si... dominus Ladislaus gubernator..., necnon conventus... monasterii Pechwaradiensis, ceterique contradictores et rebelles huiusmodi nostris mandatis et processibus infra dictos eis assignatos terminos non paruerint... dictas excommunicationis et suspensionis a divinis sententias... propter hoc... incurrendo, extunc vos omnes et singulos... requirimus ..., vobisque sub dictis penis et sententiis mandamus, quatenus singulis diebus dominicis et festivis in vestris ecclesiis, monasteriis et capellis..., quando pro parte... dominorum canonicorum et capituli ecclesie Strigoniensis fueritis requisiti..., infra missarum et aliarum horarum canonicarum solempnia... dominos Ladislaum gubernatorem... ac contradictores et rebelles sic excommunicatos, necnon conventum dicti monasterii Pechwaradiensis... a divinis suspensum... publice denuntietis et... denuntiari faciatis... Et si forsan... prefati Ladislaus gubernator..., necnon conventus dicti monasterii..., ceterique contradictores et rebelles... huiusmodi excommunicati et a divinis suspensi sententias per decem dies post denuntiationem eis factam immediate sequentes sustinuerint, extunc, processus nostros aggravare volentes, vobis... sub prefatis penis... mandamus, quatenus singulis diebus dominicis et festivis infra missarum et aliarum horarum canonicarum solempnia dictam denuntiationem excommunicationis et a divinis suspensionis reiterando... eosdem... Ladislaum gubernatorem... ac contradictores et rebelles... nominatim , conventum vero... monasterii Pechwaradiensis... a divinis suspensum... campanis pulsatis, candelis accensis, demum extinctis et ad terram proiectis, cruce erecta et religione induta, aquam benedictam aspergendo ad fugandum demones, qui eos sic detinent ligatos et suis laqueis cathenatos orando, quod dominus Iesus Christus ad catholicam fidem et sancte matris ecclesie gremium reducere dignetur, ne eos in tali duritia et perversitate dies suos finire permittat, cum decantatione responsorii: Revelabunt celi iniquitatem; inde et psalmi: Deus laudem meam ne tacueris et antiphona: In media vita etc(etera). Et huiusmodi psalmo ... finito ad ianuas ecclesiarum vestrarum unacum clericis et parochianis accedendo et ad terrorem, ut... Ladislaus gubernator..., necnon conventus dicti monasterii... ceterique contradictores et rebelles eo citius ad obedientiam redeant, tres lapides versus domos habitationum suarum proicendo in signum maledictionis eterne, quam deus dedit Dathan et Abiron, quos terra vivos absorbuit, etiam post missam in sermonibus et aliis locis publicis solempniter publicetis et ab aliis... publicari... ac ab omnibus Christi fidelibus... evitari faciatis, donec... aliud a nobis vel superiori nostro desuper habueritis in mandatis. Si vero prefati denuntiati, aggravati et a divinis suspensi per alios decem dies prefatos decem dies immediate sequentes... denuntiatione, aggravatione, necnon a divinis suspensione ad ipsorum notitiam deductis animis... sustinuerint induratis, extunc processus nostros huiusmodi reagravando et continuando... moneatis et requiratis omnes et singulos Christifideles..., quos nos etiam... requirimus et monemus, ac eis... in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis pena... iniungendo... eisdem... et specialiter familiaribus et servitoribus dictorum denuntiatorum, aggravatorum et a divinis suspensorum, quatenus infra sex dierum spacium post monitionem et requisitionem vestras huiusmodi eis factas... ipsi Christifideles, familiares, servitores... a participatione et conversatione dictorum denuntiatorum, aggravatorum et a divinis suspensorum... omnino desistant..., nec cum eisdem... serviendo, loquendo, stando, sedendo, ambulando, salutando, hospitando, comedendo, bibendo, cibum, potum, aquam vel ignem ministrando, nec aliquo alio humanitatis solatio, preterquam in casibus a iure permissis participare presumant... et si contrarium fecerint, nos in eos... excommunicationis sententiam ferimus in hiis scriptis...; et nichilominus vos omnes... supradictos ... requirimus et... sub dictis sententiis et penis mandamus, quatenus singulis diebus dominicis et festivis, quotiens expediens fuerit, in vestris ecclesiis, monasteriis et capellis infra... horarum ecclesiasticarum solempnia prefatos Christifideles, familiares et servitores, qui cum dictis denuntiatis, aggravatis, reagravatis et a divinis suspensis rebellis participaverint, excommunicatos publice denuntietis et ab aliis Christifidelibus... evitari faciatis, donec... absolutionis beneficium desuper meruerint obtinere. Verum si prefati denuntiati, agravati, reagravati et suspensi per alios decem dies... dictos viginti dies immediate sequentes et postquam constiterit huiusmodi reagravationem ad ipsorum notitiam pervenisse, predictas nostras sententias sustinuerint ad modum aspidum surdarum aures suas obturantium, ne vocem audiant incantantis, nos... extunc, lapsis terminis antedictis, omnes civitates, oppida, castra, villas, suburbia et quarumcunque ecclesiarum collegia et parochias et generaliter loca in et sub quibus dictos excommunicatos, aggravatos, reaggravatos et suspensos vel eorum alterum morari vel declinari contigerit, quamdiu ibidem

fuerint..., in hiis scriptis ecclesiastico supponimus interdicto mandantes vobis omnibus et singulis supradictis..., (ut) quamdiu dicti denuntiati, aggravati, reaggravati et a divinis suspensi...in locis predictis fuerint, cessetis et cessari faciatis, apertis ianuis, a divinis, quam...cessationem per tres dies continuos post...denuntiationem aggravatorum, reaggravatorum et suspensorum...recessum...observetis...ita..., quod...stante interdicto, nulla sacramenta ecclesiastica in...locis, quibus dicti denuntiati, aggravati, reaggravati et a divinis suspensi fuerint seu alter eorum fuerit,...ministrentur, nisi chrisma et baptismus omnibus indifferenter, eucharistia infirmis tantum et matrimonium sine ecclesiastica solempnitate contrahatur inibi et sub eisdem locis decedentibus ecclesiastica denegetur sepultura. Demum vero, si prefati denunciati, aggravati, reaggravati, suspensi et interdicti infra alios decem dies prefatos triginta dies immediate sequentes processibus, mandatis et monitionibus nostris huiusmodi...non paruerint..., nos extunc attendentes, quod mucrone non proficiente ecclesiastico, temporalis gladius non inmerito suffragatur, auxilium brachii secularis duximus invocandum, ut quos timor dei a malo non revocat, temporalis saltem coherceat severitas discipline; hinc est, quod vos...dominum Sigismundum imperatorem et regem antedictum, dicti gladii principalem vibratorem et iustitie solatorem in domino exhortamur, vosque... principes, dominos duces, comites, barones, milites militares et ceteras personas temporales antedictas requirimus..., vobisque nichilominus...in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis pena...districte precipiendo mandamus, quatenus infra sex dierum spacium post lapsum dictorum terminorum et postquam presens noster processus vobis... in vestris territoriis, iurisdictionibus et districtibus fuerit publicus...vos omnes..., quorum omnium super hoc auxilium brachii secularis invocamus, quotiens et quando pro parte...canonicorum et capituli ecclesie Strigoniensis fueritis requisiti...in iuris subsidium contra prefatos denuntiatos...per occupationem et invasionem et detentionem personarum, corporum, rerum et bonorum dictorum denuntiatorum...insurgatis et alios insurgere faciatis, necnon personas, corpora, res et bona eorundem capiatis, invadatis, incarceretis et in custodia teneatis, arrestetis, occupetis per vos vel...alios et quilibet vestrum, qui super hoc fuerit requisitus, capiat, invadat, incarceret, custodiat, detineat, arrestet et occupet libere et licite, super quibus omnibus et singulis vobis et cuilibet vestrum licentiam et plenariam potestatem concedimus per presentes, dictosque denuntiatos, aggravatos, reaggravatos, suspensos et interdictos ita...astringatis et compellatis potenter etiam manu forti, absque tamen gravi lesione corporum eorundem usque ad plenariam satisfactionem omnium et singulorum premissorum...dominorum canonicorum et capituli ecclesie Strigoniensis impendendam, ac donec et quousque...Ladislaus gubernator...et conventus monasterii Pechwaradiensis...de dictis vigintisex fl. Renensibus boni et iusti ponderis pro expensis et quatuor similibus florenibus pro presentium nostrorum processuum expeditione ...dominis canonicis et capitulo ecclesie Strigoniensis...vel eorum...procuratori... satisfecerint, ipsique denuntiati, gravati, reaggravati, suspensi et interdicti a predictis rebellione et impedimento destiterint, beneficiumque absolutionis a sententiis predictis meruerint obtinere; et aliud a nobis vel superiori nostro desuper habuerint in mandatis. Quod si forte vos...domine imperator et rex, executor iustitie presentium nostrorum processuum sive mandatorum, ymmo verius dicte synodi transgressor, contradictor vel neglector fueritis, quod tamen vestre serenitati...per totum orbem divulgata obedientia suspicari non sinit, proculdubio etiam eterni et iusti iudicis iudicium offendetis et premium alias vobis pro executione huiusmodi iustitie a deo paratum nichilominus omittetis, et licet vos huiusmodi nostris sententiis...per nos...latis...nolumus sic ligari, vobis ob reverentiam vestre imperialis maiestatis non inmerito deferendum, intuitu tamen iustitie et ob sancte synodi...reverentiam, vestram serenitatem ad prefatam executionem...adimplendam, prout ad vestram serenitatem spectat et pertinet, in domino exhortamur. Processum nostrum huiusmodi volumus penes...dominos canonicos et capitulum ecclesie Strigoniensis... vel eorum procuratorem remanere..., mandamus tamen copiam fieri de premissis eam petentibus et habere debentibus, petentium quidem sumptibus et expensis; absolutionem vero omnium et singulorum, qui prefatas nostras sententias aut earum aliquam incurrerint, sive incurrerit quoquomodo, nobis vel superiori nostro tantummodo reservamus...Datum et actum Basilee, in ambitu conventus fratrum minorum pro audientia causarum dicte synodi specialiter deputato, nobis inibi hora vesperarum consueta ad iura reddenda et causas audiendas pro tribunali sedentibus...presentibus...Nicolao Gerardi de Plees et Petro Pauli de Turnont, clericis Traiectensis ac Cameracensis diocesis, testibus ad premissa... vocatis...

ORIG.: Membr. cum plica et sig. Bernardi archipresbiteri Saccensis, iudicis et commissarii a gen. synodo Basiliensi deputati in theca lignea de cordula alba pend., necnon signo et subscriptione Iohannis de Odeur, cler. Leodicensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archipresbiteri scribae. In dorso manu saec. XVI. scripta Executio in causa Strigoniensium decimarum gravaminis adnot. legitur. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 1. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - TRANSCR.: Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. deputatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. apost. auct. notarii, eiusdemque archiepiscopi canc., secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - MENT.: a) Gen. concilium Basiliense 1435. aug. 24. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 2. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); b) Gen. conc. Basiliense 1435. aug. 24. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 3. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); c) Gen. conc. Basiliense 1435. aug. 24. > Iohannes ep. Gurcensis, iudex et commissarius a gen. conc. Basiliensi deputatus in instrumento Wernherii Corrigiatoris de Wyczenhusen, cler. Moguntinensis dioc., publ. auct. apost. et imp. notarii, eiusdemque episcopi scribae 1435. aug. 30. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3. nr. 6. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); d) Gen. concil. Basiliense 1435. aug. 24. > Iohannes ep. Gurcensis, iudex et commissarius a gen. conc. Basiliensi deputatus in instrumento Wernherii Corrigiatoris de Wyczenhusen, cler. Moguntinensis dioc., publ. auct. apost. et imp. notarii, eiusdemque episcopi scribae 1435. aug. 30. confecto. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. deputatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. apost. auct. notarii, eiusdemque archiepiscopi canc., sercetarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); e) Gen. concil. Basiliense 1435. aug. 24. > Capit. ecclesiae Budensis 1436. apr. 24. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 5. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); f) Gen. concil. Basiliense 1435. aug. 24. > Mag. Barnabas lector et can. ecclesiae Vaciensis, commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Benedicti Michaelis de Rayk, cler. Vesprimiensis dioc., publ. imp. auct. notarii 1436. jul. 21. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 12., nr. 4. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); g) Gen. concil. Basiliense 1435. aug. 24. > Mag. Barnabas lector et can. ecclesiae Vaciensis, commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Benedicti Michaelis de Rayk, cler. Vesprimiensis dioc., publ. imp. auct. notarii 1436. jul. 21. confecto. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. deputatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. apost. auct. notarii, eiusdemque archiepiscopi canc., secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); h) Michael Iohannis de Siry, cler. Agriensis dioc., publ. imp. auct. notarius 1438. jul. 10. Arch. Capit. Strig. Lad. 45., fasc. 4., nr. 1. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); i) Michael Iohannis de Siry, cler. Agriensis dioc., publ. imp. auct. notarius 1438. jul. 10. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. deputatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. apost. auct. notarii, eiusdem archiepiscopi canc., secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

1129 Pozsony, 1435. aug. 24.

(Posonii, in Bartholomei.) Barbara... Hungarie... regina venerabili domino Ladislao de Chetnek gubernatori cruciferatus eccl. s. trinitatis de superioribus Calidis aquis Budensibus, necnon nobilibus Blasio de Twrocz, comiti Insule nostre Chepel vocata, ac Demetrio Tharnok de Gath, officiali nostro in Chalamya constituto... Veridicorum percepimus relatu, quomodo Sano Italicus... de tenutis pertinentiisque et possessionibus castri nostri Salmar vocati potentialiter se intromittendo nonnullos fructus et proventus inibi serenitati nostre provenire debentes... percepisset; insuper castellano eiusdem castri nostri ac hominibus suis non modicas iniurias dampnaque et lesiones intulisset et inferri facere non cessaret etiam de presenti... Et quia prefatus Sano Italicus nondum serenitati nostre in sortem redemtionis memorati castri nostri Salmar aliquam curavit facere solutionem, ideo fidelitati vestre... damus sub precepto, quatenus... prefatum Sanonem Italicum et homines suos quoslibet de... tenutis pertinentiisque et possessionibus antefati castri nostri Salmar

penitus removere...universosque fructus et proventus in eisdem per ipsos...perceptos... absque ulla diminutione...restitui et...de...iniuriis et...lesionibus annotatis hominibus castellani nostri illatis...per eosdem...impendi facere...debeatis satisfactionem...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. impressi. In superiore margine et sub sigillo haec not. canc. est scripta: Relatio comitis Iwanka magistri ianitorum. Arch. Nat. Hung. Dl. 12.746. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 1551., No. 96.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 168-169.

1130 Basel, 1435. aug. 24.

(Basilee, VIIIJ. Kal. Sept.) Sacrosancta generalis synodus Basiliensis...venerabili episcopo Gurcensi...et abbati monasterii Scotorum Wiennensium...ac lectori eccl. Waciensis salutem. Exhibita nobis pro parte...capituli Strigoniensis petitio continebat, quod licet perceptio omnium decimarum vinorum ex vineis tam ab antiquo, quam etiam de novo pro tempore in predio Nelbeg vocato, infra limites parochie ecclesie parochialis s. Andree de Sasad, Vesprimiensis dioc. consistente plantatis excrescentium ad rectores, qui fuerint pro tempore dicte ecclesie usque ad tempus unionis, incorporationis et annexionis eiusdem ecclesie mense capitulari ecclesie Strigoniensis canonice factarum, et deinde a tempore unionis, incorporationis et annexionis huiusmodi ad dictos capitulum pertinuerit et pertineat de iure, ipsique rectores et capit. a tanto tempore, quod de eius contrario memoria non existit, successive fuerint...in possessione pacifica vel quasi iuris percipiendi decimas huiusmodi; tamen...Ladislaus abbas et conventus monasterii Pechwaradiensis ordinis s. Benedicti, Quinqueccl. dioc., falso asserentes perceptionem decimarum huiusmodi ad eos spectare, ac capitulo...in perceptione decimarum huiusmodi contra iustitiam se opponentes impediverunt et impediunt..., quominus capitulum predicti decimas ipsas, ut deberent, percipere possint, ipsosque...possessione prefata contra iustitiam spoliarunt decimas huiusmodi sibi usurpantes, illasque occupantes et detinentes indebite occupatas ac fructus percipientes ex eisdem, et alias etiam prefatos capitulum super eisdem decimis et illarum occasione multipliciter molestarunt, ipsique capitulum abbatem et conventum predictos super hoc petendo pronuntiari, decerni et declarari, oppositiones, spoliationes, usurpationes, occupationes, detentiones, molestationes et impedimenta predicta fuisse et esse temeraria, illicita et iniusta, dictosque abbatem et conventum ab occupatione et detentione predictis ammoveri, necnon compelli et condemnari ad solvendum...capitulo fructus decimarum huiusmodi a tempore spoliationis...perceptos, seque ad possessionem predictam restitui et reintegrari coram...Valentino lectore Veterisbude, Vesprim. dioc., cui venerabilis Georgius archiepiscopus Strigoniensis, cum dicti abbas et conventus illi immediate sunt subiecti, causam huiusmodi audiendam commisit et fine debito terminandam, vigore commissionis huiusmodi fecerunt ad iudicium evocari et deinde, postquam idem lector in causa huiusmodi ad aliquos actus processerat, prefati abbas et conventus a quodam sufficienti, ut asserebant, eis per predictum lectorem illato gravamine ad nos appellarunt, nosque causam appellationis huiusmodi negotii principalis Martiali episcopo Ebroicensi primo et deinde, postquam ipse in ea ad nonnullos actus processerat..., Bernardo archipresbitero eccl. Saccensis, Paduane dioc., Basilee constitutis audiendam commisimus et fine debito terminandam. Qui quidem archipresb. cognitis ipsius cause meritis et habito super hiis consilio cum peritis, per suam diffinitivam sententiam pronuntiavit, decrevit et declaravit, prout hec omnia in libello pro parte...capituli oblato petita fuerant, oppositiones, spoliationes, usurpationes, detentiones, molestationes et impedimenta predicta fuisse et esse temeraria, illicita, iniqua et iniusta, ac de facto presumpta, dictosque abbatem et conventum ab occupatione et detentione decimarum vinorum tam ex ab antiquo, quam de novo plantatis vineis excrescentium huiusmodi...ammovit, ipsisque super illis perpetuun silentium...imposuit, necnon prefatos capitulum ad corporalem, realem et actualem possessionem perceptionis huiusmodi decimarum...restituit et reintegravit, dictosque abbatem et conventum in fructibus ex decimis huiusmodi a tempore spoliationis predicte citra perceptis et in expensis in huiusmodi causa legitime factis...condemnavit, illarum taxatione sibi in posterum reservata. Et subsequenter idem archipresbiter expensas huiusmodi in septuaginta florenis auri de Reno boni et iusti ponderis provida moderatione taxavit, procuratoris ...capituli super eisdem expensis iuramento secuto, prout in instrumento publico inde

confecto, ipsius archipresbiteri sigillo munito, dicitur plenius contineri. Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, prefati capitulum dubitent, quod abbas et conventus predicti presentibus et earum vigore habendis processibus reverenter parere non velint, pro parte... capituli nobis fuit... supplicatum, ut providere super hoc eis oportune dignaremur. Nos igitur huiusmodi supplicationibus inclinati, discretioni vestre per hec scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum per vos vel alium seu alios premissa executioni debite demandantes, predictos capitulum ad corporalem possessionem perceptionis decimarum huiusmodi auctoritate nostra restituatis et reintegretis, ac restitutos et reintegratos iuxta iuris exigentiam defendatis, facientes eis de perceptis fructibus et florenorum summa pro expensis huiusmodi iuxta prefati instrumenti earundem condemnationis et taxationis tenorem plenam et debitam satisfactionem impendi; et nichilominus legitimis super hiis per vos habendis servatis processibus eos quotiens expedierit, aggravare curetis, contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, non obstante, si prefatis abbati et conventui vel quibusvis aliis... a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem...

ORIG.: A) Membr. cum plica et bulla plumbea de filo albo cannapis pend. In dorso manu saec. XVI. haec adnot. est scripta: Mandatum executorium sententiarum concilii et appellationis a Valentino lectore. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 2. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); B) Membr. cum plica et bulla plumbea de filo albo cannapis pend. In dorso manu saec. XVI. scripta Bulla executorialis in causa principali Strigoniensium decimarum de Sasaad adnot. legitur. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 3. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - TRANSCR.: a) Iohannes ep. Gurcensis, iudex et commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Wernherii Corrigiatoris de Wyczenhusen, cler. Moguntinensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque episcopi scribae 1435. aug. 30. confecto. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 6. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); b) Capit. ecclesiae Budensis 1436. apr. 24. Arch. Capit. Strig. Lad. 45., fasc. 3., nr. 5. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); c) Mag. Barnabas lector et can. ecclesiae Vaciensis, commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Benedicti Michaelis de Rayk, cler. Vesprimiensis dioc., publ. imp. auct. notarii 1436. jul. 21. confecto Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 12., nr. 4. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); d) Mag. Barnabas lector et can. ecclesiae Vaciensis, commissarius a gen. concilio Basiliensi deputatus in instrumento Benedicti Michaelis de Rayk, cler. Vesprimiensis dioc., publ. imp. auct. notarii 1436. jul. 21. confecto. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. deputatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi canc., secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

1131 Basel, 1435. aug. 30.

(Basilee, die penultima Augusti.)... domino Sigismundo... Romanorum imperatori ...ac Hungarie... regi, necnon Strigoniensi et Colocensi archiepiscopis necnon Quinqueecclesiensi et Vesprimiensi episcopis eorumque... in spiritualibus et temporalibus vicariis et officialibus generalibus, ac curie causarum camere... generalis Basiliensis synodus... vicesgerentibus..., necnon... dominis abbatibus, prioribus, prepositis, decanis, archidiaconis, scholasticis, cantoribus, custodibus, thesaurariis, sacristis, camerariis, celariis, archipresbiteris, tam cathedralium quam collegiatarum canonicis, parochialiumque ecclesiarum rectoribus, seu loca tenentibus eorundem, plebanis, viceplebanis, capellanis curiatis et non curiatis, vicariis perpetuis, altaristis, ac etiam monasteriorum et ordinum quorumcunque generalibus et provincialibus vicariis, custodibus, prioribus, guardianis, commendatoribus, preceptoribus atque conventualibus predicatorum, minorum, heremitarum sancti Augustini et beate Marie Carmelitarum, sancte Romane ecclesie capellanis et camere apostolice et eiusdem, necnon antefate synodi camerariis, fructuum collectoribus, succollectoribus, ceterisque presbiteris, clericis, notariis et tabellionibus quibuscunque, necnon nobilibus palatino regni Vngarie et bano Machoviensi, ceterisque

comitibus, baronibus, terrarum dominis, militibus, armigeris, senescallis, capitaneis, advocatis, officialibus, burgraviis, castellanis et iudicibus tam ecclesiasticis quam secularibus..., scultetis, proconsulibus, consulibus, gubernatoribus, prefectis, civitatibus, universitatibus, servientibus, iustitiariis et preconibus quorumcunque locorum, oppidorum, villarum, terrarum, castrorum, provinciarum, civitatum et diocesium, prediorum et eorum cuilibet in solidum..., ac vobis Ladislao abbati et conventui monasterii Pechwaradiensis ordinis sancti Benedicti Quinqueecclesiensis diocesis, ac illi vel illis, ad quem vel ad quos omnium decimarum vinorum ex vineis tam ab antiquo, quam etiam de novo pro tempore in predio Neweg vocato, infra limites parrochie ecclesie parrochialis sancti Andree de Sasad Vesprimiensis dioc., consistente plantatis excrescentium solutio communiter vel divisim pertinet, omnibusque aliis et singulis, quorum interest...aut interesse poterit...in futurum...Iohannes...episcopus Gurcensis, executor ad infrascripta ...a prefata synodo...deputatus salutem in domino...Litteras eiusdem synodi...nobis per ...magistrum Thomam Rode, in...synodo causarum et...capituli ecclesie Strigoniensis ...procuratorem...presentatas nos...noveritis recepisse, quarum...tenor...est talis: (Vide nr. 1130.Generale concilium Basiliense 1435. aug. 24.) Post quarum...litterarum... receptionem...fuimus per...magistrum Thomam Rode procuratorem...requisiti, quatenus ad executionem earundem...procedere et processus desuper executoriales...concedere dignaremur.Nos igitur...volentes...mandatum...synodi nobis in hac parte directum... exequi..., prefatum magistrum Thomam Rode procuratorem nomine dicti capituli ecclesie Strigoniensis in et ad corporalem possessionem decimarum vinorum ex vineis tam ab antiquo, quam etiam de novo pro tempore in predio Neueg vocato, infra limites parochie ecclesie parochialis sancti Andree de Sasad Vesprimiensis diocesis, consistentibus plantatis excrescentium restitui ac reintegrari mandamus, ac restituimus et reintegramus per presentes, que omnia et singula, necnon preinsertas litteras eiusdem synodi et hunc nostrum processum in eis contenta vobis omnibus et singulis supradictis intimamus...et notificamus, ac ad vestram...notitiam deducimus...et nichilominus vos omnes et singulos supradictos ac vestrum quemlibet tenore presentium requirimus et monemus...vobisque...in virtute sancte obedientie et sub penis et sententiis infrascriptis...mandamus, quatenus infra sex dierum spacium post presentationem...presentium vobis... factis...; et postquam pro parte... capituli Strigoniensis...super hec fueritis requisiti...prefatos dominos capitulum ecclesie Strigoniensis in et ad corporalem, realem et actualem possessionem perceptionis decimarum predictarum, quantum in vobis fuerit, restituatis et reintegretis, ac restitui...faciatis... restitutosque et reintegratos iuxta iuris exigentiam defendatis. Monemus insuper vos... Ladislaum abbatem et conventum monasterii Pechwaradiensis..., quatenus infra triginta dierum spatium post presentationem, notificationem et requisitionem vobis presentium vigore factis et postquam pro parte...dominorum capituli Strigoniensis super hoc fueritis requisiti...de omnibus et singulis fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus ac emolumentis ex dictis decimis perceptis, necnon de septuaginta fl. Renensibus boni auri et iusti ponderis pro expensis in prosecutione litis et cause huiusmodi factis, quibus... capitulo ecclesie Strigoniensis...vel eorum...procuratori...vos sententionaliter estis condempnati, debitam satisfactionem...et restitutionem impendatis, aut vos cum...dictis dominis capitulo...desuper amicabiliter componatis et concordetis aliisque sententiis... contra vos latis pareatis et vos obtemperetis eisdem. Inhibemus preterea...vobis omnibus... supra et infrascriptis...et generaliter quibuscunque cuiuscunque dignitatis, status, gradus, ordinis vel conditionis aut preeminentie existant, ne prefatis dominis capitulo ecclesie Strigoniensis vel ipsorum...procuratori, eorum nominibus, quominus ad corporalem, realem et actualem possessionem perceptionis decimarum predictarum restitui et reintegrari valeant, ac decimas ipsas cum integritate percipere et habere, impedimentum aliquod prestetis seu prestent..., aut ipsos super premissis... impedientibus detis seu dent... auxilium, consilium vel favorem. Et si forte premissa omnia et singula vos omnes et singuli supradicti...non adimpleveritis..., aut aliquid in contrarium faceretis..., nos in vos omnes et singulos...ac in impedientes...capitulum ecclesie Strigoniensis...vel eorum...procuratorem, quominus omnia...supradicta suum debitum consequantur effectum et impedientibus... dantes auxilium, consilium vel favorem...et generaliter in quoscunque contradictores in hac parte et rebelles tam ecclesiasticos quam seculares...et presertim...Ladislaum abbatem excommunicationis, in conventum vero...monasterii Pechwaradiensis...suspensionis a divinis et in ipsorum et quorumcunque delinquentium ecclesias, monasteria et capellas interdicti sententias ferimus in hiis scriptis et etiam promulgamus. Vobis vero...dominis

archiepiscopis et episcopis prefatis, quibus ob reverentiam vestrarum pontificalium dignitatum deferimus in hac parte, si tamen contra premissa feceritis per vos vel submissam personam..., extunc... dicta sex dierum canonica monitione premissa, ingressum ecclesie interdicimus in hiis scriptis. Si vero huiusmodi interdictum per alios sex dies immediate sequentes sustinueritis, vos in hiis scriptis, dicta monitione previa..., suspendimus a divinis. Verum, si... interdicti et suspensionis sententias per alios sex dies prefatos duodecim dies immediate sequentes animis... sustinueritis induratis, vos et quemlibet vestrum, eadem canonica monitione premissa, excommunicationis sententia inodamus. Ceterum cum ad executionem ulteriorem in presenti negotio faciendam nequeamus... personaliter interesse, universis et singulis abbatibus, prioribus, prepositis, archidiaconis, thesaurariis, scolasticis, cantoribus, custodibus, sacristis, succentoribus aliisque prelatis, notariis et tabellionibus publicis... supradictis... super ulteriori presentium executione facienda... committimus... vices nostras, donec eas ad nos duxerimus revocandas, quos nos etiam et eorum quemlibet requirimus et monemus... ac eis... virtute sancte obedientie et sub... excommunicationis pena committimus..., quatenus infra sex dierum spatium post presentationem... presentium eis... factam et postquam pro parte ... capituli Strigoniensis... super hoc vigore presentium fuerint requisiti..., ad dictas aliasque ecclesias et personas ac loca alia, de quibus opus fuerit, personaliter accedant ... et presentes nostros processus... vobis omnibus et singulis supradictis communiter et divisim legant... ac legi... et publicari procurent; dictis capitulo ecclesie Strigoniensis vel eius... procuratori... de... decimis per... Ladislaum abbatem et conventum monasterii Pechwaradiensis perceptis ac florenorum summis supradictis, quantum in eis fuerit, integre responderi et plenariam satisfactionem impendi faciant... Si vero... dominus Ladislaus abbas ceterique contradictores in hac parte et rebelles processibus nostris et mandatis... infra... eis assignatos terminos non paruerint... dictam excommunicationis sententiam propter hoc... incurrendo, extunc omnes... prefatos nostros subdelegatos et eorum quemlibet requirimus... ac sub dicta excommunicationis pena eis mandamus, quatenus... Ladislaum abbatem ac contradictores in hac parte et rebelles predictos singulis diebus dominicis et festivis in suis ecclesiis et capellis totiens, quotiens opus fuerit et pro parte... dominorum capituli ecclesie Strigoniensis super hoc fueritis requisiti..., infra missarum sollempnia ... excommunicatos publice denuntient et ab aliis denuntiari faciant..., donec et quousque aliud a nobis vel superiori nostro super hoc habuerint in mandatis. Verum si prefatus abbas ceterique contradictores et rebelles... denuntiationem ac sententias supradictas non curarent, sed in ipsis per decem dies post habitam eorum notitiam... insorduerint, extunc processus nostros huiusmodi aggravando... omnes et singulos subdelegatos nostros supradictos et eorum quemlibet requirimus..., quatenus singulis diebus dominicis et festivis, si opus fuerit et desuper fueritis requisiti, infra missarum sollempnia predictam denuntiationem innovantes prefatos dominum abbatem rebellesque alios et contradictores... excommunicatos campanis pulsatis, candelis accensis et extinctis ac demum in terram proiectis, [cruce erecta et religione induta, aquam] benedictam aspergendo ad fugandum demones, qui eos sic detinent alligatos et suis laqueis cathenatos orando, quod dominus noster Iesus Christus eos ad apostolicam fidem et sancte matris ecclesie gremium reducere dignetur, ne eos in tali perversitate dies eorum inire permittat, [cum decantatione] responsorii: Revelabunt celi iniquitatem, inde et psalmi: Deus laudem etc(etera) cum antiphona: Media vita etc(era), ut... dominus Ladislaus abbas et alii rebelles et contradictores eo citius ad obedientiam redeant, tres lapides versus domos habitationum eorundem proiciendo [in signum maledictionis] eterne, quam deus dedit Dathan et Abiron, quos terra vivos absorbuit, etiam post missam et in aliis horis canonicis sollempniter publicent ac denuntiant et ab aliis nuntiari faciant et a Cristifidelibus arctius evitari, donec... aliud a nobis vel superiori nostro habuerint in mandatis. Et si... dominus Ladislaus abbas contradictoresque et rebelles... excommunicati et aggravati... excommunicationem et aggravationem per alios decem dies dictos decem dies immediate sequentes animis... sustinuerint induratis, extunc processus nostros huiusmodi reaggravando prefati nostri subdelegati... omnes et singulos Christifideles... requirant, quos nos etiam... monemus et requirimus, eisque in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis pena, quam in eos... ferimus in hiis scriptis... iniungant, prout nos etiam iniungimus familiaribus et servitoribus prefatorum excommunicatorum et aggravatorum, quatenus infra sex dierum spacium post presentium notificationem ... eis factam... ipsi familiares a familiaritate et servitio, ceterique Christifideles a participatione et communicatione... excommunicatorum et aggravatorum... desistant..., nec cum

eis serviendo, loquendo, stando, sedendo aut aliquo humanitatis solatio, preterquam in casibus a iure permissis, participare presumant..., nos enim in quemcunque eorum contrafacientium, dicta... canonica monitione premissa, excommunicationis sententiam ferimus in hiis scriptis..., quam... excommunicationis sententiam etiam ipsi subdelegati nostri contra eosdem familiares et participantes singulis diebus dominicis et festivis in suis ecclesiis sollempniter publicent et publicari faciant, donec ipsi absolutionis beneficium desuper meruerint obtinere. Volumus insuper et omnibus et singulis tam ecclesiasticis, quam secularibus personis... sub excommunicationis pena... in hiis scriptis... inhibemus, ne ipsi vel eorum alter excommunicatis, aggravatis et reaggravatis huiusmodi vel eorum alteri, quamdiu in huiusmodi pertinatia et rebellione perstiterint..., in foro ecclesiastico vel seculari de aliquo debito vel negotio respondere presumant, sed omnis eis iuris ordo et actus iudicialis precludatur et negetur, ipsique ab actionibus, actibus et a Christifidelium participationibus penitus secludantur et separentur. Nichilominus tamen ipsi perversi, indurati, excommunicati, aggravati et reaggravati aliis Christifidelibus ad ultimum quadrantem... respondere teneantur..., donec... spiritum assumpserint consilii sanioris, atque ecclesie reconciliationis gratiam receperint et unitatem, necnon super premissis... plenariam impenderint satisfactionem. Si vero prenominati denunciati, aggravati et reaggrevati per decem dies dictos viginti dies immediate sequentes et postquam constaret huiusmodi reaggravationem ad ipsorum notitiam pervenisse, premissa omnia et singula sustinuerint Pharaonis duritiam imitando ad modum aspidum surdarum aures suas obturantium, ne vocem audiant incantantis,... omnes et singulas civitates, terras, oppida, castra, villas, suburbia et quarumcunque ecclesiarum collegia, parochias et generaliter quecunque loca, in et sub quibus dictos denuntiatos, aggravatos et reaggravatos vel eorum alterum declinare contigerit, quamdiu ibidem fuerint..., in hiis scriptis ecclesiastico subponimus interdicto; mandamus nostris subdelegatis... sub dictis sententiis et penis, quatenus... quamdiu prefati denuntiati, aggravati et reaggravati in locis predictis fuerint,... cessetis et ab aliis cessari faciatis, apertis ianuis in presentia populi, a divinis. Quam quidem cessationem per tres dies continuos post cuiuscunque eorundem denuntiatorum, aggravatorum et reaggravatorum recessum observetis et faciatis ab aliis observari taliter, quod stante huiusmodi interdicto, inibi nulla ecclesiastica sacramenta... amministrentur, nisi baptismus et penitentia omnibus indifferenter et eucharistia infirmis tantum, ac matrimonium sine ecclesiastica sollempnitate contrahatur et sub eisdem locis decedentibus ecclesiastica denegetur sepultura. Verum si prenominati aggravati, reaggravati et interdicti infra alios decem dies prefatos triginta dies immediate sequentes processibus nostris huiusmodi non paruerint..., nos tunc attendentes, quod mucrone non proficiente ecclesiastico, temporalis gladius non immerito suffragetur auxilium brachii secularis duximus invocandum, ut quos timor dei a malo non evocat, temporalis saltem coherceat severitas discipline, hinc est, quod vos... dominum imperatorem antedictum, dicti gladii vibratorem in domino exhortamur, necnon illustres principes et magnificos dominos palatinum regni Vngarie et banum Machoviensem, domicellos, vasallos, milites, nobiles et alios temporales supradictos... tenore presentium requirimus..., ac vobis et vestrum cuilibet in virtute sancte obedientie et sub infrascriptarum sententiarum penis... mandamus, quatenus infra sex dies post lapsum dictorum quadraginta dierum... vos omnes et singuli temporales predicti, quorum... super hoc brachii secularis invocatur auxilium, quotiens pro parte... dominorum capituli Strigoniensis... vigore presentium... fueritis requisiti..., in iuris subsidium contra prefatos denuntiatos, aggravatos et reaggravatos et interdictos auctoritate dicte synodi insurgatis et alios insurgere faciatis, necnon personas, corpora, res et bona eorum et cuiuslibet ipsorum capiatis, arrestetis, incarceretis et in custodia teneatis... libere et licite, super quibus vestrum cuilibet licentiam, auctoritatem et potestatem plenariam damus... per presentes, dictosque denuntiatos, aggravatos et reaggravatos et interdictos ita et taliter compellatis potenter et manu forti, absque tamen gravi lesione corporum eorundem, usque ad integram satisfactionem omnium et singulorum premissorum memoratis dominis capitulo ecclesie Strigoniensis fiendam, ac donec et quousque... Ladislaus abbas et conventus monasterii Pechwaradiensis de dictis decimis perceptis ac florenorum sumpmis et expensis satisfaciat..., ac alias processibus nostris huiusmodi paruerit, ac ipse et alii in hac parte rebelles et contradictores supradicti ab... contradictione et rebellione destiterint, ac processibus et mandatis nostris huiusmodi... paruerint, beneficiumque absolutionis a predictis sententiis meruerint obtinere, aut aliud a nobis vel superiori nostro

receperitis in mandatis. Quod si forte vos... domine imperator, executor iustitie, presentis nostri processus et mandatorum ipsius synodi transgressor fueritis, quod tamen vestra serenitas suspicari non sinit, proculdubio eterni et iusti iudicis iudicium offenderetis et premium alias nobis pro executione huiusmodi sancte iustitie preparatum ommitteretis et licet vos huiusmodi sententiis ligari nolumus, vobis ob reverentiam imperialis maiestatis rito deferendum, intuitu tamen iustitie et ob prelibate synodi reverentiam, vestram serenitatem ad prefatam executionem adimplendam in domino exhortamur per presentes, si vero... domini palatinus regni Vngarie et banus Machoviensis... et alii omnes temporales supradicti pro executione dicti brachii secularis, invocatis predictis nostris, immo verius pretacte synodi mandatis non parueritis..., aut aliquid in contrarium feceritis..., nos vos omnes et singulos... canonica monitione premissa, excommunicationis sententia innodamus et insuper prefati subdelegati nostri generaliter omnia et singula nobis in hac parte commissa plenarie exequantur iuxta traditam in dicta synodo nobis formam ita tamen, quod iidem subdelegati nostri in... dominorum capituli ecclesie Strigoniensis... vel procuratoris sui preiudicium nil valeant attemptare, vel contra... sententias per nos latas ...aliquid immutare. In ceteris autem, que... capitulo ecclesie Strigoniensis vel eius... procuratori in premissis nocere possint, prefatis nostris subdelegatis et eorum cuilibet potestatem omnimodam denegamus. Si vero contingat nos super premissis in aliquo procedere, de quo nobis omnimodam potestatem reservamus, non intendimus propterea hanc commissionem nostram in aliquo revocare, nisi de revocatione huiusmodi specialem et expressam in nostris litteris fecerimus mentionem, per processum autem huiusmodi nolumus... in aliquo preiudicare collegis, quominus possint... servato tamen hoc nostro processu in huiusmodi executionis negotio ulterius procedere, prout ipsis... visum fuerit expedire. Hunc autem nostrum processum, omniaque et singula iura et munimenta huiusmodi negotium concernentia volumus penes... dominos capituli ecclesie Strigoniensis seu eius... procuratorem remanere et non per vos vel aliquem vestrum contra eorum voluntatem detineri..., mandamus tamen copiam fieri de premissis eam petentibus et habere debentibus, petentium quidem sumptibus et expensis; absolutionem vero omnium et singulorum, qui prefatas nostras sententias aut earum aliquam incurrerint..., nobis vel superiori nostro reservamus... Datum et actum Basilee apud Augustinenses... presentibus ibidem... Georgio decretorum magistro, Petro de Telsperg in decretis licentiato... nationis Germanie promotore et Georgio Frey, prefate nationis notario, clericis Pataviensis diocesis, testibus ad premissa vocatis...

ORIG.: Membr. cum plica et cordula alba sig. pend. iam deperditi Iohannis episcopi Gurcensis, iudicis et commissarii a gen. conc. Basiliensi deputati, necnon signo et subscriptione Wernherii Corrigiatoris de Wyczenhusen, cler. Moguntinensis dioc., publ. apost. et imp. auct. notarii, eiusdemque episcopi scribae. Arch. Capit. Strig. Publ. Lad. 45., fasc. 3., nr. 6. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - TRANSCR.: Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. deputatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. apost. auct. notarii, eiusdemque archiepiscopi canc., secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - MENT.: a) Michael Iohannis de Siry, cler. Agriensis dioc., publ. imp. auct. notarius 1438. jul. 10. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 4., nr. 1. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.); b) Michael Iohannis de Siry, cler. Agriensis dioc., publ. auct. imp. notarius 1438. jul. 10. > Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. deputatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi canc., secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

1132 1435. sept. 3.

(V. die II. diei festi decoll. Ioh. bapt.) Magnifico... domino Mathius de Paloch regni Hungarie palatino... Capitulum eccl. Budensis... Vestra noverit magnificentia, quod ...nos receptis litteris vestris adiudicatoriis modum et formam possessionarie reambulationis, metarum erectionis, consignationis, revisionis et estimationis in se exprimentibus ..., iuxta earundem continentiam... magistrum Georgium... concanonicum nostrum ad ea, que in... vestris litteris adiudicata narrantur,... exequendum et perficiendum... pro

testimonio... duxissemus destinandum, demum idem... ad nos reversus nobis retulit isto modo: quomodo ipse secundo die festi decollationis b. Iohannis bapt.[1]... ad faciem... terre litigiose, uti per procuratorem religiosarum dominarum sanctimonialium de Veteribuda asseritur, inter metas possessionis Monyoros earundem dominarum habite - existentis,... absente homine regio... ad contenta ipsarum litterarum adiudicatoriarum perficienda specialiter deputato accessisset, ibique venerabilem... dominum Ladislaum de Chethnek, gubernatorem eccl. s. trinitatis de Calidis aquis superioribus, causa in eadem actorem,... reambulationem, demonstrationem... facere debentem tribus diebus... post sese sequentibus (in facie) eiusdem terre litigiose (ex)pectasset, qui... illic non venisset, neque misisset...

ORIG.: Chart. pap. cum. vestigio sig. tergo appressi. In dorso haec not. canc. est scripta: Super facto occupationis terrarum Monyoros. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 747. (Sig. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 1., No. 23.)

[1] 1435. aug. 30.

1133 1435. sept. 30.

Magistratus civitatis Budensis Thomam sutorem et Zachariam mercatorem cives Budenses quandam domum ipsorum in castro Budensi, prope sanctum Georgium, in vicinitatibus domorum Georgii archiepiscopi Strigoniensis, ac Henrici episcopi Quinqueecclesiensis habitam pro quingentis fl. auri Hungaricalibus praefato Georgio archiepiscopo et per eum ecclesiae metropolitanae beati Adalberti pontificis et martiris in castro Strigoniensi fundatae perpetuo possidendam vendidisse testatur.

ORIG.: Membr. cum sig. minore (35 mm) rubro tergo appresso. Sub textu, in dextera parte membr. Commissio dominorum iudicis et iuratorum not. canc., in dorso vero manu coaeva Littera domorum archiepiscopalium Budensium etc(etera) adnot. est scripta. Arch. Primat. Strig. Saec. Lad. Q., nr. 62. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Katona: Hist. crit. XII. p. 722-723. (partim); Fejér: CD. X/7. p. 740-741. - REG.: Pataki: Bud. Rég. XV (1950) p. 284., not. nr. 10.

Nos Petrus dictus Onwein iudex castri novi montis Pestiensis, iurati et universi cives de eodem memorie commendamus, quod viri providi: Thomas sutor et Zacharias mercator nostri concives coram nobis personaliter constituti quandam domum ipsorum in castro predicto prope sanctum Georgium, in vicinitatibus domorum reverendissimi in Christo patris ac domini domini Georgii archiepiscopi Strigoniensis ac reverendi in Christo patris ac domini domini Henrici episcopi Quinqueecclesiensis sitam et habitam cum omnibus utilitatibus et pertinentiis universis ad eandem spectantibus de consensu puerorum et uxorum suarum ac omnium proximorum suorum, ymmo nullo penitus contradictore obviante vendiderunt et tradiderunt prenominato domino Georgio archiepiscopo Strigoniensi et per eum ecclesie metropolitane beati Adalberti pontificis et martiris in castro Strigoniensi fundate et locate successoribusque sue paternitatis, videlicet futuris archiepiscopis iure perpetuo ac pacifice possidendam, tenendam, pariter et habendam pro florenis quingentis auri Hungaricalibus plene et integre perceptis et habitis a sua paternitate. Assumpserunt nichilominus prenominati Thomas sutor et Zacharias mercator memoratum dominum archiepiscopum successoresque sue paternitatis, videlicet archiepiscopos ab omnibus ratione dicte domus universarumque utilitatum eiusdem impetere nitentibus defendere et expedire propriis ipsorum laboribus et expensis secundum usum et consuetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas, promittentes privilegialibus nostris litteris confirmare, dum eedem nobis in specie fuerint reportate. Datum in crastino festi beati Michaelis archangeli, anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo quinto.

Commissio dominorum
iudicis et iuratorum.

1134 Tata, 1435. nov. 24.

(In Tatha, L. oct. Michaelis archang.) Litterae adiudicatoriae et preceptoriae Sigismundi regis pro parte Gotheri et Stos civium civitatis Budensis actorum contra Nicolaum litteratum de Bagd in causam attractum capitulo eccl. Orodiensis directae.

ORIG.: Non extat. - MENT.: Capitulum eccl. Orodiensis 1436. apr. 8. (Vide nr. 1144.)Arch. Nat. Hung. 31. 65. 628. (Arch. famil. Dőry.)

1135 Buda, 1435. nov. 26.

(Bude, LII. termini/oct. Michaelis archang.) Nos comes Stephanus de Bathor iudex curie... Sigismundi... Romanorum imp.,... ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc(etera) regis d. pro mem., quod Johannes de Jakabhaza pro rel. dominabus sanctimonialibus de' Insula leporum... contra Thomam de Lapospatak, officialem de Megyer, ac... Johannem custodem eccl. Jauriensis... quinquaginta uno diebus... stetit in termino coram nobis, qui... super facto contradictionis metarum reambulationis possessionis Pathos ..., in comit. Jauriensi existentis... nostram in presentiam non venerunt neque miserunt, unde ipsos in iudicio commisimus fore convictos...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 277. (Sign. ant.: Fasc. 39. No. 23.)

1136 Buda, 1435. nov. 28.

(Bude, LIV. die oct. Michaelis.) Nos comes Stephanus de Bathor iudex curie... Sigismundi... Hungarie... regis damus pro memoria: Quod exhibitionem... litterarum metalium, quam Stephanus filius condam Stephani filii bani de Alsolyndwa contra Michaelem dictum Nodlar, civem civitatis Budensis, pro quo Michael litteratus de Erchy... comparuit, iuxta continentiam litterarum nostrarum prorogatoriarum super factis in litteris comitis Mathius de Palocz, pridem similiter iudicis curie regie adiudicatoriarum contentis in octavis festi b. Michaelis archang. [1] cum iudicio trium marcarum facere tenebatur coram nobis, in quo etiam termino idem Stephanus iudicium trium marcarum duplatum nobis et parti adverse persolvere tenebatur, de regio litteratorio mandato... ad octavas festi epiphaniarum domini[2]... duximus prorogandam...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig., quo erat clausa. In dorso: Pro Stephano filio condam Stephani filii bani de Alsolyndwa contra Michaelem dictum Nodlar, civem civitatis Budensis ad octavas festi epiphaniarum domini prorogatoria. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 779.

[1] 1435. oct. 6.
[2] 1436. jan. 13.

1137 1436. febr. 25.

(VI. Kal. Mart.) Sigismundus... Hungarie... rex... ad universorum... notitiam harum tenore volumus pervenire, quod... Gregorius filius Georgii dicti Wras in possessione nostra Harazth vocata commorans, sua et Bartholomei fratris sui in personis nostri culminis adiens conspectum exhibuit nobis duas litteras patentes, unam... nostram... super donatione... iuris nostri regii, quod in... predio eorundem... Soroksar appellato, desolato et habitatoribus destituto, in comitatu Pestiensi existenti, in cuius pacifico dominio ipsi Gregorius et Bartholomeus progenitores suos perstitisse, seipsosque existere nobis retulissent, quoquomodo habuissemus; et aliam capituli eccl. Budensis super... eiusdem iuris nostri statutione pro eisdem... ipsorumque heredibus rite factis confectas,... supplicans exinde ipse Gregorius suo et... fratris sui nominibus maiestati nostre..., ut ipsas ambas

litteras ratas... habendo nostris litteris privilegialibus... transscribi faciendo... et innovando perpetue valituras dignaremur confirmare.. Quarum... litterarum, utputa nostre donationalis tenor talis est: (Vide nr. 969. Sigismundus rex Hung. 1430. maj. 27.)... Alterius vero, videlicet statutorie, series verbalis hec est: (Vide nr. 992. Capit. eccl. Budensis 1431. mart. 29.)... Nos igitur... prefati Gregorii supplicationibus nostre... porrectis maiestatis... exauditis..., predictas binas litteras... presentibus... insertas... approbamus..., nichilominusque requirentibus... ipsius Gregorii fidelitatibus et fidelium servitiorum meritis... nobis ... exhibitis..., simulcum donatione et perennali nostra collatione, necnon legitima statutione... in tenoribus ipsarum geminarum litterarum... contentis, mera auctoritate regia et potestatis plenitudine ex certaque nostre maiestatis scientia, prelatorumque... et baronum nostrorum ad id accedente consilio... pro annotatis Gregorio et Bartholomeo ipsorumque heredibus... innovantes confirmamus presentis nostri scripti patrocinio mediante, salvo iure alieno...

ORIG.: Membr. cum plica et filo seric. rubri et albi col. pro sig. maiest. pend. iam deperdito. In superiore margine et sub plica Relatio Stephani de Aran comitis Newgradiensis not. canc. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 59.190. (Arch. famil. Forgách.)

1138 Buda, 1436. febr. 29.

(Bude, f. IV. p. Mathie.) Nos Sigismundus... Hungarie... rex m. c...., quod ... providi Michael dictus Itzel iudex et Iohannes fil. Gerardi ac Iacobus fil. Laurentii iurati cives opidi Teten... suis ac ceterorum... civium, hospitum ac populorum, necnon totius communitatis eiusdem opidi in personis exhibuerunt nobis quasdam litteras nostras patentes... mediantibus... quibus nos olim eisdem civibus, hospitibus et populis... opidi Teten id concessisse dinoscimur, ut ipsi eorumque heredes... in silva, in territorio possessionis tunc nostre, nunc vero... Georgii despoti Rascie et Albanie domini, Torbagh vocate ... existenti ligna succidere et... pro structuris seu edificiis faciendis aut reformandis, necnon pro combustione in domibus eorum... facienda... ad eorum domicilia aut alia loca..., non tamen venditionis causa, adducere perpetuo valerent..., supplicantes..., ut easdem... litteras nostras... ratas... habendo nostrisque litteris privilegialibus... inseri faciendo... confirmare dignaremur. Quarum tenor... est talis: (Vide nr. 569. Sigismundus rex 1411. jul. 4.) Nos igitur... supplicationibus... iudicis et iuratorum civium... opidi Teten... exauditis..., predictas... litteras nostras... presentibus... insertas... innovantes perpetuo valituras confirmamus... mandantes... Georgio despoto... suisque officialibus..., quatenus ... iudicem ceterosque cives, hospites et populos... opidi Teten... in usu et fruitione dicte silve ad... possessionem Torbagh... spectantis lignorumque in eadem succisione et abinde asportatione... ullo unquam tempore impedire... presumant modo aliquali; nam antequam ... possessionem Torbagh... tibi... Georgio despoto in perpetuum contulissemus,... civibus, hospitibus et incolis... oppidi Teten predicta silva... uti et frui annuisse dinoscimur manifeste... Et hoc itidem... iniungimus futuris gubernatoribus et officialibus... possessionis Torbagh... observare...

ORIG.: Membr. cum plica et sig. dupl. de filo sericeo rub., alb. et virid. coloris pend. In superiore marg. et sub plica Commissio propria domini imperatoris not. canc. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 88.104. (Sign. ant.: Arch. famil. Eszterházy.)

1139 Pest, 1436. mart. 4.

Registrum tricesimarum a Iohanne Sybenlinder, castellani castrorum Veteris-budensis et de Solymár reginalium iussu Sigismundi regis Hungariae confectum.

ORIG.: Membr. cum sig. viridis coloris impresso. Arch. civit. Poson. (Bratislav.) Chart. nr. 998. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Fejér: CD. X/8. p. 662-669.; Michnay-Lichner: Ofner Stadtrecht p. 275-276. (partim).; Kováts F.: Nyugatmagyarország áruforgalma a XV. században a pozsonyi harmincadkönyv alapján. Budapest, 1912. p. 211-213. (partim, commissis protocollo et eschatocollo documenti). - REG.: Inventár p. 200.

- COMM.: Acsády I.: Közgazdasági Lexikon. I. 1897. s.v. Harmincad.; Kováts: v. ap. ED. p. 2., 98-102., 138., 210.; Domanovszky S.: A harmincadvám eredete. Budapest, 1916. p. 42-43.; Mollay, K.: Das Ofner Stadtrecht. Budapest, 1959. p. 22., 195-197.; Székely Gy.: Niederlandische und englische Tucharten in Mitteleuropa des 13-17. Jahrhunderts. Annales Universitatis Scientiarum Budapestinensis de Rolando Eötvös nominatae. Sect. Historica. Tom. VIII.(Red. Z. Oroszlán) p. 16., 18., 19., 24., 25., 26., 33. Id.: A németalföldi és az angol posztó fajtáinak elterjedése a XII-XVII. századi Középeurópában. Századok 102. (1968)p. 10., 11., 16., 17., 18., 21., 22., 27.

Nos Iohannes Sybenlynder castellanus castri Veterisbudensis et Schalmar reginalis maiestatis ad universorum tam presentium, quam futurorum notitiam, quorum interest, intererit aut interesse poterit quomodolibet in futurum tenore presentium deducimus memorie commendantes, quod dum et quando, videlicet dominica qua cantatur in dei ecclesia Reminiscere proxime preterita[1], regalis et imperialis maiestas unacum baronibus, prelatis ac proceribus et quampluribus huius regni Hungarie nobilibus ipsis more solito et consueto invice[a] congregatis et consedentibus pro reddenda unicuique coram prememorata imperiali maiestate querulanti iustitia, vir providus et circumspectus Michael Weiss cognominatus mercator civisque et incola civitatis Budensis presentia personaliter imperialem maiestatem accedens per modum querulose propositionis et insinuationis ibidem astando alta et intelligibili voce detegere curavit, quomodo Stephanus Egenburger similiter concivis civitatis antedicte, videlicet Budensis, protunc strenui militis Lienhardi Noffri de Baymocz, tricesimarum ac urburarum comitis in persona tricesimarum vicesgerens, non ut moris et consuetudinis esset, sed iuxta suas novas adinventiones et statuta, omni obmisso iuris ordine, ut prefertur, tricesimam exigeret et extorquere vellet eidem in preiudicium et gravamen multum ingens, super quibus talibus propositionibus, articulis et querelis contra prenarratum Stephanum Egenburger prolatis et per ipsum Michaelem Weiss edictis idem Michael Weiss pretactus sagaciter obviare cupiens, a prememorata imperiali maiestate iudicium et iustitiam sibi peciit impertiri super premissis, nichilominusque habere volens, ut sicut a longevis, videlicet nostri Iohannis Sybenlinder prenotati ceterorumque predecessorum nostrorum temporibus preiamdicte tricesime exactoribus se humiliter subiungens, statu in eodem ac in forma primeva ratam, gratam atque firmam habendo exactionis seu dacii tricesimam utique solvere vellet conferendo et niteretur quibisvis adinventionibus procul motis. Quibus visis, auditis et sane intellectis prememorata imperialis maiestas nobis Iohanni Sybenlinder antefato verboque ac oretenus tradito et iniuncto super revisione et discussione eiusdem cause inter Michaelem Weiss ab una et Stephanum Egenburger protunc tricesime vicesgerentem, necnon alios quomodolibet in futurum constituendos cuiusvis status, conditionis et preheminentie seu dignitatis existant hominibus parte ex altera iniungendo sub edicto commisit, aliter habere nolens, ut sicut nostris aliorumque predecessorum nostrorum temporibus dacio tricesime seu exactio eiusdem dabatur, forma statuque sub eisdem unum registrum super tricesimarum exactione prenotata conscriberemus, ac de verbo ad verbum huic persenti littere inseri deberemus eidem Michaeli Weiss ceterisque suis coetaneis quoad cautelam, medelam iuris et iustitie impartientes, et ut ipsi presenti registro hac in littera comperto, sic itaque per nos de imperiali maiestate, ut predictum est, commisso et iniuncto locorum ubicunque, videlicet in iudicio et extra adhibeatur creditiva fides. Tamen nos Iohannes Sybenlinder, prout supratactis imperialibus mandatis, ut tenemur, obedire volentes, deum et eius iustitiam pre oculis habentes, non vi, dolo, fraude, pretio vel odio aut aliquibus machinationibus inducti, prefatum registrum, prout infrascriptum, ac ab antiquis temporibus per divos reges Hungarie editum et confectum, suo modo, additionibus, diminutionibus quibusvis semotis, scribere curavimus, ut moderni presentes ac futuri tricesimatores hoc registrum presenti littere insertum legentes, videntes et legere audientes a Michaele prenotato suisque coetaneis, videlicet comercatoribus, tricesimarum exactionem recipi et exigi sciant et informentur, prout hec omnia hac in littera conscripte clarius edocebunt visione oculata. Cuius quidem registri, ut pretactum est, hic ordinatim editi, tenor per omnia sequitur in hec verba:

In primis[2] de uno panno de Florencia tricesimatores ipsam tricesimam exigentes recipere debeant florenos duos auri. Item de uno panno de Pernisch bono et valenti, de uno panno levi longo, aut de uno panno de Bruxl similiter longo, vel de uno panno Ypri, seu de uno panno de Brukg ceterisque aliis pannis talibus consimilibus flor(enum) unum cum medio

auri, cum additamento de quolibet panno unius boni grossi. Item de uno levi brevi, aut de uno panno de Tyn, vel de panno Trauttner, sive de uno panno de Cziper brevi, aut de uno panno de Mechlino, vel de uno Chawmer, de uno panno Englisch et de uno panno proprie Lündisch dicto semper de qualibet pecia predictarum exigi et percipi debet florenus unus auri cum additamento unius boni grossi de qualibet peciarum. Item de uno panno Colonicali, de uno panno Achy, de uno panno Mastri, de uno panno Daren, aut de uno Frantichfurter florenum auri medium. Item de quatuor pannis Bohemicalibus florenum unum auri et unum bonum grossum. Item de tribus pannis Werder, aut de panno Mainczi, de panno Achsteter, Matpurger, Ratenburger, Pabenperger, Vlmer, Newhewser, Yglawer, Brünner, Tischliczer et Lütschawer, aut de talibus pannis consimilibus semper de tribus florenum unum auri. Item de uno Rub de serico in vulgari Fletseiden se extendente in pondere librarum quindecim unum florenum auri. Item de una libra Sprengseiden, de una libra Partseiden, aut de una marca, videlicet Guldeinenntl bonos grossos quatuor. Item de filis aureis, videlicet Spullengold, semper tricesimam peciam de eisdem, aut alias pro eadem pecia florenum unum auri, et unum bonum grossum. Item de una pecia Aras Topel bonos quatuor grossos. Item de una pecia de Aras simplici grossos duos bonos. Item de pennis Strutionum eisdemque consimilium semper tricesimam pennam, aut tantum pecunie, quantum se penna in valore extendit iuxta emptionem mercatoris. Item de uno centenario filorum quatuor bonos grossos. Item de una Taffta simplici, sive de una peciarum Czendelpost aut Czendalin, sive de una peciarum Atlas de simplici quatuor bonos grossos. Item de una pecia videlicet Czendal von der Stat aut Toppeltaffta, sive Toppelatlas bonos octo grossos. Item de una pecia Samath, sive de pecia Damaschk aut de aliis sericeis pannis, sive cum auro contextis semper una tricesima ulna dari debet, aut pecuniam pro una ulnarum se extendentem, tamen iuxta emptionem mercatoris sive sit in Almania, aut in aliis quibusvis regni territoriis. Item de una pecia Bokatschin bonos duos grossos. Item de uno centenario Waidgarn florenum unum auri. Item de mitris, sive de caligis cuiuscunque maneriei existant, semper de uno Tusin bonos quatuor grossos. Item de tribus peciis Barchanii, quod tantum facit sicut unum Kramphund, pro eisdem debent exigi boni duo grossi. Item de duabus peciis tele Reynensy bonos tres grossos. Item de tribus peciis tele simplicis bonos duos grossos. Item de pargameno semper tricesimam cutim aut denarios tot, quantum cutis valore est in extenso. Item de tribus grisinis papiri boni et parvi, bonos duos grossos. Item de tribus grisinis papiri magni, bonos quatuor grossos. Item de sex grisinis papiri videlicet Reispapir, bonos duos grossos. Item de una tunella olei in vulgo Taffernicz dicta, aut de una tunella de Salnitro, sive de una tunella ficuum florenos duos auri. Item de una lagena olei videlicet Triesterpant dicta bonos octo grossos. Item de una lagena parva ficuum, de una lagena saponis seu smigmatis, de una lagena aluminis proprie Alawn dicti, de una lagena sulfuris ac de una lagena uvarum passarum bonos quatuor grossos. Item si unus mercatorum aut institorum ducens specierum diversarum genera, ut sunt: crocum, piper, Zinziber, Gariosoli, nuces muscati, flores muscati ac cynamonis et talibus speciebus consimilia, semper tricesimam libram aut pecunia redimet, quantum librarum quelibet in valore et pretio se extendit, aut totaliter in unum computatis, summarie solvat semper de tribus talentis Wiennensibus denariis, sive quod emerit pro florenis quatuor auri, solvere teneatur bonos duos grossos. Item tria talenta Wiennensia vel quatuor floreni auri faciunt unum Kramhund, de quibus solvi debent boni duo grossi. Item de bursis portis seu pretextis et cingulis aliisque talibus consimilibus semper tricesimum Tusin aut Techer solvi debet sine fallo. Item de centum cultellis unum bonum grossum. Item de uno Karig piperis bonos grossos quadraginta. Item de duabus peciis sindonis sicut de Troppau, aut Augspurger duos bonos grossos. Item de tribus peciis de simplici Jolsch bonos duos grossos. Item si quis ducens res mercimoniales, que diverse maneriei et conditionis existant, ut sunt: fernicule, monilia parva vulgo Heckel, claviculi, setistra, pectines lignee aut cornee, specula, clebsidras parvas pretextas, ligamina volgo Nestel, digitalia videlicet Vingerhut et alia ceteris mercibus similia, que per mercatorem pro tribus talentis empta consistunt denariorum Wiennensium, aut alias pro quatuor florenis auri, ex rebus prenominatis debent solvi boni duo grossi. Item de cirotecis corregiatis, videlicet de Zamisch et bombacialibus semper tricesima pars, videlicet tricesimus Tech, vel tantum pecunie valoris eiusdem debet solvi. Item de uno centenario electri vulgo Czin dicti, boni quatuor grossi. Item de una sexagena coloratorum cutium, ut sunt: rubee, virides, flavee, brunatice et nigre, aut cuiuscunque coloris existant, semper tricesima pellis pro tricesima debet et tenetur dari, aut pecunia cutis in valore se extendens. Item prememorati grossi, de quibus supra fit

mentio, ipsorum quatuordecem faciunt unum florenum auri et non plus, neque minus. Quos quidem articulos super exactione tricesimarum, prout supra, ordinatim per conscriptum expressos, de mandatoque et commissione imperialis maiestatis nobis assignatos et commissos, ut in pluribus apparet, conclusi haberentur quoad omnes ipsorum articulorum clausulas et contenta, eidem Michaeli Weiss suisque complicibus, videlicet comercatoribus per hos nostros articulos in hac littera conscriptos et consertos approbamus et in dei nomine ratificamus, ymo relinquimus omnibus tricesimatoribus pronunc constitutis et in futuram constituendis iure perpetuo irrevocabiliterque tenendos, habendos pacifice et quiete ac peramplius in hoc vigore permanendos discussionaria et revisionaria nostra, ymo verius imperialis maiestatis auctoritate nobis in hac parte benigne iniuncta et imposita ac iustitia mediante. In cuius rei ifficax testimonium nostreque discussionis et revisionis memoriam firmitatemque perpetuam, nos, videlicet Iohannes Sybenlinder presentes articulos, de quibus supra fit mentio, pro antedicto Michaele Weiss suisque complicibus seu ceteris comercatoribus ex commissione et voluntate prememorate imperialis maiestatis nomine et verbo editos et confectos sigilli nostri appressione studuimus communiri. Datum in Pest, die prescripto, anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo sexto.

[1] 1436. mart. 4.
[2] Haec duo vocabula litteris maioribus sunt scripta.
[a] recte: invicem

1140 Pest, 1436. mart. 4.

(In civitate nostra Pestiensi, in dom. Reminisc.) Nos Sigismundus... Hungarie... rex m. comm. t. p. signif. quibus exp. univ., quod quia... dominus Georgius archiep. Strigoniensis mille fl. auri puri Hungaricales veri et iusti ponderis... maiestati nostre nomine veri mutui... accomodavit..., ideo nos... possessiones nostras regales Dehtar et Patak vocatas, in comitatu Newgradiensi nunc apud manus Petri Reychel de Machalfalwa in duobus milibus ac quingentis et octoaginta fl. auri Hungaricalibus a nobis titulo pignoris habitas et existentes, quas... dominus archiep. ab eodem Petro Reychel pro huiusmodi duobus milibus et quingentis ac octoaginta fl. auri redimere debebit... prefato domino Georgio archiepiscopo tam pro premissis mille fl. auri per ipsum... nobis... accomodatis, quam etiam pro prescriptis duobus milibus ac quingentis et octoaginta fl. auri, pro quibus idem dominus archiep. ... a manibus... dicti Petri Reychel possessiones prenotatas redimere debet, qui scil. in toto... faciunt tria milia quingentos et octoaginta fl. auri Hungaricales (cum exp. caut.) pignori duximus obligandas... tali modo, quod quandocunque nos vel nostri successores... predictas possessiones Dehtar et Patak a prefato domino archiepiscopo redimere voluerimus seu voluerint, extunc ipse rehabitis dictis suis pecuniis, ipsas possessiones nostras nobis seu... nostris successoribus remittere... debeat et teneatur;... concedentes eidem domino archiepiscopo, ut dum et quandocunque nos vel... nostri successores ad alias possessiones nostras regales ad castrum nostrum Wissegradiense spectantes ac ceteras illis vicinas et propinquas taxam extraordinariam imposuerimus, seu imponi fecerimus, tunc et ipse dominus archiep. ad prescriptas possessiones nostras eorumque incolas taxam extraordinariam, levem tamen et moderatam imponere et eandem ab ipsis exigere valeat atque possit. Annuimus preterea... domino Georgio archiepiscopo, ut ipse de pretactis suis pecuniis, puta tribus milibus et quingentis ac octoaginta fl. auri, pro quibus prefate nostre possessiones Dehtar et Patak per nos sibi pignori existunt obligate, aut de eisdem possessionibus infra tempus redemptionis ipsarum cuicunque seu quibuscunque hominum personis aut ecclesiis in vita pariter et in morte maluerit, liberam... disponendi seu legandi habeat facultatem...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. impresso. In margine superiore et sub sig. Commissio propria domini imperatoris not. canc., in dorso vero manu saec. XVI. Littere Sigismundi regis continentes, qualiter Georgius archiepiscopus pro mille florenis Dehtar et Pathak possessiones in Neogradiensi comitatu sitas nomine pignoris acceperat adnot. est scripta. Arch. Primat. Strig. Saec. Lad. F., nr. 72. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - ED.: Fejér:CD. X/7. p. 751-753.

1141 Pest, 1436. circ. mart. 21.

(In Pesth...Benedicti abbatis.[1]) Sigismundus...Hungarie...rex...egregio Ladislao filio condam Iohannis filii Pethew de Gerse Zaladiensis et Castriferrei comitatuum comiti ac iudicibus nobilium...comitatus Castriferrei...Venientes nostre maiestati in conspectum ...Nicolaus dictus Crewz de Ablancz et Fabianus de Megyes alias castellanus familiaris... Emerici filii condam Iohannis de Kanysa, ac Nicolai, Ladislai et Laurentii filiorum condam Ladislai de eadem Kanysa, puerorum in tenera etate constitutorum tutoresque et gubernatores...bonorum...eorundem in...personis...presente...provido Georgio litterato cive civitatis nostre Budensis, alias comite lucri camere nostre maiestatis, nobis exposuerunt..., quomodo ipse Georgius litteratus in estate proxime preterita a quibusdam opidanis prenotatorum puerorum in opido eorum Sarwar...commorantibus multa stamina panorum...abstulisset...potentia mediante...supplicantes per nostram maiestatem ipsis pueris...de condigno remedio provideri. Quo audito...Georgius litteratus respondit..., quod quia prefati pueri tutoresque et familiares eorundem in certis retroactis annis, quibus...ipse...comes lucri camere nostre extitisset, super quedam opida ac...possessiones...ipsorum puerorum incolasque et inhabitatores opidorum predictorum ac possessionum...hominibus...Georgii litterati per eum ad dicationem...lucri camere nostre deputatis ipsum lucrum camere nostre dicare non permisissent et neque per opidanos populosque et iobagiones ipsorum... lucrum camere nostre...persolvi fecissent, iidemque opidani ac villani, necnon populi et iobagiones iamfatorum puerorum de Kanysa opidis, villis et possessionibus in predictis residentes propter eorum contumatiam et pro non solutione lucri camere nostre...de iure et de regni nostri consuetudine tamquam proventuum nostrorum regalium retentores in quampluribus iudiciorum et birsagiorum gravaminibus fuissent convicti..., ideo ipse Georgius litteratus pro birsagiis...a quibusdam opidanis prenotatorum puerorum certa stamina pannorum, non tamen ad valorem dictorum birsagiorum se extendentia in loco communi reperta non indebite...et neque potentia mediante, sed auctoritate nostre maiestatis sibi per nos eo tempore, quo ipsum in comitem lucri camere nostre prefecissemus...attributa mediante recepisset. Quibus auditis...Nicolaus Crewz et Fabianus castellanus horum in contrarium allegavit: Quod ipse Georgius litteratus non tantummodo tot stamina pannorum, quorum valor...ad numerum prenotatorum birsagiorum se extenderet, sed multo plura ab antefatis opidanis de Sarwar abstulisset. Et quia partibus...diversimode allegantibus...nos ...iudicium...facere nequeuntes, ipsas partes pro...cause finali decisione...vestri in presentiam duximus transmittendos, ideo...fidelitati vestre...mandamus, quatenus... partibus predictis...uno certo termino atque loco, qui ipsis conveniens et congruus videbitur...auditis...ambarum...propositionibus et allegationibus, si...ab antefatis opidanis... tot et tanta stamina pannorum, quorum pretium ad maiorem sumpmam pecuniarum, quam birsagia, que...Georgio litterato pro non solutione...lucri camere de prefatis opidis ac possessionibus...predictorum puerorum provenire debuisset, se extenderet abstulisse reperietis, extunc committatis eidem Georgio litterato verbo nostre maiestatis..., ut residuitatem staminum pannorum predictorum prelibatis familiaribus procuratoribus puerorum predictorum seu antefatis eorum opidanis, a quibus...ipsa stamina pannorum... sunt ablata...reddere...debeat...Casu vero, quo huiusmodi staminum pannorum...ablatorum ad valorem sepefatorum (birsagiorum) se extendere reperta non fuerint, extunc... iidem pueri...Georgio litterato plenariam...faciant...recompensam...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Conventus de Kapornak 1436. jul. 21. vel 28. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 885.

[1] Propter duplicem lacunam terminus proximior datum litterae definiens non habetur.

1142 Firenze, 1436. mart. 22.

(Florentie, IX. Kal. Apr., a. VI.) Eugenius (papa IV.)...Laurentio Michaelis de Buda presbitero Vespr. dioc. ...(remissionem peccatorum plenariam concedit)...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Datariae seu Lateranensia. Liber 346., fol. 273. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - COPIA SIMPL.: Lukcsics: Cop. dipl. pontific. Acad. Sc. Hung. Ms. 10. 656., II. p. 758. - REG.: Lukcsics: Dipl. pontific. II. p. 138., nr. 413.

1143 1436. mart. 30.

Iudex iuratique cives Budenses civitatis Posoniensis magistratum requirunt, ut in negotio testamenti condam Nicolai Gutgesell dicti, concivis sui, Vlrico et Nicolao similiter Gutgesell dictis, civibus Budensibus, avunculo et patruo ipsorum auxilio et consilio subvenire dignetur.

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. rubri minoris (35 mm), quo erat clausa. Arch. Civit. Poson. (Bratislava.) Chart. nr. 3607. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

Sagaces et honeste providitatis viri, amici nostri adamati! Notum facimus eisdem vestris providitatibus, quod venientes in nostri presentiam Vlricus et Nicolaus dicti Gutgesell, nostri concives, exposuerunt nobis, quomodo vir providus Nicolaus similiter Gutgesell dictus, concivis vester iuratus, avunculus et patruus ipsorum, divina permittente clementia vitam suam finivisset temporalem, intellexissentque, quod licet corpore languidus fuerit, mente tamen et ratione compos suam utique fecisset testamentariam dispositionem. Vestras igitur diligenter rogamus providitates, quatenus eisdem Vlrico et Nicolao in ipsorum expositionibus et signanter in huiusmodi ipsorum patrui et avunculi testamenti negotio, auxilio, consilio, ob respectum communis iustitie dignemini et velitis subvenire. Id erga vestras providas honestates in simili et maioribus volumus promereri. Scriptum sexta feria proxima ante dominicam Ramispalmarum, anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo sexto.

Iudex iuratique cives
civitatis Budensis.

In dorso: Provide sagacitatis viris, iudici, iuratisque civibus civitatis Posoniensis, amicis nostris carissimis.

1144 1436. apr. 8.

(V. f. IV. p. Ramispalm.)... domino Sigismundo... Hungarie... regi... Capitulum eccl. Orodiensis... Vestra noverit celsitudo, quod... nos receptis litteris vestre sublimitatis adiudicatoriis... pro parte... providorum Gotheri et Stos civium civitatis vestre Budensis tamquam actorum,... ac Nicolai litterati de Bagd alias provisoris curie episcopalis Varadiensis in causam attracti... nobisque preceptorie loquentibus (Vide nr. 1134. 1435. nov. 24.) ... iuxta quarum continentiam mandatis vestri culminis... obedire cupientes... unacum Stephano de Chalya... magistrum Adrianum... concanonicum nostrum... misimus..., qui nobis retulerunt..., quod ipsi feria quarta... post dom. Ramispalmarum[1]... ad facies... iurium possessionariorum... Nicolai litterati... ipsum solum... concernentium... quas idem ... in possessionibus Berekzow, Rekas, Felsebaagd, Alsobagd et Baak haberet... accessissent convocatisque commetaneis et vicinis earundem universis ac filiis, fratribus et generationis eiusdem hominibus, easdem legitime reambulassent et congrue estimassent priusque de eisdem portiones possessionarias aliorum... sequestrassent. Quibus peractis in Baak unum fundum curie impignoratitium, in quo ad presens mater ipsius Nicolai litterati unacum suis liberis personalem faceret residentiam; in Felsewbagd tres sessiones iobagionibus decoratas; demum in Alsobagd novem sessiones iobagionales similiter iobagionibus decoratas, preterea in Rekas quattuor sessiones seu domos similiter iobagionibus decoratas... et ultimo in Berekzow unam sessionem similiter iobagione decoratam et unam desertam... in comitatu Orodiensi... reperissent... easdemque... cum... pertinentiis,... singulas etiam domos seu sessionem unam iobagionibus decoratam ad tres marcas regni Hungarie, uti cum dictis nobilibus commetaneis et vicinis... Nicolai litterati metiri potuissent, estimassent et... statuissent... memoratis Gotherio et Stos civibus civitatis vestre Budensis pro tantis florenis auri puri,... quantos dicte portiones possessionarie... iuxta estimationes... se extendi possunt per eosdem Gotherium et Stos tenendas... tamdiu, donec... Gotherio et Stos civibus... Budensibus per... Nicolaum litteratum vel alios... fuerit satisfactum effective. Et quia... fundum curie... in... Baak impignoratitium, in quo mater... Nicolai litterati nunc specialem faceret residentiam, pro florenis triginta sex auri puri nobiles... Michael Seres dictus et Blasius

Baky pro pignore erga manus... Nicolai litterati fore asseruissent, quos... florenos... Gotherio et Stos... restituere dixissent, quibus, scilicet Michaeli Seres et Blasio Baky unacum fratribus suis condivisionalibus terminum (redemptionis[2]) in ... litteris vestris adiudicatoriis expressatum, videlicet in octavis ... b. Georgii... coram vestra personali presentia, ... aut... coram... Mathyus de Palocz... palatini comparendi deputassent contradictione... Nicolai litterati et aliorum quorumlibet non obstante...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. tergo impressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 65.628. (Arch. famil. Dőry.)

[1] Apr. 4.
[2] Vocabulum ex alio loco documenti sumptum.

1145 1436. apr. 24.

(Die vicesima quarta Apr.) ... Nos capitulum ecclesie Budensis... notum facimus quibus expedit universis, quod... Georgius de Borswa can. ecclesie Strigoniensis, procurator ... canonicorum et capituli ecclesie Strigoniensis... in notarii publici subscripti, testiumque infrascriptorum... presentia... exhibuit nobis... litteras... domini Martialis... episcopi Ebroicensis, iudicis et commissarii causarum... synodi Basiliensis..., quarum tenor talis est: (Vide nr. 1074.Martialis ep., iudex et commissarius synodi Basiliensis 1434. jun. 3.) Post quarum... litterarum exhibitionem... Georgius procurator... petivit... nos..., quatenus ipsas litteras transsumpmi facere, earumque transsumptum prefatis... canonicis et capitulo sub sigillo nostro et cum subscriptione notarii publici taliter, ut eidem... tamquam originali in iudiciis et extra fides adhibeatur, dare dignaremur. Nos igitur... easdem... (litteras) ... transscribi faciendo earundem transsumptum, ut eidem tamquam originali in iudiciis et extra plena fides adhibeatur, sub sigillo nostro et cum subscriptione notarii publici subscripti prefatis... canonicis et capitulo duximus concedendum. Datum et actum... in sacristia ecclesie nostre seu loco capitulari... presentibus ibidem honorabilibus et discretis viris dominis Blasio plebano et Michaele subcustode ecclesie nostre, altero Michaele sancte Katherine virginis et Iacobo sancte crucis altarium in dicta ecclesia nostra constructarum[a] rectoribus, testibus... ad premissa vocatis...

ORIG.: Membr. cum plica et duabus incisuris pro recipiendo filo sig. pend. iam deperditi factis, necnon signo et subscriptione Georgii Nicolai de Benye, (presb.) Transsiluanensis dioc., publ. imp. auct. notarii. In dorso manu saec. XV-XVI. scripta Copia instrumenti excommunicationis abbatis et suspensionis conventus monasterii Pechwaradiensis adnot. legitur. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 6. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

[a] recte: constructorum

1146 1436. apr. 24.

(Die vicesima quarta apr.) Capitulum ecclesiae Budensis - mutatis mutandis - sub uno sensu et forma verborum ac in nr. 1078. litteras Martialis episcopi Ebroicensis, iudicis causarum synodi Basiliensis 1434. sept. 11. emanatas transscribit.

ORIG.: Membr. cum plica et sig. de filo sericeo coerulei coloris pend., necnon signo et subscriptione Georgii Nicolai de Benye, presbiteri Transiluanensis dioc., publ. imp. auct. notarii. In dorso manu saec. XVI. scripta sequens adnot. legitur: Copia instrumenti sententie in causa Strigoniensium decimarum gravaminis. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2. nr. 8. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

1147 1436. apr. 24.

(Die vicesima quarta apr.) Capitulum ecclesiae Budensis - mutatis mutandis - sub uno sensu et forma verborum ac in nr. 1120. litteras Bernardi archipresbiteri Saccensis, iudicis causarum synodi Basiliensis 1435. jul. 29. emanatas transscribit.

ORIG. : Membr. cum plica et fragm. sigilli de filo sericeo viridis coloris pend., necnon signo et subscriptione Georgii Nicolai de Benye, presb. Transsiluanensis dioc., publ. imp. auct. notarii. In dorso manu saec. XVI. scripta sequens adnot. legitur: Par instrumenti sententie in causa principali Strigoniensium decimarum. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 4. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

1148 1436. apr. 24.

(Die vicesima quarta Apr.) Capitulum ecclesiae Budensis - mutatis mutandis - sub uno sensu et forma verborum ac in nr. 1121. litteras Bernardi archipresbiteri Saccensis, iudices causarum synodi Basiliensis 1435. aug. 13. emanatas transscribit.

ORIG. : Membr. cum plica et fragm. sigilli de filo sericeo coerulei coloris pend., necnon signo et subscriptione Georgii Nicolai de Benye, presb. Transsiluanensis dioc., imp. auct. not. publici. In dorso manu XVI. scripta sequens adnot. legitur: Par instrumenti taxationis expensarum in causa principali legitur. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 2., nr. 14. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

1149 1436. apr. 24.

(Die vicesima quarta Apr.) Capitulum ecclesiae Budensis - mutatis mutandis - sub uno sensu et forma verborum ac in nr. 1131. litteras synodi Basiliensis 1435. aug. 24. emanatas transscribit.

ORIG. : Membr. cum plica et filo sericeo viridis coloris sig. pend. iam deperditi, necnon subscriptione et signo Georgii Nicolai de Benye, presb. Transsiluanensis dioc., imp. auct. publ. notarii. In dorso manu saec. XVI. scripta sequens adnot. legitur: Copia bulle executorialis in causa principali Strigoniensium decimarum. (Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 3., nr. 5.) (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

1150 Wien, 1436. maj. 16.

(Vyenne, in vig. ascens.) Sigismundus... Hungarie... rex... egregio Ladislao filio condam Iohannis filii Pethew de Gerse Zaladiensis et Castriferrei comitatuum comiti... Quamvis... tibi... mandaverimus, ut... causam inter filios condam Ladislai et Iohannis de Kanysa pueros in tenera etate constitutos..., ac Georgium litteratum de Buda alias comitem lucri camere nostre... ratione... lucri camere nostre a quibusdam populis et iobagionibus prefatorum puerorum... Georgio litterato provenire debentis motam... fine debito terminare deberes..., tamen quia... huiusmodi causam propria nostra in persona... volumus adiudicare; nuncque ex eo, quod... ad regnum nostrum Bohemie progredimur..., eandem... ad tricesimum primum diem... nostre... reversionis... duximus prorogandam. Quocirca fidelitati tue... mandamus, quatenus... huiusmodi causam statu in eodem... prorogare debeas... committentes partibus predictis, ut... in termino ... deputato, ubicunque eotunc... fuerimus constituti, coram nobis debeant comparere...

ORIG. : Non extat. - TRANSCR. : Conventus de Kapornak 1436. jul. 28. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 908.

1151 Buda, 1436. jul. 4.

(Bude, f. IV. p. visit. Marie.) Nos Sigismundus... Hungarie... rex... m. comm., quod Mathias Pynthek, officialis religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. Marie virginis de Veteribuda... in personis earundem... exhibuit nobis quasdam litteras nostras patentes... petens nos... ut tenorem ipsarum... aliis nostris litteris similiter patentibus... transsumpmi... faciendo pro eisdem... concedere dignaremur...; quarum... tenor sequitur in hec verba: (Vide nr. 96. Sigismundus rex Hungariae 1390. maj. 6.) Nos vero... petitionem ... nobis... porrectam iustam fore recensentes..., tenorem prefatarum litterarum... presentibus nostris litteris... insertum eisdem dominabus duximus concedendum iuris earum ad cautelam...

ORIG. : Membr. cum fragm. sig. secr. appressi. In superiore margine et sub sig. Relatio comitis Stephani de Aran not. canc., in dorso vero manu saec. XV. scripta Vt easdem dominas nullus iudicum in nulla causa audeat iudicare preter regiam maiestatem adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 7598. (Sign. ant. : Clarissarum Budensium Fasc. 35. 'No. 3.)

1152 1436. a. jul. 21. [1]

(.../sab. a. Marie Magd.) Litterae adiudicatoriae comitis Stephani de Bathor iudicis curiae regiae sequestrationem et statutionem possessionis Régenszenttamás pro parte Michaelis Nodlar decernentes capitulo eccl. Budensis directae.

ORIG. : Non extat. - MENT. : Capitulum eccl. Budensis 1436. aug. 5. (Vide nr. 1154.) Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 939.

[1] Tempus statutionis.

1153 Vác, 1436. jul. 21.

(Wacie, die vicesima prima julii.) Universis et singulis presentes litteras inspecturis mag. Barnabas lector et can. ecclesie Waciensis, necnon a... generali Basiliensi sinodo ... ad infrascripta unacum infrascriptis in hac parte collegis... commissarius specialiter deputatus salutem in domino... Litteras prefate... sinodi... nobis per... dominum Emericum de Simigio, canonicum ecclesie Strigoniensis, procuratorem... capituli (eiusdem ecclesiae) ... coram (Benedicto de Rayk, clerico Wesprimiensis dioc. imp. auctoritate) notario publico et testibus infrascriptis presentatas nos... recepisse noveritis huiusmodi sub tenore: (Vide nr. 1130., Generalis synodus Basiliensis 1435. aug. 24.) Post quarum... presentationem et receptionem nobis et per nos... factis, fuimus per dictum magistrum Emericum procuratorem... requisiti, quatenus ad executionem... prefate sinodi litterarum procedere et... capitulum ecclesie Strigoniensis ad corporalem possessionem decimarum (predii Neweg) ... restituere... dignaremur. Nos igitur... ad faciem dicti predii, consequenterque vinearum tam antiquarum, quam novarum in territorio eiusdem plantatarum personaliter accendendo, presentibus notario et testibus infrascriptis..., prefatum magistrum Emericum procuratorem nomine dicti capituli et ipsum cap. ecclesie Strigoniensis in et ad corporalem possessionem decimarum vinorum ex vineis tam ab antiquo, quam etiam de novo pro tempore in predio Neweg vocato, infra limites parrochie ecclesie parrochialis sancti Andree de Sasad Wesprimiensis dioc., consistentibus plantatis excrescentium restituimus et reintegravimus... Que omnia..., necnon litteras... dicte sinodi vobis... intimamus... et ad vestram... notitiam deducimus... per presentes. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium... presentes litteras nostras sive hoc presens publicum instrumentum exinde fieri et per notarium publicum infrascriptum subscribi et publicari mandavimus, nostrique sigilli iussimus... appensione communiri. Datum Wacie, in domibus habitationis nostre... presentibus ibidem honorabilibus et circumspectis nobilibusque viris dominis Stephano plebano ecclesie parochialis sancte Marie Magdalene de castro Budensi, Clemente de Been, presbitero Strigoniensis dioc., necnon Andrea litterato Georgii de Karmach Wesprimiensis et Paulo similiter litterato de Alag Waciensis dioc. testibus... ad premissa vocatis...

ORIG. : Membr. cum plica et sig. magistri Barnabae lectoris et canonici ecclesiae Vaciensis de filo sericeo viridi pend., necnon signo et subscriptione Benedicti Michaelis de Rayk, cler. Vesprimiensis dioc., imp. auct. not. publici. In dorso manu saec. XVI. scripta Instrumentum executionis facte per Barnabam lectorem et alios intrascriptos adnot. legitur. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 12., nr. 4. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - TRANSCR. : Dionisius card., archiep. Strig., iudex a sede apost. deputatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, cler. Transsilvanensis dioc., publ. auct. apost. notarii, ac eiusdem archiepiscopi canc., secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

1154 1436. aug. 5.

(XVI. die sab. a. Marie Magd.) Capitulum eccl. Budensis ... ad univ. not. volumus pervenire: Quod cum nos receptis litteris... comitis Stephani de Bathor iudicis curie... Sigismundi... Hungarie... regis adiudicatoriis... unacum Valentino de Kopach.... magistrum Petrum de Papa... concanonicum nostrum pro testimonio... duxissemus destinandum..., iidem... nobis... retulerunt, quod (ipsi)... sabbatho... a. festum b. Marie Magdalene[1]... ad faciem possessionis Regenzenthamas vocate Michaelis Nodlar... accedendo, eandem... a parte possessionis Ewrzygeth Stephani filii Stephani de Lyndwa... per metas... per ipsum Michaelem Nodlar... demonstratas hoc modo reambulassent:... primo incepissent iuxta quendam locum fluvii Kyse[...]ner vocati, ubi penes quandam magnam viam ad possessionem Agzenthpeter... tendentem signum metale terreum fecissent; abhinc in eadem [via] versus occidentem in bono spacio pergendo non longe a quadam tumositate terre magne penes eandem viam in loco, ubi terre... possessionum Regenzenthamas, Ewrzygeth et Agzenthpeter ... simul iungerentur, aliud signum metale terreum fecissent; et hiis peractis... eandem possessionem Regenzenthamas... memorato Michaeli Nodlar sub premissa inclusione metali reliquissent... perpetuo possidendam contradictione... Stephani filii Stephani de Lyndwa et aliorum quorumlibet... non obstante...

ORIG. : Membr. in superiore margine litteris ABC intercisa cum duabus incisuris pro filo sig. pend. iam deperditi. Arch. Nat. Hung. Dl. 12.939.

[1] 1436. jul. 21.

1155 Buda, 1436. aug. 6.

(Bude, in f. Sixti.) Sigismundus... Hungarie... rex... Ladislao filio Lorandi de Palatha, Blasio de Wany et Nicolao litterato de Dabus, item Stephano apothecario, Thome arcufici de Barathy, Michaeli apothecario de Pazthor, Petro de Zeelews, Emerico Kezdy, Iohanni aurifabro, Nicolao Maior, Erhardo Kerner et Stephano de Challokwz civibus... civitatis nostre Budensis, necnon Clementi de dicta Pazthor, Dionisio de Kopach et Georgio dicto Byro de Calidisaquis superioribus Budensibus... Refert Celsitudini nostre... circumspectus magister Georgius litteratus civis... civitatis nostre Budensis..., quod quamvis vos alias inter ipsum... ac religiosas dominas sanctimoniales de Insula leporum... super... controversiis inter ipsas partes subortis ad earundem partium requisitionem certam arbitrariam feceritis... compositionem, tamen vos tandem super huiusmodi arbitraria... compositione... ad pluras... ipsius magistri Georgii requisitiones coram... capitulo ecclesie Weterisbudensis illo... modo, uti debuissetis..., fassionem facere hactenus recusassetis ... Quapropter fidelitati vestre... precipimus..., quatenus... ad capitulum eccl. Veterisbudensis personaliter accedendo super premissa arbitraria compositione... sic et eodem modo, prout... eadem per vos facta existit..., coram eodem capitulo... fassionem facere debeatis, ut idem capitulum... litteras suas superinde necessarias... secundum formam... vestre fassionis... emanari faciendo partibus pretactis presertimque... magistro Georgio... concedere debeat communi iustitia suadente...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capitulum Budense 1436. aug. 8. > Sigismundus rex 1437. mart. 13. > Laurentius de Hedrehuara regni Hung. palatinus 1437. jun. 19. Arch. Nat. Hung. Dl. 12.990. - COMMENT.: Székely: Századok 90(1956). p. 574-575., 577. not. 165.; Kubinyi: Tanulm. XV(1964). p. 122., 149., 153-158.

1156 1436. aug. 8.

(1436, f. IV. a. Laurent.) Nos capitulum ecclesie Budensis m. comm., quod... litteras... domini Sigismundi... regis... pro parte Georgii litterati civis civitatis Budensis ac vicethavarnicorum magistri nobilibus viris: Ladislao filio Lorandi de Palata, Blasio de Wany et Nicolao litterato de Dabos, item Stephano apothecario, Thome arcufici de Barathy, Michaeli apothecario de Pazthur, Petro Zewleus, Emerico Kezy, Iohanni aurifabro, Nicolao Mayor, Erhardo Khener et Stephano de Challookez civibus civitatis Budensis..., necnon Clementi de... Pazthur, Dionisio de Kopacz ac Georgio dicto Byro de Calidis aquis superioribus loquentes ad deliberationem prelatorum et baronum, videlicet vicariorum emanatas... recepimus hunc tenorem continentes: (Vide nr. 1155. 1436. aug. 6.) Tandem predicti nobiles et providi viri... feria tertia... p.... festum b. Sixti[1]..., excepto Stephano apothecario, qui propter sue infirmitatis gravitatem venire nequivit, coram nobis personaliter constituti... taliter confessi extiterent, quomodo ipsi feria secunda... post festum b. Iohannis ante portam Latinam[2]... in villa s. Trinitatis de Calidis aquis superioribus simul consedendo in causa inter magistrum Georgium civem civitatis Budensis... ut actorem ac religiosas dominas sanctimoniales claustri b. Marie virg. de Insula leporum... in causam attractas, ad... petitionem... ambarum partium taliter arbitrati fuissent: Quod annotate domine sanctimoniales propter interemptionem et humogiorum[a] trium ac mutilationes et dimembrationes familiarium dicti magistri Georgii, item spolii, dampnorum, actus potentiarios, generaliter universorum malorum generibus et familiares et iobagiones annotatarum... sanctimonialium ex mandato earundem... dicto magistro Georgio et familiaribus suis factarum... in terminis infra declarandis sexingentos florenos puri auri, videlicet ducentos octavo die festi b. Iacobi... iam preteriti[3], ac ... ducentos octavo die festi b. Nicolai[4]..., necnon alios ducentos in die medii quadragesime... nunc venture[5]... solvere... tenerentur tali sub obligamine, ut si eedem domine... arbitrarias dispositiones eorundem nobilium et proborum virorum non acceptarent, extunc quidquid idem magister Georgius iuris tramite contra... easdem dominas, familiares et iobagiones earundem hucusque prosecutus fuisset, omnia obtineret eo facto; ubi autem annotatus magister Georgius terminis in premissis dictas solutiones levare... ac dictam arbitrariam dispositionem acceptare nollet, extunc omnem actionem et acquisitionem suam contra ipsas dominas sanctimoniales, familiares et iobagiones earundem... ammitteret eo facto. Insuper idem magister Georgius possessiones Chordas in Pestiensi et Somodor in Strigoniensi comitatibus adiacentes ad tempus conductionis iuxta vim litterarum conductionalium conservare... posset, iobagiones vero, qui ab eisdem possessionibus absque licentia ... alias se moraturos transtulissent, iuris tramite rehabere et reaquirere possit et valeat..

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Sigismundus rex 1437. mart. 13. > Laurentius de Hedrehuara regni Hung. palatinus 1437. jun. 19. Arch. Nat. Hung. Dl. 12.990. - COMMENT.: Székely: Századok 90(1956) p. 574-575., 577. not. 165.; Kubinyi: Tanulm. XV(1964). p. 122., 149., 153-158.

[a] recte: homagiorum

[1] Aug. 7.
[2] Maj. 7.
[3] Aug. 1.
[4] Dec. 13.
[5] 1437. Mart. 6.

1157 Esztergom, 1436. sept. 12.

(Strigonii, duodec. Sept.) ... in mei (Thome Iohannis) notarii publici... et testium infrascriptorum... presentia personaliter constitutus discretus vir, magister Albertus rector altaris b. Ladislai regis in ecclesia b. Emerici ducis, in cimiterio b. Marie virginis de castro Budensi constructi, ac procurator... religiosarum dominarum abbatisse et conventus sanctimonialium monasterii b. Marie virginis de Insula leporum Budensi... quandam... appellationem... interposuit huiusmodi sub tenore: Coram vobis... dominis Martino preposito eccl. s. Georgii martiris de Viridicampo Strigoniensi, altero Martino archidiacono Nitriensi et canonicis eccl. Strigoniensis iudicibusque commissariis per... dominum Georgium archiepiscopum... eccl. Strig. deputatis procurator et procuratorio nomine religiosarum dominarum abbatisse et conventus... monasterii s. Marie de Insula leporum Budensi... dicit et proponit..., quod vos domini iudices commissarii... in causa coram vobis inter... dominum Henricum episcopum Quinqueecclesiensem et abbatissam ac conventum supradictos super perceptione aut exactione decimarum quarumdam possessionum dictarum monialium, videlicet Chele etc. in dioc. Quinqueeccl. habitarum mota... privilegiis... et libertatibus (earundem dominarum) non attentis... quinta die mensis Septembris... iniquam et iniustam sententiam... pro parte... domini Henrici episcopi contra predictas dominas moniales tulistis ... in expensis etiam easdem condempnando,... ideo ab huiusmodi vestra sententia diffinitiva tamquam nulla... procurator predictus... ad sacrum Basiliense concilium... appellat... Acta sunt hec... presentibus... dominis Martino preposito eccl. s. Georgii martiris de Viridicampo, altero Martino archidiacono Nitriensi prefatis iudicibus, necnon Gregorio de valle s. Georgii, Georgio de Borsua et Iohanne de Bessenew canonicis eccl. Strig. aliisque... testibus ... ad premissa vocatis...

ORIG.: Membr. in forma instrumenti publici per Thomam Iohannis cler. Waciensis dioc. imp. auct. not. publici confecti cum signo et subscriptione eiusdem notarii. Arch. Nat. Hung. Dl. 12. 950. (Sign. ant.: a/ Capit. 23., Fasc. 1., No. 4.; b/ Mon. Poson. Fasc. 68., No. 14.)

1158 Praha, 1436. nov. 3.

(Prage, III. Non. Nov.) Sigismundus... Romanorum imperator..., ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie, Rame, Servie, Gallitie, Lodomerie, Comanie Bulgarieque rex ... ad univ.... not. h. s. volumus pervenire, quod Jacobus in Posonio, Niwl iudei in Buda commorantes..., suis ac ceterorum universorum iudeorum, ubilibet intra ambitum nostri regni Hungarie... commorantium nominibus et personis exhibuerunt... nobis quasdam litteras nostras mediocri sigillo nostro, quod alias apud comitem capellarum nostrarum Budensem... habebatur..., tenorem litterarum Capituli eccl. Albensis, requisitarum et inventarum,... ordinem quarundam aliarum litterarum iam fati Capituli continentiam certarum litterarum privilegialium olim... regis Bele quarti super libertatibus et prerogativis iudeorum prenotatorum confectarum... in se continentes, supplicantes idem Jacobus et Niwl iudei nominibus et in personis quibus supra, ut easdem nostras litteras... ratas... habendo, nostrisque litteris privilegialibus sub pendenti nostro autentico sigillo emanandis... inseri faciendo, pro eisdem nostris iudeis ipsorumque heredibus et posteritatibus universis innovando, perpetuo valituras dignaremur confirmare, quarum tenor est talis: (Vide nr. 1010. Sigismundus rex Hung. 1431. oct. 18.) Nos igitur... annotatorum Jacobi et Nywl iudeorum supplicationibus... per ipsos... nostre ... oblatis maiestati, imperiali regalique benignitate exauditis, ... prescriptas nostras litteras... quoad omnes earum continentias... ratificamus simulcum universis libertatibus et prerogativis atque omnibus et singulis clausulis et articulis, superius in dictarum litterarum nostrarum tenoribus latius explicatis et contentis, cum horum articulorum et clausularum adiectionibus: Primo videlicet, quod quilibet iudeorum iudex pro tempore constitutus, aut eius substitutus, universa iudicia inter ipsos iudeos fieri debentia, ipsumque iudicem iudeorum concernentia, pariter cum iuramentis iudeis, tunc tempore constitutis, discutere et definire debeat. Item, ut illi iudei ubivis intra ambitum dicti regni nostri Hungarie, in quorumcunque magnatum possessionibus commorantes ad censum maiestati nostre de medio iudeorum provenire debentium, contributionem condignam, seu solutionem convenientem, absque omni contradictione facere teneantur. Item, quemadmodum tributarii, prout in uno articulo

superius expressatur, ita et eodem modo tricesimatores a cadaveribus iudeorum, per ipsos iudeos de uno loco ad alium locum deferendis nihil debeant extorquere. Item, si christianus pignus aliquod absque conventione iudeo pro pecuniis tradiderit, vel pecuniam sine conventione a iudeo ad usuram accomodaverit, extunc ipse christianus iamfato iudeo pro usura de singulis centum denariis ebdomatim singulos duos denarios solvere teneatur. Item quilibet iudeus, dum ad aliquod tributum perneverit, de persona sua propria non plus solvere teneatur, nisi tantum, quantum debet solvere unus Christianus in illa civitate, seu possessione inhabitans, ubi iudeus commoratur. Quos articulos et clausulas ad humilis supplicationis instantiam predictorum iudeorum, clausulis et articulis in tenoribus litterarum prenarrati quondam regis Bele contentis de plenitudine nostre regie potestatis et gratia speciali duximus advertendum, pariter et adnectendum, mera auctoritate et potestatis plenitudine, ex certaque scientia nostre maiestatis, pro prefatis universis iudeis, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis innovantes perempniter valituras confirmamus, presentis scripti nostri patrocinio mediante...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: a/ et b/ Albertus rex Hung. 1438. maj. 26. > Ladislaus V. rex Hung. 1453. febr. 4. > Matthias rex Hung. 1458. jun. 19. > Idem 1464. jun. 4. > Wladislaus II. rex Hung. 1493. jul. 26. > Idem 1494. jan. 10. a/ Arch. Secr. civit. Cassoviensis (Kosice.) Coll. Schwarzenbach. nr. 1.; b/ Arch. civit. Posoniensis (Bratislava.) Listiny nr. 2142. - PHOTOCOPIAE: Arch. Nat. Hung. Phototheca nr. 20. et 46. - ED.: Katona: Hist. crit. XII. p. 759-763.; Fejér: CD. X/7. p. 787-791.; Magyar-zsidó oklt. I. p. 169-172.

1159 Praha, 1436. dec.

(Prage, in mense decembris.) Instructiones Iohannis de Palomar auditoris... de hiis, que pro parte... cesaree maiestatis... expedire habet cum... generali concilio Basiliense sibi date Prage anno domini M°CCCC° XXXVI. in mense decembris.

...dominus imperator... pertractans... bona, que ex unione Grecorum cum ecclesia Romana... sperantur,... deliberavit offerre... generali concilio pro celebratione futuri yconomici concilii pro dicta unione celebrandi civitatem Buda, que est una de nominatis in capitulis concordatis inter... generale concilium Basiliense et ambasiatores Grecorum.

Offert dictam civitatem cum plena securitate et libertate, dabit plenum salvum conductum... quibuscunque personis... ad ipsum... concilium veniendi... et... recedendi...

Offert dare pro... imperatore Grecorum, patriarcha Constantinopolitano et aliis prelatis et personis Grecorum usque ad numerum DCC personarum,... habitationes sufficientes et provisionem in equis, vecturis, victualibus, quam cito applicuerint ad ultimum portum et deinde veniendo ad dictam civitatem quamdiu ibi manebunt vel erunt infra regnum Hungarie.

Pro prelatis et aliis personis omnibus offert habitationes gratis, pro utensilibus autem ordinabuntur certe persone a... concilio et dicta civitate paro numero ad taxandum rationabiliter mercedes eorum.

Victualia... erunt in optimo foro, nec erunt solito cariora, sed... dominus imperator... disponet undique afferi et habundantiam omnium victualium ibi esse, quoniam illa patria... pane, vino, carnibus, piscibus et aliis ad victum humanum necessariis plurimum est habundans.

Nec dubium, quod imperator Grecorum libentius veniret ad dictam civitatem Budensem, in qua iam ipse alias fuit, et inde poterit de dispositione terre seu frequentius nova scire et occurrentibus necessitatibus providere.... Supradicta omnia, que... dominus imperator offert servare..., promittit in verbo cesareo, in quorum omnium... testimonium sigillum eius presentibus est... appositum.

Motiva...que faciunt ad inducendum, quod Budam debent eligere:

Primo quoniam sequenti estate... dominus imperator intendit cum potenti exercitu aggredi contra Turcos, unde cum ipso sic agrediente fama concurret, quod... generale concilium debet celebrari, vel iam incipiet in dicta civitate celebrari, non dubium omnes christiani animositatem suscipient et infideles terrorem et hoc solum multum... propiciet, quoniam in partibus illis est magna multitudo christianorum de fide greca, qui subiciuntur dictioni Turcorum, unde hac spe animati audebunt insurgere contra tyrannicam dominationem Turcorum. Hoc non esset, si alibi concilium celebraretur, quoniam talis ad eos rerum notitia non veniret.

Preterea... dominus imperator poterit... intendere expugnationi Turcorum dirigendo exercitum et... concilium visitare atque ibidem, vel in aliis convicinis locis... cum domino imperatore Grecorum habere tractatus et consilia..., poterit etiam circa facta Bohemie curam prebere et non posset dominus imperator... suam exhibere presentiam si alibi celebraretur concilium...

Item... dominus noster papa... ex hiis respectibus et aliis citius inclinabitur venire ad dictam civitatem Budensem, quam ad alium locum extra Italiam, in quo concilium celebraretur.

Ad dictam civitatem Bude est accedendi bona dispositio, nam omnes patres, qui sunt in Basilea, postquam veniunt in Ulmam navigio possent tute et cum paucis expensis Budam venire, inde est facilis via nationi Gallice et Hispanie et toti Almanie. Anglici vero poterunt ad partes Saxonie Stangnales vel Prussiam portum accipere et inde per terram faciliter venire. Poloni confinant Hungarie, item et Italici, unde promptus est accedendi modus...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Reichsregistraturbuch tom. L., fol. 2. et sequ. Hof-und Staatsarchiv, Wien. - ED.: Áldásy: Bud. Rég. VII(1900) p. 111-114. - REG.: Áldásy: Bud. Rég. VII(1900) p. 105-107. - COMM.: Áldásy: Bud. Rég. VII. (1900) p. 101-114.

1160 Venezia-Rialto, 1437. jan. 18.

(Rivoalti, Ianuarii decimo octavo.) Nicolaus de Salgo de genere Katiz, baro Ungarie et miles de confinio s. Simeonis profete, in forma instrumenti publici, per presbiterum Iohannem Rizo, notarium s. Marie Formose, Venetiarum notarium, suum ultimum... testamentum redigi fecit, quod inter alia hanc clausulam continet: Item medietatem unius domus in castro Budensi, positum[a] ex opposito palacii Fric, dimitto domino Ladislao sororio meo de Losonc, quia ad ipsum pertinet altera medietas, quam totam domum nunc teneo, nichil sibi dando. Item omnes alias domos meas, tam in castro Budensi, quam in suburbio penes Danubium et in latere montis et etiam in Veteri Buda existentes, relinquo ecclesie s. Marie Magdalene in castro Budensi, ut pro anima mea et genitorum meorum missa perpetua in honore s. Trinitatis in eadem ecclesia celebretur.

ORIG.: Chart. pap. cum sig. testatoris, subscriptionibus testium et notarii. Arch. Nat. Venet. In fine instrumenti: Obiit die XVIIII. 1437. Ianuarii nota legitur. Notae archiv.: in fol. 1.: Nr. 463. Protocollo. Sedia dell' Archivio 179/III. Protocollo Carta/48.; in dorso: Atti N. Sedia dell' archivio 179/III. Rivolti 1437. 18. Ianuarii. Testamento del Magnifico signore Nicolao de Salgo de genere Katic, Baro Ungarie et Miles in favore del suo Germano Ladislao Secahen etc. Notario Iohannes Rizo. (Coll. Mus. Acad. Scient. Hung. Velence 17. Copia Ioh. Mircse.) - REG.: Óváry: Oklevélmásolatok I. p. 117. - COMM.: Wertner: Ung. Rundsch. 2(1913) p. 380-381.; Kubinyi: Arch. Ért. 89(1962) p. 164.; Kumorovitz: Tanulm. XV(1963) p. 110., 133., not. nr. 14., 16.

[a] recte: posite

1161 Buda, 1437. mart. 13.

(Bude, LX. die oct. Epiph.) Sigismundus... Hungarie... rex... capitulo ecclesie Budensis... Noveritis, quod nobis in oct. f. Epiph. domini unacum prelatis et baronibus regnique nostri, necnon nobilibus pro faciendo moderativo iudicio causantibus in sede nostra iudiciaria sedentibus magister Georgius litteratus, civis civitatis nostre Budensis... quasdam litteras vestras ad nostrum... mandatum rescriptas nobis presentavit habentes hunc tenorem: (Vide nr. 1156. Capitulum Budense 1436. aug. 8.)... Quibus presentatis idem magister Georgius allegavit in hunc modum: Quomodo prescripte religiose domine sanctimoniales (scil. de Insula leporum) moram de prescriptis solutionibus facere curavissent, scilicet se in obligaminibus in... litteris vestris declaratis convinci et aggravari permisissent, unde... ipse ... easdem religiosas dominas... nostram personalem in presentiam... facere vellet evocare ..., pro eo fidelitati vestre... mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem, quo presente Benedictus de Maglod, vel Colomannus frater eiusdem, aut Georgius de eadem, ceu Andreas de Dyod, Iacobus seu Anthonius de Pechel, an Benedictus filius Demetrii de dicta Malogh (!), ceu Nicolaus de Alag, neve Stephanus Chik de Tharcza, aliis absentibus homo noster... memoratas... sanctimoniales ad premissa responsuras contra annotatum Georgium litteratum ad oct. f. b. Georgii[1] ... nostram personalem evocet in presentiam...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Laurentius de Hedrehuara regni Hung. palatinus 1437. jun. 19. Arch. Nat. Hung. Dl. 12.990.

[1] 1437. maj. 1.

1162 (Buda-) Basel, 1437. a. apr. 3.[1]

Instructiones datae per dominum (Sigismundum) imperatorem domino M(artino) Berruerii, decano Turonen(si) (uno e legatis), lectae in generali congregatione die Mercurii III[a] Aprilis MCCCCXXXVII. explicando... quandam diligentiam mandavit fieri... de sciendo numerum et qualitatem domorum habitationumque in civitate sua Budensi pro receptione patrum, quos contigisset ibidem pro futuro ycomenico concilio celebrando congregari...

Sequitur numerus domorum Budae tam in Castro et clausura murorum quam in suburbiis existentium:

Et primo, in prima parte clausurae et castro Budensi sunt domus CC	200
It(em) aestuaria seu stubae in ipsis domibus IIII^{c}LVIII	458
Item canerae in eisdem IX^{c}IIII^{xx}XI	991
Item testudines III^{c}LXXI	471
Item cellaria II^{c}XXXIII	233
Item in eisdem domibus sunt stabula pro equis locandis Mille VIII^{c}XXXIII	1 833
Alia pars domorum, aestuariorum ... in clausura existentium:	
Primo sunt domus CXXII	122
Item aestuaria CCXXI	221
Item camerae IIII^{c}XXV	425
Item testudines II^{c}XXXIX	239
Item cellaria CXXVII	127
[Item stabula pro equis locandis	774][2]
Tertia pars aliarum domorum ibidem existentium in suburbiis:	
Primo sunt domus IIII^{c}VIII	408
Item aestuaria IIII^{c}VI	406
Item camerae IX^{c}XXX	930
Item testudines XII	12
Item cellaria CLXXXIIII	184
Item stabula pro equis Mille VII^{c}IIII^{xx}VI	1 786
Secunda pars domorum in suburbiis existentium:	
Primo domus II^{c}XXXVII	237

Item aestuaria II^{c}LXVII	267
Item camerae IX^{c}XXX	930
Item testudines XX	20
Item cellaria IIII^{xx}III	83
Item stabula pro equis III^{C}XII	312
Summa (!) totalis Budae tam in castro et clausura quam in suburbiis IX^{c}LXVII	967
Somma aestuariorum MIII^{c}LII	1 352
Somma camerarum III^{M}XXVII	3 027
testudinarum (!) sive voltarum VII^{c}XVII	742
Somma cellariarum VI^{c}XXXVII	637
Somma pro equis in stabulis tam in castro et Clausura quam in suburbiis IIII^{M}VII^{c}V	4 705

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Ms. Paris, Sorbon. 1149. Nr. 179. - ED.: Palacky, Franz: Urkundliche Beiträge zur Geschichte des Hussitenkrieges II. Prag, 1873. p. 473-475., nr. 984. - Pataki: Bud. Rég. XV(1950). Suppl. in Ms. Priv. p. 22.: - COMM.: Kubinyi: Budapest története. II. Budapest, 1973 p. 19.

[1] De a. dati lege in ED. op. cit. II. p. 1-2.
[2] Positio haec numerum stabulorum huius partis in se continens deest in ED., attamen ex numeris stabulorum aliarum partium et ex eorum finali connumeratione etiam numerus stabulorum huius partis erui potest.

1163 Buda, 1437. apr. 17.

(VI. die evocat./f. VI. a. Misericordia dom.) ...Sigismundo... Romanorum... ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc(etera) regi... Capitulum ecclesie Budensis... Nos... unacum Anthonio de Zada homine vestro... Michaelem presbiterum rectorem are s. Katherine in eccl. nostra fundate... pro testimonio... duxissemus destinandum, demum iidem... nobis... retulerunt, quod... homo vestre maiestatis... nostro testimonio presente f. sexta... a. dom. Misericordia domini... Ladislaum filium Johannis bani de Maroth in Gyvrus, Johannem filium Nicolai filii Ipoliti in portione sua in Ewchen, ac Martinum de Pipys in eadem Pipis... contra Sandrinum filium condam Johannis filii Cyke de Pomaz ad oct f. b. Georgii[1]... vestre maiestatis personalem evocassent in presentiam...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 80.600. (Arch. famil. Zichy.) - ED.: Zichy oklt. VII. p. 507.

[1] Mai. 1.

1164 Vác, 1437. maj. 1.

(Vacie, in Philippi et Jacobi.) Sigusmundus... Hungarie... rex... Johanni de Rozgon magistro thauarnicorum nostrorum... vel suas in iudicatu vices gerenti... In personis Nicolai Stok prepositi et capituli eccl. Budensis nobis et prelatis ac baronibus nostris exponitur querulose, quomodo magistri nautarum nostrorum de portu seu vado Pestiensi tempore iemali noviter preterito naves eorum aqua Danuby inter civitatem nostram Pestiensem... et Budam fluentem gelu constringente in loco solito transitum non habentes ipsas eorum naves sursum ad portum et vadum de Jerιew rel. dominarum sanctimonialium claustri de Insula leporum, cuius vadi proventuum et obventionum directa tertia pars ipsorum prepositi et capituli e(xisti)t, ad quam videlicet adducendo homines cum eorum rebus, necnon curribus et animalibus multis diebus ipso gelu durante (hinc)inde per eundem vadum transfretari faciendo et navulum seu pretium navigii exigendo et portionem prefatis preposito et capitulo exinde cedere debentem ipsis minime amministrando eandem pro seipsis usurpassent in ipsorum... dampnum... Igitur fidelitati tue... mandamus, quatenus... ipsis partibus tui vocatis in presentiam... memoratis preposito et capitulo

secundum... eorum probationes et documenta ex parte predictorum nautarum super premissis... debite satisfactionis complementum taliter... impendere... debeas, quod eisdem preposito et capitulo de cetero pro defectu iustitie non sit necesse nostram infestare maiestatem...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. secr. impressi. In superiore margine et sub sigillo Ex deliberatione prelatorum et baronum not. canc., in dorso vero manu saec. XVI-XVII. scripta Mandatum ad magistrum Thauernicorum in eo, ut capitulo ex parte nautarum Pesthiensium iudicium et iustitiam faciat super eo, quod ipsi naute eotunc propter gelua officium traductorum eorum apud Jenew exercentes portionem capituli, hoc est tertiam partem nauli sibi ipsis usurpaverant. 1437. adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 106.003. (Sign., ant.: Capsa Budensis II., Fasc. 10. No. 20.) - ED.: Fejér: CD. X/7. p. 862-864. - REG.: M. Tört. Tár XII.(1863). p. 19. Bártfai Szabó: Óbuda p. 103., nr. 128.

1165 Sáros, (14)37. maj. 15.

[...in Zarus, in Sophie ...etc(etera)37.] Pronam ubilibet complacendi voluntatem. Amice nobis plurimum dilecte ! Ut eadem vestra amititia familiarem vestrum pro lucro camere illuc extorquendi transmisistis, noveritis illum ad villam Dubow pervenisse. Quidquid se cum domino Johanne Wynzlawo de Dubo aliquos inter se lites gerentes tali modo, ut ipse familiaris vester in prefato Dubaw ipsum lucrum camere dicari facere nequivit et sine ipso recessit. Nunc autem nos ipsum lucrum camere in prefata domini Johannis possessione extorqueri fecimus, ut illud in prompta pecunia in oppido Appirias[a] vocato residens est per nos sigillata. Quapropter vestram ammonimus amititiam studiose, quatenus ipsam pecuniam per vos recipere, seu recipi facere velitis, ne ipsam ad manus evenire contingeret alienas...

Per nos comes Benedictus de Zarus
vester in omnibus etce(tera).

Extus: Nobili viro Georgio litterato de Buda, fautori nostro carissimo.

ORIG.: Chart. pap. cum fragmento sig., quo erat clausa. In dorso Benedictus de Zarus mittit pecuniam obsigillatam Georgio litterato de Buda adnot. est scripta. Arch. civitatis Bardejov, anni 1319-1526. (Sign. ant.: Fasc. 2., No. 76.) PHOTOCOPIA: Arch. Nat. Hung. DF. 212.968. - REG.: Iványi: Bártfa p. 54., 281.

[a] recte: Eperjes

1166 Praha, 1437. jun. 6.

(Prage, VIII. die Corp. Chr.) Sigismundus... Romanorum imperator ac Hungariae, Bohemiae, Dalmatiae, Croatiae etc(etera) rex... providis iudicibus et iuratis civibus nostrarum civitatum Budensis et Albensis... Multiplicatis iam vicibus per pluras alias litteras nostras... magistris civium, iudicibus et iuratis ceterisque civibus universarum civitatum nostrarum liberarum partium nostrarum Transilvanarum, ex parte scil. quarum census magistris ianitorum nostrorum solent provenire, districte in eo mandasse recolimus, ut ipsi huiusmodi census seu reditus ianitorum nostrae maiestatis pro eis hactenus et signanter ab octo annis post sese iam consequenter transactis retentos modernis magistris ianitorum nostrorum plenarie extradare et persolvere deberent. Nunc autem, uti referentibus nobis... Emerico vaivoda de Marczaly magistro ianitorum nostrorum ac... Ladislao Thewrewk vices eiusdem gerenti percepimus..., licet prescripti magistri civium, iudices ac iurati ac ceteri cives dictarum civitatum partium nostrarum Transilvanarum serie prefatarum aliarum nostrarum litterarum ad solvendum huiusmodi census seu reditus per hominem dicti Ladislai Thewrewk saepe saepius requisiti fuerint, tamen ipsi... magistris ianitorum nostrorum hucusque nullatenus persolvere curassent...: Unde nos huiusmodi transgressores... nostrorum praeceptorum impunitos relinquere, dictosque magistros ianitorum nostrorum damnum in hac parte pati nolentes..., fidelitati vestre... mandamus, quatenus... in nundinis seu

foro annuali primitus post harum emanationem vestri in medio celebratis universas et quaslibet res et bona dictorum civium partium nostrarum Transilvanarum, signanterque civitatis Cybiniensis et Brasschouiensis, quae scil. inter alias civitates ipsarum partium nostrarum Transsiluanarum capitales fore dignoscuntur, in huiusmodi nundinis reperiendas arestare tamdiuque in ipso aresto conservare debeatis, donec predictis censibus magistris ianitorum nostrorum hactenus et praeteritis in dictis octo annis non solutis, sed et super omnibus expensis in horum persecutione factis, dictis magistro et vicemagistro ianitorum nostrorum seu hominibus ipsorum... harum... ostensoribus satisfactum fuerit quoad plenum ..., alioquin sciatis a certo, ut omne damnum, quod prefatos magistros curiae nostros in hac parte per vestram negligentiam... pati contigerit, eisdem de rebus et bonis vestris procul dubio refundemus...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capitulum eccl. Albensis Transsil. 1437, > Urbanus Petri not. publ. 1437. Arch. Bibl. Honterianae Brassoviae. - ED.: Gündisch: Urkundenbuch IV. p. 632-633.

1167 Buda, 1437. jun. 19.

(Bude, L. termini/oct. b. Georgii.) Nos Laurentius de Hedrehwar regni Hung. palatinus et iudex Comanorum d. pro m., quod magister Stephanus decanus pro Benedicto preposito capituli eccl. Albensis... in oct. f. b. Georgii mart.[1] in figura nostri iudicii comparendo contra rel. dominas sanctimoniales de Insula leporum proposuit..., quomodo... iobagiones ipsarum dominarum (in litteris nominati)... in posessione Chele commorantes quandam piscinam dictorum prepositi et capituli... Deuecher vocatam toto tempore iemali proxime preterito de... mandato earundem... et permissione Benedicti Erdely... officialis ipsarum... in dicta Chele constituti piscari fuissent cunctosque pisces de eadem piscina exportari fecissent..., iobagiones etiam dictorum... prepositi et capituli in possessione Felzekche commorantes pluribus vicibus piscina de eadem affugassent..., et sic facta fore exhibitionibus duarum litterarum inquisitionalium... conprobantes ex parte prelibatarum dominarum... per nos in premissis iuris equitatem petierunt elargiri. Quo audito Johannes litteratus (procurator) prefatarum... sanctimonialium respondit ex adverso, quod eedem domine... in... actione... dictorum actorum innocentes essent...; ex parte autem predictorum iobagionum, qui apud ipsas haberentur... procurator ... actorum... ad... attestationem vicinorum et commetaneorum... nobiliumque conprovicialium comitatus de Barania per viam communis inquisitionis faciendam submittebat..., procurator autem dominarum ad ipsum veridicam attestationem non committebat, sed per nos aliud iudicium fieri postulabat; pro eo iudicium commisimus eo modo: ut religiose domine, abbatissa claustri b. Margarethe virg. et mart. in dicta Insula leporum constitute quinquagesimo se nobilibus sedecimo die f. b. Michaelis archang. nunc venturi[2], sola vidl. sua in persona in dicta ecclesia b. Margerethe virg....coram testimonio Capituli eccl. Veterisbudensis, alii vero coniurantes, vidl. quatraginta et novem persone nobilium ipso die dicte iuramentalis depositionis... abbatisse coram eodem capitulo eccl. Veterisbudensis super eo, quod ipsa et alie domine sanctimoniales in tota premissa actione... domini prepositi et capituli Albensis actorum innocentes sint... ac immunes sacramentum prestare debent; tandem octavo die dicte iuramentalis depositionis iudex, aut officialis vel villicus earundem dominarum in dicta possessione Chele constitutus ex parte ... iobagionum, qui erga ipsas haberentur, coram iudice nobilium comitatus de Baranya prefatis actoribus illac presentibus super premissis iuxte regni consuetudinem iustitie exhibeat (complementum)....

ORIG.: Chart. pap cum fragm. sig., quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 13.061. (Sign. ant. Mon. Poson. Fasc. 61. No. 37.)

[1] Mai 1.
[2] Oct. 14.

(In Eörs, dom. a. visit. virg.) Nos comes Stephanus de Bathor iudex curie... Sigismundi... Hungarie... regis m. comm. t. pr. signif. quibus exp. univ., quod cum inter... Georgium archiepiscopum (Strigoniensem)... ac egregium Ladislaum filium condam Iohannis bani de Maroth... super facto reambulationis metarumque erectionis quarundam possessionum Eörs... Georgii archiepiscopi, necnon Sambok et Anyas vocatarum... Ladislai de Maroth quedam discussio litis exorta... extitisset, tandem... nobis ad facies dictarum possessionum ... una cum eisdem accedentibus iidem... archiep. et Ladislaus de Maroth... antefatas... possessiones... hoc modo distinxerunt coram nobis: Ut primo inceperunt a parte septemtrionali dicte ville Eőrs in latere orientali cuiusdam montis Leshegy nuncupati iuxta terras nobilium de Zamor, ubi duas metas terreas de novo erexerunt, inde in eodem latere ipsius montis ad meridiem modicum eundo alias duas metas terreas novas elevarunt. Abinde ad eandem plagam pergendo iuxta quandam viam, per quam irent de dicta Eőrs ad Strigonium, similiter duas metas terreas erexerunt, ubi pertransita ipsa via dictaque plaga situata adhuc in latere dicti montis gradiendo penes quandam silvam modo simili duas metas terreas de novo posuerunt et ulterius ad eandem plagam per eandem silvam in parvo spatio eundo penes quandam viam herbosam in loco Kenderesvölgyfeö vocato duas metas terreas novas erexerunt. Abhinc in eadem silva dicta plaga situata descendendo in eadem silva versus vallem similiter Kenderesvölgye vocatam modo simili duas metas terreas aggregarunt. Abinde quasi declivo modo descendendo et inter meridionalem et occidentalem plagas gradiendo in dicta valle Kenderesvölgye nominata duas metas terreas erexerunt. Ex hinc in eadem plaga ascendendo quendam montem Thomakozolapissa nominatum, in latere eiusdem montis duas metas terreas novas cumularunt. Unde ulterius ad eundem montem situata dicta plaga ascendendo in latere eiusdem montis iuxta quandam planitiem parvam duas metas terreas novas elevarunt. Abinde adhuc dictum montem in eadem plaga ascendere non cessando pervenissent ad cacumen eiusdem montis, ubi duas metas angulares prefatam possessionem Eőrs a preattactis possessionibus Sambok et Anyas separantes de novo erexerunt et usque istas duas metas angulares, singuli[a] praespecificatarum metarum iam erectarum, scilicet occidentales praefatae possessioni Eörs annotati domini archiepiscopi, orientales vero separant praeattactae possessioni Anyas iam fati Ladislai filii bani. Abinde declinando directe ad partem occidentis descendendoque ab eodem monte in latere eiusdem duas metas novas aggregarunt. Inde ulterius descendendo ad eandem plagam in latere eiusdem montis alias duas metas terreas novas erexerunt. Dehinc adhuc ulterius descendendo et omissa dicta plaga occidentali eundo inter meridionalem et occidentalem plagas, pertransitaque quadam via, per quam itur de dicta villa Eörs ad praefatam possessionem Sambok alias duas metas novas posuerunt. Inde in eadem plaga modicum eundo alias duas metas novas elevarunt, a quibus eadem plaga situata modicum eundo consimiliter duas metas terreas novas fecerunt et dehinc ad eandem plagam in parvo spatio eundo duas metas terreas novas erexerunt. Unde eadem plaga situata, gradiendo in loco Ahekenevthorokfeö vocato duas metas terreas novas accumularunt. Abinde declinando versus meridiem in latere cuiusdam montis supra quandam vallem duas metas terreas novas erexerunt. Abinde ad eandem plagam quasi modicum descendendo in latere dicti montis duas metas terreas de novo aggregarunt. Abhinc modicum reflectendo et quasi inter meridionalem et occidentalem plagas saepedictas descendendo quandam vallem, ipsaque valle pertransita et ascendendo quendam alium montem in latere eiusdem duas metas terreas de novo erexerunt. Inde eadem plaga situata proficiscendo in latere eiusdem montis orientali duas metas terreas novas agregarunt. Unde declinando versus meridiem, pertransitoque dicto monte, in latere eiusdem occidentali, in fine quarundam vinearum superiori duas metas terreas de novo erexerunt. Abinde reflectendo modicum et eundo inter meridiem et occidentem, quasi ad iactum unius lapidis in fine quarundam aliarum vinearum duas metas terreas novas posuerunt. Deinde... biterum ad meridiem... (et) eundo per fossatum ipsarum vinearum, in fine earundem vineárum superiori duas metas terreas de novo erexerunt. Unde declinatorie penes easdem vineas eundo, inter meridiem et occidentem in latere dicti montis iterum duas metas terreas novas elevarunt. Inde reflectendo modicum vice versa ad meridiem et eundo in finibus dictarum vinearum duas metas terreas novas erexerunt, a quibus eadem plaga situata gradiendo inter terras arabiles duas metas terreas agregarunt. Abhinc dicta plaga non omissa, transitaque parva valle et ulterius ascendendo quoddam Berch, in eodem Berch duas metas novas terreas erexerunt, a quibus ad eandem plagam in bono spatio in campo pergendo, quatuor metas

antiquas et angulares renovarunt, quarum una distinguit dictae possessioni Eörs et alia terrae Guthfölde nominatae iam fati domini archiepiscopi, tertia vero dictae possessioni Sambok et quarta praedio Gyalafölde vocato praefati Ladislai filii bani. Metaeque sic praescriptae a praescriptis duabus metis angularibus usque praescriptas quatuor metas similiter angulares et finales occidentales scilicet ubique separant dictae possessioni Eörs, orientales vero distinguunt iam fatae possessioni Sambok. Et his habitis, ipsis partibus petentibus eisdem praescriptas metas iam fatas possessiones a se separantes, pro perpetuali usuatione earundem, ut nostro incumbit officio, duximus roborandas...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Christianus Augustus card., archiep. Strigoniensis, primas Hungariae eiusdemque regni summus et secretarius cancellarius 1615. maj. 22. Arch. Nat. Hung. Dl. 12.996. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 859. No. 3.) - ED.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 154-156. (Contextus.), nr. 621.

[1] In dato vocabulum vigesimo (recte) in tricesimo est correctum.

[a] recte: singulae
[b] Hoc loco unum vocabulum non est legibile.

1169 (Esztergom), [14]37. jul. 8.

Johannes de Bazna, Strigoniensis archiepiscopi cancellarius, magistratum civitatis Posoniensis de facto cusionis et dispositionis novae monetae informat.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. annul. virid. col., quo erat clausa. Sub textu Omnia perpetrata adnot. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 44.156. (Arch. Mus. Nat.) - ED.: Harsányi Pál: Numizmatikai Közl. 13(1914) p. 50-51. (Sub dat. 1434. jul. 5.) - VERSIO (Hung.): Id., ibid. p. 51-53. - COMM.: Id., ibid p. 53.; Horváth Tibor Antal-Huszár Lajos: Kamaragrófok a középkorban. Numizmatikai Közl. LIV-LV(1955-56) p. 28.; Huszár Lajos: A budai pénzverés története a középkorban. Budapest, 1958. p. 122. (Sub dato: 1434. jul. 5.)

Prudentes viri, domini et amici mei honorandi ! De facto cusionis et dispositionis nove monete cupio vos non latere, quod totaliter non est adhuc et plenarie conclusum. Bene est ordinatum, quod ad unam marcam solum tria pondera cupri addantur, sed heri non poterant terminare, quot floreni centenarii cudi debeant de una marca. Nam ut concorditer volunt, quod de una marca cudantur sexingenti et et XXXij denarii et de illis dicunt illi, qui intelligunt, quod comes camare de qualibet marca pro sculpturis ferramantorum, carbonibus et monetariis, ac pro quibus expensas non habet, maius lucrum quam XXXIIj d(enarii) et sic non poterant in presentia domini mei concordare ad plenum, quot d(enarii) debeant cudi de una marca et pro quot centenariis debeat a montanistis emi una marca. Verum tamen est, quod in Buda, Cassovia et Rivulodominarum ad scitum meum disposuerunt camerarios, videlicet Michaelem Nadler et Johannem Noffry in Buda, in Cassovia autem et Rivulodominarum debet esse Urbanus Polner. Ego vero, ut promiseram vobis, sollicitavi diligenter factum vestrum de cusione monete et non potui habere responsum. Sed bene dominus meus archiepiscopus respondit, quod si dominus rex vobis commisit, quod faciatis sicut rex vult, nec ipse de huiusmodi cusione monete velit vos quoquomodo prohibere. Etiam dicit, quod solus non possit vobis superhabundantem dare facultatem cudendi. Item dominus meus ista nocte recessit ad disponend(am) gentem suam contra hussitas, et commissum est dominis palatino et magistro tawarnicorum, ut cum prenotatis viris hic lucius et plenarie concludant de observantia remutationis argenti et cusionis monete. Alia nova vobis scribere nequeo, nisi quod in partibus Transsilvan(ie) saxones et siculi cum comite siculorum ij[M] valachorum et et iiij[c] Turcorum in prelio devicerant, paucis wlahis effugientibus, qui intraverant Septem Castra et indicibilia fere dampna et crematione usque ad Cibinium commiserant, tandem vero divina auxiliante gratia cum capitibus ipsorum solverant etc(etera)[1]. Scripsi velocissime feria secunda ante octavas visitationis Marie anno domini XXX[o].

Johannes de Bazna, domini
archiepiscopi Strigoniensis cancellarius.

[1] De dictis motibus Turcorum et Valachorum lege litteras: a/ Emerici de Tamási comitis Siculorum civibus Brassoviensibus (jun. 8. 1437.) et b/ Stephani de Rozgon comitis Temesiensis (aug. 6. 1437.) scriptas. (Gündisch: Urkundenbuch IV. p. 634.; 635-636.)

1170 1437. jul. 13.

(In Margarethe.) Nos Capitulum ecclesie Budensis m. comm., quod Johannes litteratus, officialis et procurator religiosarum dominarum sanctimonialium b. Marie virg. de Insula leporum...nobis significare curavit, quod licet...Georgius archiepiscopus ecclesie Strigoniensis et Clemens episcopus eccl. Jauriensis... iuxta continentiam litterarum condam... Mathius de Paloch regni Hung. palatini...obligatoriarum inter rel. dominas ac ...Henricum episcopum eccl. Quinqueecclesiensis...unacum aliis probis...viris per ipsos eligend[is] arbitrariam deliberationem...facere debentibus ... (qui) in oct. f. b. Georgii mart....nunc preteritis[1] in civitate [Bu]densi constituti fuissent, (sed)...dominus archiepiscopus et episcopus Jauriensis, nescitur quo spiritu ducti,...ipsas arbitrativam et iudiciariam deliberationem...distulissent...rationibus et causis non assignatis...

ORIG.: Chart. pap valde lacera, cum fragm. sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 13.070. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 64., No. 33.)

[1] Maj. 1.

1171 Praha, 1437.jul.25.

(Prage, in Jacobi.) Barbara...Romanorum ac Hungarie Bohemieque etc(etera) regina...iudici et iuratis civibus civitatis nostre Crempnicziensis...Fidelitatem vestram ...requirimus..., quatenus...censum nostrum annuum... ad festum Assumptionis b. Marie virg.[1] ...circumspecto Johanni de Septemtilys, castrorum nostrorum Salmar et Veterisbudensis castellano, nostre serenitatis nomine...expedire debeatis...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. minoris sub textu appressi. Arch. civit. de Körmöcbánya (Kremnica), Fons 20., fasc. 1., nr. 34. - PHOTOCOPIA: Arch.Nat.Hung. Phototheca DF. 249. 916.

[1] Aug. 15.

1172 1437. sept. 8.

(Bude, in nat. Marie.) Sigismundus...Hungarie...rex...universis prelatis, baronibus, comitibus, castellanis, nobilibus et officialibus, item civitatibus, opidis et liberis villis ipsarumque rectoribus, iudicibus et villicis... vestre fidelitati...mandamus, quatenus iobagiones et familiares impossessionatos religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. Marie de Insula leporum in quibuslibet eorum possessionibus...residentes ...in nullis...exceptis (furti, latrocinii, homicidii et incendii et certis publicis causis criminalibus[1]) iudicare vel vestro astare iudicatui compellere aut res et bona eorundem in vestris tenutis, possessionibus, honoribus et vestri in medio prohibere et arestari facere signanter pro debitis, delictis et excessibus aliorum presumatis...Si qui...quidquam actionis...contra dictos iobagiones et familiares...haberent vel habuerint, hii id in presentiis earundem dominarum sanctimonialium vel officialium ipsarum...prosequantur; qui si in reddenda iustitia cuipiam tepidi extiterint vel remissi, extunc non dicti iobagiones et familiares...contra quos agitur, sed eedem domine...vel earum officiales

super abnegata iustitia in nostram aut alterius iudicis eorundem ordinarii presentiam... evocentur, ex parte quorum nos aut... iudex ordinarius omnis iuris et iustitie ac debite satisfactionis complementum faciemus et exhibebit omni contra eos querulanti, prout dictaverit ordo iuris...

ORIG.: A) Membr. cum fragm. sig. secr. subimpressi. In margine superiore et sub sigillo not. canc.: De generali commissione domini imperatori legitur. In dorso manu coaeva (vel fere coaeva) haec adnotationes sunt scriptae: 1. Ut iobagiones dominarum non debent iudicare. 2. Jobagytok ne itelthessenek. Arch. Nat. Hung. Dl. 13.083./1. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 56., No. 58.) B) Omnia sicut in A. solum adnot. Hung. est uberior priore et sic sonat: Jobagytok ne itelthessenek sem tilthathassanak. 1437. Arch. Nat. Hung. Dl. 13.083/2. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 49., No. 20.)

[1] Ex parte prima diplomatis.

1173 Praha, 1437. sept. 30.

(Pragae, II. Michaelis.) Sigismundus... Hungariae... rex... tributariis nostris ipsorumque vicetributariis in tributis nostris... Mor, Onond, Igar, Pazman, Bun, Bana, Ovar, Rayk, Posony, Bythke, Banhyda, Kenye, Komarom, Zun, Nezmel et sub castro Vizegrad civitatibus et villis erigi solitis... constitutis... Quia nos ex continentiis... litterarum... domini Georgii archiepiscopi Strigoniensis... et... comitis Stephani de Bathor iudicis curiae nostrae... ad... litterarium nostrum mandatum ipsis pro parte... iudicis et iuratorum ac caeterorum civium, necnon totius communitatis civitatis nostrae Budensis per nos directum... vobis per eosdem... rescriptarum et per formam iudicis curiae commissionis emanatarum, per memoratosque iudicem et iuratos ac caeteros cives nostro in conspectu in specie productarum clare comperimus... ipsos iudicem et iuratos ac caeteros cives, necnon mercatores hospitesque et incolas dictae civitatis nostrae Budensis antiquis eorum praerogativis, libertatibus et exemptionibus eisdem per... reges Hungariae... concessis..., in locis praefatorum tributorum nostrorum cum eorum rebus mercimonialibus et venalibus transeuntes, in eundo et redeundo ab omni tributaria exactione fore... exemptos ... Igitur nos memoratos iudicem et iuratos caeterosque cives, necnon mercatores, hospites ac incolas ipsius civitatis nostrae Budensis in huiusmodi eorum libertatibus ac exemptionibus et praerogativis indemnes volentes conservare, vestrae et vestrum cuilibet fidelitati ... mandamus, quatenus a modo in posterum... a prefatis iudice et iuratis ac caeteris civibus, necnon hospitibus, mercatoribus et incolis annotatae civitatis nostrae Budensis ipsorumque mercantiis ac rebus et bonis quibusvis, dum et quandocumque ac quotiescunque iidem cum huiusmodi mercantiis ac rebus et bonis suis ad loca praescriptorum nostrorum tributorum accesserint, tam in eundo, quam et redeundo nullum tributum... exigi facere praesumatis, sed sinatis ipsos et quemlibet ipsorum absque omni tributaria exactione ad loca, quae iidem maluerint, accedere et proficisci et secus, sub poena rotationis personarum vestrarum, seu tormentationis in rota, quae in locis tributorum exigi solet, facere non praesumatis... Et hoc idem iniungimus futuris tributariis et vicetributariis nostris in locis praenotatorum tributorum nostrorum pro tempore constitutis seu constituendis... sub poena praenotata observare. Volumus tamen et praesentium litterarum nostrarum vigore decernimus..., ut praelibati iudex, iurati ac caeteri cives, necnon mercatores hospitesque et incolae ipsius civitatis nostrae Budensis cuiuscunque status et conditionis existant, cum eorum mercantiis et quibuscunque negotiationibus res, bona et merces quorumcunque aliorum hominum forensium regnicolarum nostrorum vel quarumvis terrarum extranearum sub nomine rerum et mercantiarum suarum propriarum deferre, occultare, seu celare, aut quovis quaesito colore eorum proprias res et mercantias dicere et nominare non praesumant sub poena ablationis et ammissionis omnium talium rerum et mercantiarum suarum propriarum praedictarum. Adicientes nihilominus..., quod quicunque ex praetactis ipsius civitatis nostrae Budensis huiusmodi fraudulentiae et iniquae perpetrationis rei et culpabiles inventi... extiterint, praescriptae exemptionis privilegio in aevum penitus privati... sint... ipso facto.

ORIG.: et TRANSCR.: Non habentur. - ED.: Podhraczky: Cuspinianus beszéde p. 57-90.: Palugyay I.: Buda-Pest p. 34-35.

1174 Pest, 1437. oct. 18.

Magistratus civitatis Pestiensis iudicem et iuratos cives civitatis Posoniensis requirit, ut ex parte cuiusdam concivis ipsorum Gregorio filio Blasii, hospiti de Gubacz et civi Pestiensi satisfactionem condignam impendi facere velint.

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. maioris (30 mm) rubri, quo erat clausa. Arch. Civit. Poson. (Bratislava.) Chart. nr. 3654. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - REG.: Inventár, nr. 1535.

Amicitiam paratam honorisque continuum incrementum ! Circumspecti viri, amici nostri sincere honorandi ! Ex continentiis vestrarum litterarum sigillo vestro consignatarum per circumspectum virum Gregorium filium condam Blasii dicti Fferencze, pro tunc cohospitem de Gwbacz, nunc nostrum concivem, nobis exhibitarum intelleximus, quomodo quidam vester concivis Iohannes Quepoldy sic nuncupatus, domum ipsius vestri in medio existentem pro triginta sex staminibus panni Colonicalis aut Ahy pignori obligasset[a] conditione sub tali, quod predictus Iohannes Chuepoldy infra sex annos integros post sese sequentes semper in omni anno sex sthamina panni Colonicalis seu Ahy prefato Gregorio filio Blasii Ferencze solvere teneretur sic continuando usque satisfactionem, quorum solutionum termini quamplures solutione sine omni, ut idem nobis asseritur, iam transacti essent et devoluti. Igitur vestras diligenter requirimus amicitias per presentes, quatenus nostre amicitie ob intuitu[b] communique iustitia requirente, ex parte vestri, concivi prenarrato, nostro consocio prelibato, rebus de premissis contenta litterarum secundum vestrarum satisfactionem condignam impendere et impendi facere velitis, scientes, quod si feceritis, vobis in simili vel maiori complacere studebimus, alioquin premisso de facto alio de remedio, ut iuris ordo dictaverit, curabimus opportuno. Scriptum in Pest, feria sexta, in festo scilicet beati Luce evangeliste, anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo septimo.

Iudex, iurati senes civitatis
Pest, vestri in omnibus.

In dorso: Circumspectis viris iudici iuratisque senibus civitatis Posoniensis, amicis nostris sincere honorandis.

[a] vocabula eo modo, quod sunt deleta
[b] recte: intuitum

1175 Pozsony, 1437. nov. 5.

(Posonii, f. III. p. omn. sanct.)...Nobilis vir[1] et fautor noster dilecte ! Notificamus vobis, quomodo...dominus Iohannes de Rozgon mag. tavarn. imperialis maiestatis nobis mandavit per litteras suas, ut ad civitatem Budensem in die s. Martini episcopi[2] veniremus...; quas quidem litteras...vobis mittimus...petentes, ut...domini Iohannis predicti accedatis presentiam...inquirendo..., qua de causa istac nobis sit veniendum, aut quod sit negotium, propter quod in...civitatem Budensem alie civitates et oppida conveniunt, nobisque...quantocius rescribite..., an possetis nos desuper excusare apud magistrum tavarnicorum, quia nullo modo venire possumus. Scitis enim, quod deficimus in pecunia... Potestis etiam eidem magistro tavarn. ...facere reverentiam cum una propina duorum vel trium fl., si videtur vobis, quod nos gratiose velit de hac via habere supportatos. Et quicquam in premissis...feceritis..., nobis scribendo insinuate...Item, si aliter...fieri non posset, quod oporteret nos ibidem venire, tunc saltim loquimini domino Iohanni magistro tavarn., ut nobis dentur...inducie, quousque presentium ostensor ac nuntius noster huc ad nos revertetur, et adhibeatis in premissis...diligentiam vestram, ne fortassis aliud inconveniens nobis exinde surgere possit et oriri...

Iudex et iurati cives
civitatis Posoniensis.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig., quo erat clausa. Arch. Civit. Poson. (Bratislava.) Chart. nr. 1054. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - REG.: Inventár p. 216.

[1] Scil. Georgi, sicut in Inscript. nr. 1176.
[2] 1437. nov. 11.

1176 Pozsony, 1437. nov. 18.

(Posonii, f. II. a Elizabeth.) ... Dilecte domine Georgi ! Nuper... dominus Iohannes de Rozgon mag. tavarn. imperialis maiestatis per litteras suas... nobis mandarat, ut... in die s. Martini[1] episcopi in civitate Budensi comparemus...; quas... litteras... per nuntium... nostrum... transmisissemus, scripsissemusque vobis, ut nos erga... dominum Iohannem de Rozgon haberetis excusatum, ut de tali via essemus supportati. Et ecce adventum... nuntii nostri adhuc expectamus. Quapropter.. presentium per latorem mittite nobis... in scriptis... de omnibus... hiis rationem, quorum nos illuc in civitatem... Budensem venire debuissemus, et an de tali via possemus esse supportati, vel non,... ne fortassis aliquid inconveniens nobis exinde posset evenire...

Iudex et iurati cives
civitatis Posoniensis.

In dorso: (Nobili viro domino Georgio de Zerdahel, protectori et fautori nostro dilecto).[2]

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig., quo erat clausa. Arch. Civit. Poson. (Bratislava.) Chart. nr. 3654. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - REG.: Inventár p. 216.

[1] Nov. 11.
[2] Suppl. ex Inscript. nr. 1175.

1177 1437. dec. 16.

(XVI. die dom. p. Andree.) Nos capitulum eccl. Budensis m. comm., quod... nos... litteris... d. Sigismundi... Hungarie... regis... pro partibus Dionisii dicti Porkolab et Valentini fratris eiusdem civium civitatis Budensis... receptis,... unacum Andrea de Dyod homine... regio... magistrum Andream... concanonicum nostrum ad contenta dictarum litterarum adiudicatoriarum perficienda... duximus destinandum. Tandem iidem ... nobis... retulerunt, quod... die dominica... post f. b. Andree... ad faciem possessionis Alagh et per consequens quatuor sessionum iobagionalium populosarum, necnon prati a parte possessionis nostre Folth existentis... accedendo, easdem... sessiones..., in quibus... Blasius sartor, Iacobus Lesthah, Petrus Machy et Michael Thuros dicti nunc residerent, ac dictum pratum... Dionisio et Valentino... cum ipsarum... pertinentiis... titulo pignoris contradictione domine relicte condam Thome et Blasii filii Nicolai de dicta Alagh ac aliorum... non obstante possidenda statuissent...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. tergo impressi. In dorso manu coaeva haec sunt scripta: Impignoratitia quatuor sessionum in possessione [Alagh]. Arch. Nat. Hung. Dl. 13. 133. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 549. No. 4.) - REG.: B. Szabó: Pest m. p. 174. nr. 669.

[1] 1437. dec. 1.

1178 p. 1437. dec. 8.[1]

Castra pro honore condam domini Sigismundi imperatoris data et tandem per Albertum regem immutata:

Primo castrum Buda apud Joannem de Rozgon.

Item castrum Visegrad apud Ladislaum Pan de Hathna...

...

Apud dominam reginam castrum Óbuda.

...

Impignoratitie civitates, oppida, districtus et possessiones: apud dominam reginam:

...

Item Insula Chepel cum pertinentiis.

....

ORIG.: Non extat. - TRANSCR. ab ignoto auctore probabiliter saec. XVI-XVII. confectum. Arch. Nat. Hung. Dl. 13.131. - ED.: Thallóczy: Arch. Közl. XII(1870) p. 113. Engel Pál: Királyi hatalom és arisztokrácia viszonya a Zsigmondkorban (1387-1437). Budapest, 1977. p. 197-204.

[1] Dat. obitus Sigismundi regis. Szentpétery: Oklevéltani napt. p. 29.

1179 Buda, 1438. jan. 22.

(Bude, in Vincentii.) Nos Albertus... rex Hungarie...pr. t. significamus...univ., quod nos...respectum habentes ad ...fidelitatis complacentias...magnific. domini Petri Cheh de Lewa partium nostrarum Transsilvanarum vaivode...nostre maiestati a tempore nostrarum...electionis et coronationis in regem Hungarie...hucusque exhibitas in futurumque...impendendas..., quandam domum nostram lapideam acialem in hac civitate nostra Budensi, in fine duarum platearum seu vicorum a parte castri nostri regalis versus et ad ipsum civitatem plateamque latam seu circulum s. Georgii nuncupatam tendentem, habitam et situatam, que condam magnifici Stiborii de Bolondoch...prefuisse et per defectum seminis eiusdem ad nostram maiestatem devoluta fore dinoscitur, simulcum omnibus suis edificiis et pertinentiis...sicuti per dictum condam Stiborium de iure tenta fuit et possessa, prefato Petro voivode suisque heredibus...ex certa nostra scientia...donamus...iure perpetuo...possidendam..., salvo iure alieno...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Albertus rex Hung. 1438. mart. 30. Arch. Nat. Hung. Dl. 13.150.

1180 Buda, 1438.jan.28.

(Bude, IV. die festi convers. Pauli.) Nos Albertus...rex Hungarie...m. comm., quod cum nos intuitis...complacentiis...magnific. Petri Cheh de Lewa partium nostrarum Transsilvanarum vaivode per ipsum maiestati nostre a tempore nostrarum...electionis et coronationis in regem... Hungarie...exhibitis..., quandam domum nostram lapideam acialem in civitate nostra Budensi, in fine duarum platearum seu vicorum a parte castri nostri regalis versus et ad ipsam civitatem nostram plateamque latam seu circulum sancti Georgii nuncupatam tendentem, habitam et situatam, que condam magnifici Stiborii de Bolondoch...prefuisse et per defectum seminis ipsius ad nostram maiestatem devoluta fore dinoscitur, simulcum omnibus suis edificiis et pertinentiis prefato Petro vaivode suisque heredibus...vigore aliarum litterarum nostrarum exinde confectarum[1] in perpetuum possidendam conferentes,ipsum...in dominium eiusdem per fideles nostros reverendissimum

in Christo patrem dominum Georgium archiepiscopum Strigoniensem et magnificum Laurentium de Hedrehwara regni nostri palatinum tamquam homines nostros ad id specialiter deputatos introducere et ipsam sibi ac... suis heredibus... legitime statuere et huiusmodi statutionis seriem nobis oretenus referre commisissemus. Demum iidem dominus archiepiscopus ac Laurentius palatinus nostre maiestatis in presentia personaliter constituti nobis consona voce retulerunt, ut ipsi in festo conversionis beati Pauli apostoli proxime preterito ad faciem predicte domus acialis annotati condam Stiborii in prefata civitate nostra Budensis et in loco supradicto habite, presentibus iudice ac iuratis nonnullisque aliis civibus et hospitibus eiusdem nostre civitatis Budensis accedendo, ipsum Petrum vaivodam in dominium eiusdem introduxissent statuissentque eandem cum universis ipsius edificiis et utilitatibus in superficie eiusdem existentibus eidem Petro vaivode et ipsius heredibus... premisso nostre donationis titulo iure perennali possidendam nemine contradictore apparente...

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. secr. impressi. In dorso not. coaeva: Super domo Budensi. Arch. Nat. Hung. Dl. 88.130. (Arch. famil. Eszterházy, Rep. 21., fasc. 1., nr. 1.) - TRANSCR.: Albertus rex 1438. mart. 30. Arch. Nat. Hung. Dl. 13.150. - ED.: Merényi: Tört. Tár 1894. p. 377-378.

[1] Vide nr. 1179.1438. jan. 22.

1181 Buda, 1438. febr. 12.

(Bude, f. IV. a. Valent.) Nos Iohannes de Rozgon pridem tavarnicorum regalium mag. m. comm...., quod quia... Renoldus filius noster... quatringentos et nonaginta quinque fl. auri ac viginti duas garletas tritici, garletam quamlibet pro quinque cum medio fl. auri computando a Petro Saphar pridem comite de Chepel recepisset, quos... eidem persolvere non valuisset, ob hoc nos dictam quantitatem pecunie ac... precium ipsius tritici in toto sexingentos et sedecim fl. auri facientes eidem Petro Saphar in dominica Ramispalmarum[1]... integre, absque nona et decima partibus, coram capitulo eccl. Budensis reddere... assumpsimus tali modo: quod si nos die et loco in prefixis dictos sexingentos et sedecim fl. auri... Petro Saphar aut eius homini... persolvere negligerimus..., extunc in duplo eorundem convinceremur... eo facto....

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. annul. virid. coloris. Arch. Nat. Hung. Dl. 13.155. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 1512. No. 50.)

[1] Apr. 6.

1182 Buda, 1438. febr. 24.

(Bude, in die Mathie.) Nos Albertus... rex Hungarie... m. comm., quod... attentis... meritis... Iohannis de Septemtilys et Henrici Munich generi eiusdem, civium nostre civitatis Budensis, quibus iidem... condam domino Sigismundo... Hungarie... regi ... studuerint complacere..., quasdam portiones possessionarias in possessione Chaba in comitatu Borsodiensi existentes..., que partim erga manus regias a dudum, partim vero Andree de eadem Chaba prefuissent et quas... Barbara... regina... eidem Iohanni de Septemtilys ac alteri Iohanni filio dicti Henrici Munich nepoti eiusdem vigore certarum litterarum... donationalium dedisse perhibetur..., ac insuper ... omne ius nostrum regium, si quod portionibus possessionariis in eisdem... haberemus... simulcum... earundem utilitatibus et pertinentiis... ex certa nostre maiestatis scientia... memoratis Iohanni de Septemtilys et Henrico Munich genero suo ac alteri Iohanni filio eiusdem Henrici Munich ipsorumque... heredibus... nove donationis titulo... donavimus... iure perpetuo... possidendas..., salvo iure alieno...

ORIG.: Non extat. - TRANSCRIPT.: a) Capitulum ecclesiae Budensis 1438. mart. 23. Arch. famil. Pálffy sen. fasc. 27., nr. 378. (Arch. Nat. Hung.); b) Ladislaus rex V. 1453. mart. 9. Arch. Nat. Hung. Dl. 83.731. (Sign. ant.: Arch. famil. Bárczay fasc. 28. nr. 11.) - ED.: Fejér: CD. XI. p. 106-109.

1183 Buda, 1438. febr. 25.

(Bude, II. Mathie.) Nos Albertus... rex Hungarie... m. comm.,... quod nos attentis... servitiorum... meritis..., quibus... circumspecti Iohannes de Septemtilys et Henricus Mönch, cives civitatis nostre Budensis... regno nostro et sacre corone ipsius regni... studuerunt complacere, ratione quorum... quoddam molendinum in fluvio Turocz vocato decurrens, vulgariter Kornmül appellatum, inter molendinum Zegelmül nuncupatum parte ab una et gazam ad Camaram nostram Crempniciensem spectantem, malleo Stephani fabri vicinam parte ab altera circa civitatem nostram Crempniciensem de prope situm..., similiter ad pretactam Camaram nostram Crempniciensem spectantem, quodquod molendinum alias... domina Barbara... regina... eisdem Iohanni et Henrico per certas sue maiestatis litteras... donasse dinoscitur, in cuiusque molendini pacifico dominio iidem Iohannes et Henricus... persistere seipsos... asserunt de presenti, simulcum... suis pertinentiis... auctoritate nostra regia et ex certa nostre maiestatis scientia nove nostre donationis titulo... prelibatis Iohanni de Septemtilys et Henrico Mönch ipsorumque heredibus... donavimus... iure perpetuo... possidendum..., salvo iure alieno.

ORIG.: Membr. cum sig. secr. subimpresso. Arch. episcopatus Bistriciensis de Garamszentkereszt. Fasc. 1. No. 2. E. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - TRANSCR.: Capitulum Posoniense 1440. oct. 26. In eodem Archivo. Fasc. 1., No. 3. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) ED.: Matunák: Tört. Tár. Uj folyam VIII (1907), p. 322-323.

1184 Buda, 1438. mart. 1.

(Budae, sab. a. dom. Invoc.) Nos Albertus... rex Hung., Dalmat., Croat. etc(etera) Austriaeque et Styriae dux, necnon marchio Moraviae signific. t. pres.... quibus exp. univ., quod... sicut... Sigismundus... Hung.... rex... superna... instructus monitione... in perpetuam elemosynam disposuisse dinoscitur, ut fratribus heremitis ord. s. Pauli primi heremitae pro celebratione annualis capituli ipsorum in monasterio b. Laurentii mart. in promontorio Budensi fundato fieri solita... singulis annis sales ad valorem trecentorum fl. auri de cameris salium regalium per comites seu camerarios eisdem ad rationem regiam dari debeant...; ita et nos nunc huiusmodi pium opus... observari volentes disponimus..., ut huiusmodi sales ad valorem pretactorum... fl. auri se extendentes perpetuis ...temporibus dictis fratribus... ratione praevia... de una camera salium nostrorum, puta in Waradino, vel in Debreczen, aut Zolnok, sive in Zalaard, seu Poroszlow, aut Pest vel Abad, locis scil. huiusmodi camerarum nostrarum, singulis annis ad rationem regiam modis omnibus debent administrari.... Quocirca vobis... nostris comitibus seu camerariis dictarum camararum salium nostrorum regalium ipsorumque vicecamerariis... mandamus, quatenus huiusmodi sales... predictis fratribus heremitis deputatos... eisdem... extradare ...debeatis. Volumus autem..., ut... litteras quietantiales vicarii generales... monasterii b. Laurentii mart. extradent pro vestra expeditione...

ORIG.: Membr. cum plica et sig. secr. de filo sericeo rubri et coerulei col. pend. In superiore margine Commissio propria domini regis not. canc. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 13. 158. - TRANSCR.: Ladislaus rex Hung. V. 1456. maj. 59. Arch. Nat. Hung. Dl. 8833. - ED.: Fejér: CD. XI. p. 297-298.

1185 Firenze, 1438. mart. 6.

(Florentie, prid. Non. Mart., a. VIII.) "Supplicat sanctitati vestre (scil. Eugenio papae IV.) ... frater Georgius Blasii professus monasterii s. Laurentii supra Budam ord.

s. Pauli primi heremite sub regula s. Augustini degens, quatenus sibi..., ut in alium ordinem parem vel arctiorem se transferre valeat, hac vice licentiam...concedere... dignemini...Concessum ad ordinem Montisoliveti. In presentia domini pape C. Ariminensis..."

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 348., fol. 39. - REG.: Mon. Rom. Vespr. III. p. 101.

1186 1438. mart. 23.

(In d. Letare.) Nos capitulum eccl. Budensis m. comm. ..., quod providus vir Henricus Monich civis civitatis Budensis...exhibuit nobis quasdam litteras...Alberti.... regis...ad propriam...commissionem emanatas, sigillo, quo utitur rex Hungarie, consignatas, petens nos..., ut tenores earundem litteris nostris...transsumpmi faciendo eisdem dare dignaremur ad cautelam. (Vide nr. 1182. 1438. febr. 24.) Nos...petitiones eiusdem Henrici...iuri consonas agnoscentes, tenores pretactarum litterarum...litteris nostris... transscribi faciendo sigilloque nostro pendenti consignando duximus concedendas.

ORIG.: Membr. cum plica et filo sericeo pro sig. pend. Arch. famil. Pálffy sen. fasc. 24., nr. 378. (Arch. Nat. Hung. Phototheca)

1187 Buda, 1438. mart. 26.

(Bude, f. IV. p. annunt. Marie.) Nos Albertus...Hungarie...rex...iudici et iuratis civibus civitatis nostre Soproniensis...Fideles dilecti ! Quia iam...iter nostrum arripere disponimus ad regnum nostrum Bohemie,...disposuimus, ut cantores nostri cum maiestate nostra procedant, ne capella regia, que est decor curie nostre et augmentum divini cultus, quomodolibet negligatur, idcirco eis pro expensis ordinavimus...tricentos florenos auri de sorte illius summe et taxe, que vobis imposita est, iuxta alias nostras civitates mandantes..., quatenus...prefatis cantoribus nostris aut homini eorum... huiusmodi tricentos florenos auri sine omni dilatione persolvatis...sic provisuri, quod prefati cantores non negligantur et se ad viam nobiscum celeriter expedire possint...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. secr. In superiori margine et sub sig. not. canc.: Relatio Gasparis Slick cancellarii legitur. Arch. civit. Sopron. Dl. 1020. (Lad. K., fasc. 4., nr. 217.) - ED.: Házi, Sopron I/3. p. 160.

1188 Buda, 1438. mart. 27.

(Budae, f. V. p. Annunt.) Albertus...rex Hungariae...universis praelatis, baronibus, comitibus, nobilibus, castellanis ac alterius cuiusvis status possessionatis ...regni nostri hominibus tributa ...tam super aquis, quam in terris habentibus...nostrisque ac reginalibus et eorundem tributariis et vicetributariis...Quemadmodum quondam...dominus Ludovicus...rex...vigore certarum litterarum suarum privilegialium...nobis...demonstratarum[1]...hoc, - ut nullus...hominum, procerum et regnicolarum suorum...iobagiones, populos, incolas, colonos et servientes inpossessionatos religiosarum dominarum sanctimonialium ordinis sanctae Clarae in claustro b. Marie virg. de Veteri Buda degentium in quibusvis earundem possessionibus residentes in aliquibus causis...iudicare...eosdemque in civitatibus, oppidis, tenutis, villis et possessionibus regalibus et reginalibus, ecclesiarum et nobilium, in personis, rebus et bonis alicubi...arestare...praesumat...-duxisse dignoscitur committendum; ita etiam nos ipsas dominas sanctimoniales praefatosque populos, iobagiones, incolas et servientes inpossessionatos earundem talismodi gratia et libertatis praerogativa...illibate potiri et gaudere volentes, fidelitati universitatis vestrae et vestrum cuiuslibet...mandamus, quatenus...memoratos iobagiones, populos, colonos, incolas iam fatarum dominarum sanctimonialium...in quibuscunque...earum possessionibus commorantes...in nullis causis...in vestris tenutis, possessionibus, honoribus, officiola-

tibus ac vestri in medio seu tributorum praedictorum locis iudicare et vestro adstare iudicatui compellere..., in rebusque et bonis eorundem arestare et damnificare ac prohiberi facere, signanter pro debitis, offensis, delictis et excessibus aliorum ad cuiuscunque instantiam nullatenus praesumatis, sed si quipiam quidque actionis vel quaestionis contra praefatos iobagiones et servientes seu famulos inpossessionatos praelibatarum dominarum aut eorundem aliquem haberet vel habuerit,... id coram officialibus earundem dominarum et hominibus in ipsarum possessionibus constitutis...prosequantur super eosdem; ubi vero ipsi officiales in reddenda cuipiam iustitia tepidi fuerint aut remissi, extunc non ipsi iobagiones et familiares inpossessionati contra quos agitur, sed iidem officiales in nostram vel alterius eorum iudicis ordinarii praesentiam per quaerulantes legitime evocentur rationem abnegatae iustitiae reddituri, ex parte quorum nos aut idem iudex ordinarius omnis iuris et iustitiae exhibebimus et impendet complementum cuilibet contra eos quaerulanti...

ORIG.: Non extat. - COPIA SIMPL.: Chart. pap. saec. XVIII. Arch. Nat. Hung. Dl. 36.457. - ED.: Fejér: CD. XI. p. 130-133.

[1] 1363. jan. 21. Confirm. 1364. dec. 28.

1189 Buda, 1438. mart. 27.

(Bude, f. V. p. Annunt.) Nos Albertus...rex Hungarie...m. comm...., quod pro parte religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. Marie virg. de Veteribuda nostre expositum extitit maiestati..., quomodo...domino Sigismundo...rege...temporibus noviter transactis in regno...Bohemie...vitam suam ...finiente, quidam Nicolaus Zaz familiaris...magnific. Michaelis Orzag tunc supremi thesaurarii ipsius...regis, vice sui, in domo thavarnicali eiusdem...regis, in castro suo Budensi habita residens, ad eandem domum thavarnicalem quedam tria molendina ipsarum...sanctimonialium super Calidis aquis superioribus Budensibus decurrentia, eisdem dominabus alias per...Sigismundum... regem loco aliorum molendinorum ipsarum dominarum in superiori parte...Calidarum aquarum a parte... ecclesie...domus hospitalis s. Spiritus existentium...dirutorum..., in sustentationem earum data...ab eisdem...occupasset...Supplicatum itaque extitit nostre maiestati..., ut eis huiusmodi molendina..., per quorum ab eis occupationem...ab illo tempore magnam famis inediam...passe fuisse perhibentur..., reddi facere dignaremur. Unde nos...nolentes idem claustrum...huiusmodi...bonis elemosinariis, presertim molendinis...privari, eadem molendina cum...ipsorum utilitatibus...ipsis...sanctimonialibus duximus remittenda..., per idem claustrum...iure perpetuo...possidenda..., salvo iure alieno... Quocirca vobis...Michaeli Orzag et per consequens dicto Nicolao Zaz...mandamus, quatenus...prescripta molendina iam tacti claustri...eisdem dominabus...restituere... debeatis...

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. secr. appressi. In superiore margine et sub sig. not. canc. Relatio Henrici filii vaivode de Thamassy magistri curie legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 13.164. - TRANSCR.: Mathias rex 1458. jun. 24. Arch. Nat. Hung. Dl. 15.119. - ED.: Fejér: CD. XI. p. 70-73. - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p.175., nr. 671.

1190 Buda, 1438. mart. 30.

(Bude, in dom. Iudica.) Albertus...rex Hungarie...m. comm...., quod...magnific. Petrus Cheh de Lewa partium nostrarum Transsilvanarum vaivoda...exhibuit nobis duas litteras nostras, unam..., qua mediante celsitudo nostra sibi et suis heredibus quandam domum nostram lapideam acialem in civitate nostra Budensi, in fine duarum platearum seu vicorum a parte castri nostri regalis versus et ad ipsam civitatem plateamque latam sue circulum sancti Georgii nuncupatam tendentem, habitam et situatam, que condam magnifici Stiborii de Bolondoch...prefuisset et per defectum seminis ipsius ad nostram maiestatem devoluta fore perhibetur cum suis edificiis et pertinentiis in perpetuum contulisse dinoscitur ...; et aliam super legitima eiusdem domus statutione pro eodem Petro vaivoda dictisque

suis heredibus rite facta patenter confectas tenorum subnotandorum, supplicans..., ut ipsas ambas litteras...nostris...litteris privilegialibus inseri...faciendo pro ipso et pro ...suis heredibus perpetue valituras innovando confirmare dignaremur. Quarum quidem litterarum...tenor is est: (Vide nr. 1179. 1438. jan. 22. et nr. 1180. 1438. jan. 28.) Nos itaque...supplicationibus prefati Petri vaivode nostre...oblatis maiestati...exauditis, ...prescriptas binas litteras...omni prorsus vitio suspitionis carentes presentibusque litteris nostris privilegialibus verbotenus...insertas quoad omnes earum continentias...acceptamus ...nichilominusque auctoritate regia et potestatis plenitudine, ex certa nostre maiestatis scientia, necnon de consensu...domine Elizabeth regine consortis nostre...prelatorumque et baronum nostrorum ad id accedente consilio...pro eodem Petro vaivoda eiusque heredibus ...in evum valituras innovantes confirmamus presentis scripti patrocinio mediante, salvo iure alieno...

ORIG.: Membr. cum plica et filo sericeo pro sig.secr. pend. iam deperdito. In superiore margine et sub plica not. canc.: Commissio propria domini regis legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 13.150. - REG.: Pataki: Bud. Rég. XV(1950) p. 283. not. 8.

1191 Buda, 1438. apr. 3.

(Bude, f. V. a. Ramispalm.) Nos comes Stephanus de Bathor iudex curie...Alberti ...regis...m. comm., quod magnific. Iohanne de Rozgon tavarnicorum regalium magistro ab una, parte vero ex altera Petro Saphar comite magne insule Chepel...confessum extitit, quod ipsi solutionem sexingentorum et sedecim florenorum auri, quam...Iohannes de Rozgon ...Petro Saphar iuxta continentiam litterarum suarum...obligatoriarum...in dominica Ramispalmarum[1]...coram capitulo eccl. Budensis...absque nona et decima partibus solvere deberet, ...ad octavum diem b. Georgii martiris[2]...duxissent prorogandam.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. tergo impressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 13.171. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 1713. No. 13.)

[1] Apr. 6.
[2] Maj. 1.

1192 Buda, 1438. apr. 24.

(Bude, in Georgii.) Albertus...rex Hungarie...Anthonio Italico, vitripari in civitate nostra Budensi residenti... Quia nos quedam tria molendina...claustri b. Marie virg. de Veteribuda in superioribus Calidis aquis Budensibus...decurrentia, alias per...Nicolaum Zaaz familiarem...magnific. Michaelis Orzag de Gwth thesaurarii condam...Sigismundi... regis...occupata, quorum unum apud tuas manus ex assignatione...Nicolai Zaaz existere dicitur, eisdem dominabus vigore aliarum litterarum nostrarum...duximus restituenda; igitur fidelitati tue...mandamus, quatenus...prescriptum molendinum...ipsis dominabus... cum...ipsius...attinentiis...remittere debeas..., nam te secus in hoc facientem...committimus...domino Ladislao de Chethnek gubernatori magistratus cruciferatus de...Calidisaquis, ut ipse talismodi molendinum...a te aufferre et prefatis dominabus restatuere, ac ipsas ...in eiusdem dominium introducere et in...dominio dicti molendini a te defensare debeat...

ORIG.: Chart. pap. cum sig. secr. impresso. In superiore margine et sub sig. not. canc. De commissione prelatorum et baronum vicariorum legitur, in dorso vero manu coaeva haec sunt scripta: Super locum molendini penes pontem lapideum pro parte monialium de Veteribuda contra Anthonium vitriparem de Buda et Katherinam consortem eiusdem. Arch. Nat. Hung. Dl. 13.179. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 21., No. 28.)

1193 Buda, 1438. apr. 24.

(Bude, in Georgii.) Albertus... rex Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera), Austrieque et Stirie dux, marchio Moravie etc(etera)... Emerico et Johanni de Marczaly, ac Ladislao Haghmas de Berekzow comitibus nostris Themesiensibus, dicatoribus et exactoribus lucri Camere nostre ceterorum comitatuum regni nostri ipsis ad tuitionem et defensionem ab insultu Turcorum partium prefati regni nostri inferiorum deputatis... In personis pro parte religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. Marie virg. de Veteribuda nobis ac prelatis et baronibus nostris exponitur... cum querela, quod quamvis condam... Lodouicus... rex... fundator utputa et dotator prefati claustri ipsas... a solutione dicti lucri camere regie de universis possessionibus earum et dicti claustri ipsarum ubilibet existentibus... facienda vigore certarum litterarum suarum privilegialium... hunc coram nobis... specietenus exhibitis penitus et per omnia perpetuis temporibus exemerit..., nec idem lucrum camere nostre unquam a tempore exemptionis prenotate per alios priores comites et exactores eiusdem... pretacta earum libertatis... prerogativa requirente dicatum et exactum fuerit usque in presentiarum; tamen hiis diebus... homines et familiares vestri per vos ad dicandum... destinati ipsum lucrum camere... super... possessionibus memoratarum dominarum... Zond et certis villis ad eandem spectantibus in comitatu Bachiensi, necnon Naghadryan et Wastorok penes Ticiam habitis dicassent... in ipsarum... preiudicium... ac iuris derogamen valde magnum... Cumque nos prefatas dominas... possessionesque ac populos et iobagiones ipsarum premissis prerogativis eis per... Lodouicum regem... largitis... illabate velimus potiri et gaudere, fidelitati... vestre... mandamus, quatenus receptis presentibus easdem dominas... et per consequens predictas possessiones iobagionesque earum... in ipsarum possessionibus residentes ratione prescripti lucri camere nostre super possessionibus et iobagionibus ipsarum per predictos homines et familiares vestros... nequaquam... ad solutionem ipsius lucri camere nostre compellere presumpmatis modo aliquali...

ORIG.: Chart. pap. cum sigillo secreto sub textu appresso, sub quo et supra textum De commissione domine regine ac prelatorum et baronum universorum not. canc. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 13.180. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 16., No. 11.)

1194 Buda, 1438. maj. 5.

(Bude, f. II. p. invent. Crucis.)... Capitulo ecclesie Budensis Laurentius de Hedrehwara regni Hung. palat. et iudex Cumanorum... Dicit nobis mag. Anthonius factor seu laborator vitrorum in civitate Budensi commorans, quod ipse in dominium cuiusdam molendini prope Calidas aquas superiores Budenses ex opposito pontis lapidei existentis, ipsum iusto iuris titulo concernens, legitime vellet introire. Super quo vestram amititiam ... petimus..., quatenus vestrum mittatis hominem..., quo presente Paulus Fodor, vel Blasius dictus Dobos, aut Matheus filius Petri, seu Blasius Nemes, sive Petrus filius Blasii de Felkezy, an Fabianus de Kouachy, aliis absentibus homo noster... introducat prefatum magistrum Anthonium in dominium eiusdem, statuatque eidem cum... pertinentiis ... premisso iure sibi incumbenti perpetuo possidendum, si non fuerit contradictum; contradictores vero, si qui fuerint, evocet ipsos contra... magistrum Anthonium nostram in presentiam... rationem contradictionis eorum reddituros. Et post ipsarum introductionis et statutionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statutioni intererunt, nominibus ac termino assignato nobis ... rescribatis...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capitulum Budense 1438. jul. 5. Arch. Nat. Hung. Dl. 13.188. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 21. No. 30.)

1195 Pesterzsébet, 1438. maj. 23.

(X. die f. IV. p. apparit. Michaelis.) Nos Laurentius de Hedrehuara regni Hung. palatinus et iudex Comanorum m. comm., quod in congregatione nostra generali universitati nobilium Pestiensis et Pilisiensis comitatuum feria quarta... post festum apparitionis b. Michaelis archang.[1] ex speciali edicto regio prope villam Zenthfalua celebrata Sigismundus litteratus de Peczel in personis religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. Marie virg. de Insula leporum... proposuit..., quod iudex et iurati cives ac tota communitas civitatis Pestiensis magnas particulas terrarum arabilium ac fenetorum intra metas possessionis earundem dominarum Kys Jenew vocate adiacentem a multis temporibus retrolapsis per plantationes vinearum ac constructiones ortorum seminationesque caulium, preterea terras et prata eccl. s. Michaelis de dicta Insula leporum penes fluvium Rakus a parte orientali habitas et adiacentia pro seipsis ad dictam civitatem Pestiensem occupassent, eisdemque occupatis uterentur de presenti..., et hoc iudicibus nobilium iuratisque assessoribus... comitatus Pestiensis constaret evidenter; petens nos..., ut iidem iudices nobilium iuratique assessores, qualem de premissis scirent, per nos requisiti, faterentur veritatem. Cum nos eosdem iudices nobilium iuratosque assessores super premissis requisitos habuissemus, iidem..., tacto dominice crucis signo... premissa, veluti superius proposita sunt et narrata, suo modo facta et perpetrata extitisse... affirmarunt...

ORIG.: A) Chart. pap. cum fragm. sig. tergo impressi. Ibidem haec nota manu coaeva scripta legitur: Affirmatorie contra Pestienses. Arch. Nat. Hung. Dl. 13.191/1. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 25. No. 23.) - B) Chart. pap. cum fragm. sig. tergo impressi. Ibidem sequens nota manu coaeva scripta legitur: Affirmatoria iuratorum in congregatione generali super occupatione terrarum et feneti per cives Pestienses facta. Arch. Nat. Hung. Dl. 13.191/2. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 60. No. 19.) REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 175-176.

[1] 1438. maj. 14.

1196 Wien, 1438. maj. 26.

(Vienne, f. II. p. Ascens.) Nos Albertus... Romanorum... et Hungarie, Dalmatie, Croatie etc(etera) rex, electus rex Bohemie et dux Austrie etc(etera) m. comm...., quod venientes nostre maiestatis in conspectum Jacobus parvus in Buda et alter Jacobus, iudei, in Posonio commorantes, suis ac ceterorum universorum iudeorum nostrorum, ubilibet infra ambitum.. regni nostri Hungarie commorantium nominibus et in personis exhibuerunt... nobis quasdam litteras privilegiales quondam... Sigismundi imperatoris Romanorum, ac... regni nostri Hungarie etc(etera) regis sigillo suo minori autentico, quo ut Romanorum imperator utebatur impendenti consignatas, seriem quarundam litterarum aliarum suarum mediocri sigillo suo, quod per comitem capellarum Budensem... teneri consueverat consignatarum, tenorem litterarum Capituli eccl. Albensis, continentiam aliarum litterarum eiusdem capituli, ad litterarium sue maiestatis mandatum in sacristia seu conservatorio eiusdem eccl. Albensis requisitarum et inventarum, seriem quarundam aliarum litterarum iam fati capituli, ordinem certarum litterarum privilegialium, olim... Bele regis quarti, super libertatibus et prerogativis iudeorum prenotatorum confectarum... in se continentes... supplicantes iidem uterque Jacobus iudei, nominibus et in personis quibus supra, ut easdem litteras prefati condam imperatoris et regis ratas... habendo, nostrisque litteris sub pendenti nostro autentico sigillo emanandis... inseri faciendo, pro eisdem nostris iudeis, ipsorumque heredibus et posteritatibus universis innovando, perpetue valituras dignaremur confirmare, quarum tenor sequitur in hec verba: (Vide nr. 1158. Sigismundus rex Hungarie 1436. nov. 3.) Nos igitur... annotatorum utriusque Jacobi iudeorum supplicationibus... exauditis..., prescriptas litteras... quondam Sigismundi imperatoris et regis... presentibus... insertas... mera auctoritate et potestatis plenitudine ex certaque scientia nostre maiestatis prefatis nostris iudeis universis, ipsorumque heredibus et posteritatibus innovando perhempniter valituras confirmamus presentis scripti patrocinio mediante...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: a) et b) Ladislaus rex Hung. 1453. febr. 4. > Mathias rex Hung. 1458. jun. 19. > Idem 1464. jun. 4. > Wladislaus rex Hung. 1493. jul. 26. > Idem 1494. jan. 10. Arch. Secr. civit. Cassoviensis (Kosice). Coll. Schwarzenbach. nr. 1.; Arch. civit. Posoniensis (Bratislava.) Listiny nr. 2142. - PHOTOCOPIA: Arch. Nat. Hung. Phototheca. nr. 20. et 46. - ED.: Kaprinay: Hist. dipl. I. p. 461.; Katona: Hist. crit. XII. p. 840-841.; Fejér: CD. XI. p. 115-118.; Magyar-zsidó oklt. I. p. 174-178.

1197 Bodrog, 1438. jun. 2.

(In Bodrog, f. II. p. penthec.) Nos Ladislaus de Pethke vicecomes, item Iohannes filius Georgii de Aranyan et Emericus de Syde iudices nobilium comitatus de Bodrog m. comm., quod cum nos ad... instantiam egregii Ladislai dicti Thethews de Bathmonostora nobiles viros Valentinum de Lengel et Gregorium de eadem ad infrascripta peragenda... duxissemus transmittendos; tandem iidem... nobis retulerunt..., quomodo... Ladislaus dictus Thethews iuxta continentiam litterarum regalium sibi preceptorie loquentium, ex parte Ladislai dicti Pap, iobagionis sui in Pathala commorantis, in facto deperditionis cuiusdam equi Gaspari civis de Pesth... plenum ius ac iudicium... amministrasset coram ipsis. Qui quidem Ladislaus dictus Pap per iuramentalem depositionem suam in facto huiusmodi se expurgasset contra Gasparum prenotatum...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigiis trium sig. tergo impressorum. Arch. Nat. Hung. Dl. 80.638. (Arch. famil. Zichy K. 644. f. 213. N. 2409. Alia sign.: F. 6. Bach. Mor. N. 2408.) - ED.: Zichy, VII. p. 619-620.

1198 Buda, 1438. jun. 21.

(Bude, sab. a. nat. Ioh. bapt.) Albertus... rex Hungarie... capitulo eccl. Budensis ... Fidelitati vestre... mandamus, quatenus alias litteras nostras pro parte religiosarum dominarum sanctimonialum claustri b. Marie virg. de Veteribuda... domino Ladislao de Chetnek gubernatori magistratus cruciferorum de Calidis aquis loquentes cum presentibus ... vobis exhibendis eidem per vestrum... hominem... presentari faciatis; et quidquid idem visis ipsis aliis litteris nostris ad earundem contenta fecerit vel responderit, nobis ... rescribatis.

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capitulum Budense 1438. jun. 24. Arch. Nat. Hung. Dl. 13.207. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 21. No. 31. - ED.: Fejér: CD. XI. p. 80-81.

1199 1438. jun. 24.

(III. die dom. a. nat. Ioh. bapt.)... Domino Alberto... regi... Hungarie... capitulum eccl. Budensis. Vestra noverit serenitas, quod nos litteras vestras preceptorias... recepimus... (Vide nr. 1198. 1438. jun. 21.)... (et) mandatis vestre maiestatis obedientes... magistrum Iacobum de Kalwz... ccncanonicum nostrum (ad) alias litteras vestras statutorias pro parte religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. virginis de Veteribuda emanatas... domino Ladislao de Chetnek gubernatori cruciferatus... s. Trinitatis de Calidis aquis loquentes eidem... exhibendas... duximus destinandum, tandem idem... nobis retulit..., quomodo ipse die dominica... a. festum nat. b. Ioh. bapt. [1] ad prefatum dominum ... gubernatorem cruciferatus accedendo alias litteras vestras cum presentibus nobis exhibitas eidem... exhibuisset; qui quidem perlectis... continentiis earundem, ad faciem molendini in dictis Calidis aquis superioribus habiti eundo apud manus Anthonii vitriparis occupative reperisset, ipsumque molendinum de manibus ipsius Anthonii auferendo, dictis dominabus sanctimonialibus... restatuisset, ipsasque in dominium eiusdem introduxisset... promisissetque, ut easdem in dominio dicti molendini contra... Anthonium et alios... impetitores vestre maiestatis in persona et auctoritate in hac parte attributa protegere et defensare...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. impressi. In dorso haec nota manu coaeva scripta legitur: Super locum molendini penes pontem lapideum pro parte monialium de Veteribuda contra Anthonium vitriparem de Buda et Katherinam consortem eiusdem. Arch. Nat. Hung. Dl. 13.207. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 21.No. 31.) - ED.: Fejér: CD. XI. p. 80-82.

1200 1438. jul. 5.

(XVI. die ferie VI. a. Ioh. bapt.) ... Laurentio de Hedrehwara regni Hung. palatino et iudici Comanorum... capitulum eccl. Budensis... Vestra noverit Magnificentia, quod nos litteras vestras introductorias et statutorias... recepimus... (Vide nr. 1194. 1438. maj. 5.) ... (et)... petitionibus vestre Magnificentie annuentes unacum... Matheo filio Petri homine vestro..., magistrum Iacobum de Zeuenie... concanonicum nostrum ad premissam introductionem et statutionem faciendam nostro pro testimonio... duximus destinandum; tandem iidem... nobis... retulerunt, quod (cum) ipsi f. sexta... a. ... nat. Iohannis bapt.[1] ... ad faciem predicti molendini... accedendo ... Anthonium vitrorum laboratorem in dominium eiusdem molendini introducere voluissent, tunc Gallus procurator... sanctimonialium claustri b. virginis de Veteri Buda inibi... in personis earundem... eidem statutioni contradictionis velamine obviasset, ob quam... annotatas religiosas dominas contra prefatum Anthonium ad octavas festi b. Iacobi apostoli[2]... vestre Magnificentie evocassent in presentiam rationem contradictionis earum reddituras...

In dorso: Domino palatino pro religiosis dominabus sanctimonialibus claustri beate virginis de Veteribuda contra Anthonium vitrificem, inhabitatorem civitatis Budensis ad oct. festi b. Jacobi apostoli evocatorialis. Par.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig., quo erat clausa. Extus: duae adnot., una (manu coaeva) Super molendino penes pontem, (altera manu saec. XVI. scripta) Super molendino iuxta pontem in superioribus Calidis aquis leguntur. Arch. Nat. Hung. Dl. 13.188. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 21., No. 30.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 177. nr. 677.

[1] 1438. jun. 20.
[2] 1438. aug. 1.

1201 Pesterzsébet, 1438. jul. 8.

(Zenthfalua, f. III. a. Margarethe.) Nos Ladislaus magnus de Gwthor vicepalatinus exactorque iudiciorum comitatus Pestiensis m. comm., quod... Sigismundus litteratus de Dabus... procurator religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. Marie virg. de Insula leporum in personis earundem... super iudiciis novem marcarum, in quibus eedem domine contra Georgium litteratum civem civitatis Budensis in curia regia... fuissent aggravate, nobis tamquam iudici et parti adverse satisfecisset...

In dorso: Expeditoria Georgii litterati civis civitatis Budensis super solutione novem marcarum.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 13.221. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 43. No. 54.)

1202 1438. jul. 10.

(F. V. p. oct. visit. Marie.) Nos capitulum eccl. Budensis m. comm., quod Mathe dictus Therek hospes de Insula leporum... confessus extitit..., quomodo ipse religiosas dominas... claustri b. virg. de Insula leporum, necnon iobagiones earundem in

eadem insula residentes... super rerum et bonorum ablatione... ac universis dampnis, iniuriis per ipsas et earum iobagiones hucusque sibi illatis..., excepto quoddam equo, quo, ut asserebat,... eedem domine sibi obligarentur, reddidisset... expeditas...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. tergo impressi. In dorso adnota de Zyget manu posteriore scripta legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 13.222. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 57., No. 31.)

1203 Pécsvárad, 1438. jul. 10.

(Die decima Iulii.) ... in monasterio Pechwaradiensi Quinqueecclesiensis dioc. iurisdictionis vero spiritualis Strigoniensis... Petro abbate... et conventu... per custodem ... convocatis et... capitulariter... congregatis... coram... Barnaba decretorum doctore de Azywagh, Gasparo Calskup de Regen et Simone de Marchia archidiaconis et canonicis in ecclesia Quinqueecclesiensi in eodem monasterio... constitutis, in meique (Michaelis Iohannis de Siry, cler. Agriensis dioc. imp. auct.) notarii publici... et testium infrascriptorum... presentia... mag. Benedictus de Pogran, can. ecclesie Strigoniensis, procurator... dominorum canonicorum et capituli eiusdem ecclesie... certas litteras executoriales seu processus excommunicatorios, aggravatorios, reaggravatorios et interdicti cum invocatione auxilii secularis cum eorum intervallis super executione quarundam duarum sententiarum, unius scil. interlocutorie per... dominum Martialem... episcopum Ebroicensem[1] et alterius per... dominum Bernardum archipresbiterum Saccensem iudices et commissarios... concilii Basiliensis... super... decimis vinorum predii seu terre Newegh, infra limites parochie ecclesie parochialis sancti Andree de Sasad Vesprimiensis dioc., consistentis, provenientibus latarum; quarum una, scil. domini Bernardi archipresbiteri sic incipit: Illustrissimo et serenissimo principi et domino... Sigismundo... Romanorum imperatori... ac Hungarie... regi et sic finitur: Datum et actum Basilee, in ambitu conventus fratrum minorum... sub anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo tricesimo quinto... vicesima tertia mensis Augusti... subscriptione et signi appositione... Iohannis de Odeur... publ. apost. auct. notarii[2]...; alia vero, scil.... domini Iohannis... episcopi Gurcensis sic incipit: Serenissimo et invictissimo principi et domino ... Sigismundo... Romanorum imperatori... ac Hungarie... regi et sic finitur: Datum et actum Basilee apud Augustinenses... sub anno a nativitate domini millesimo quadringentesimo tricesimo quinto... die... penultima mensis Augusti... subscriptione et signi appositione... Vernherj Corrigiatoris de Wiczenhusen... publ. ... apost. et imp. auct. notarii[3]..., executorum scil. principalium a... sacro concilio Basiliensi deputatorum, prefatis... Barnabe, necnon Gasparo et Simoni archidiaconis et canonicis... presentavit et eosdem... requisivit, ut ad executionem earundem litterarum... contra... dominum Petrum abbatem et conventum iuxta vim, formam et tenorem dictarum litterarum procedere dignarentur. Quibus quidem litteris presentatis et receptis... Barnabas de Azywagh, Gaspar Calscup de Regen et Simon de Marchia archidiaconi... easdem litteras executoriales... Petro abbati et conventui legi fecerunt..., necnon eosdem... sub penis et censuris in eisdem litteris contentis requisierunt et monuerunt, ut ipsi infra triginta dierum spatium ... post ammonitionem huiusmodi... de omnibus et singulis fructibus, redditibus, iuribus et obventionibus ac emolumentis ex dictis decimis perceptis, necnon de septuaginta fl. auri Renensis, ac aliis vigintisex et iterum quatuor consimilibus fl. auri, quibus ipsi... dominis capitulo et canonicis pro expensis in prosecutione huiusmodi litis existunt condempnati, eisdem... vel eorum... procuratori... debitam satisfactionem... et restitutionem impendant, ac ad possessionem perceptionis dictarum decimarum predictis dominis canonicis et capitulo libere et pacifice intromittant, aut cum eisdem se super premissis componant et concordent et alias sententiis predictis pareant..., alioquin iuxta dictarum litterarum contenta, terminis in eisdem... contentis, cum eorum intervallis precedentibus ad... domini Petri abbatis excommunicationis aggravationem... ac dicti conventus a divinis suspensionem et dicti monasterii ecclesiastici interdicti subiectionem denuntiationem iuxta traditam ipsis formam procederent; et alias dictas litteras... Iohannis episcopi et Bernardi archipresbiteri... debite demandarunt executioni, copiasque dictarum litterarum seu processuum cum eorum originalibus... de verbo ad verbum per me notarium lectas, collationatas et concordatas eisdem domino Petro abbati et conventui prefatus mag. Benedictus

procurator tradidit et assignavit, super quibus omnibus et singulis mag. Benedictus... sibi, nominibus quibus supra... plura... publica a me notario publico confici peciit... instrumenta. Acta sunt hec... presentibus... magistro Blasio de NagGywla canonico ecclesie sancti Iohannis baptiste de castro Quinqueecclesiensi et Iohanne (de) Odeur scriptore librorum in civitate Quinqueecclesiensi commorante, aliisque... testibus... ad premissa... vocatis...

ORIG.: Membr. cum signo et subscriptione Michaelis Iohannis de Siry, cler. Agriensis dioc., publ. imp. auct. notarii. In dorso (probabiliter) manu saec. XVI. haec adnot. est scripta: 1438. Processus concilii Basiliensis intimant Petro abbati et conventui Pecwaradiensi et monent ad satisfaciendum et restituendum decimas et percepta cum expensis in facto Newegh capitulo Strigoniensi. Arch. Capit. Strig. Priv. Lad. 45., fasc. 4. nr. 1. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - TRANSCR.: Dionisius card., archiep. Strigoniensis, iudex a sede apost. deputatus in instrumento Iohannis Zaz, nati Laurentii Hano de Coloswar, publ. auct. apost. notarii, eiusdemque archiepiscopi cancellarii, secretarii et scribae 1463. nov. 24. confecto. Arch. Primat. Strig. Eccl. Vetus nr. 53/2-a. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

[1] 1434. sept. 11. Vide nr. 1080.
[2] 1435. aug. 23. Vide nr. 1128.
[3] 1435. aug. 30. Vide nr. 1131.

1204 Csernel, 1438. jul. 28.

(In Cherneel, f. II. p. f. Jacobi apost.)... Alberto... Rom. regi ... ac Hung., Dalm., Croat. etc(etera) electo regi Bohemie et Austrie duci... Scemere de Pakus ac Ladislaus de Orbowa... Ladislai de Gara ac Nicolai... de Wylak banorum Machoviensium vicecomites in comitatu Tholnensi constituti; item... iud. nob. eiusdem comitatus... Vestra noverit serenitas, quod nos... cum sigillo... Stephanum de Kapolna (iud. nob.) ad... inquisitionem faciendam duximus transmittendum, qui... nobis retulit..., ut ipse f. sexta... a. f. s. Jacobi apost.... in dicto comitatu... inquirendo talem scivisset... veritatem: Quomodo... populi (et hospites) de Tholnawar die dom. p. f. b. Georgii mart.... manibus armatis... ex speciali commissione... Georgii Byro, civis civitatis Budensis de Superioribus calidis aquis, utputa vicecomitis de predicta Tholnawar - ad territorium possessionis Fadh vocate, eccl. s. regis Stephani de... Alba... venientes - nonnullas sagenas sive prensuras piscium in... piscina ipsius conventus Vroktawa dicta collocatas... levantes et in aliam piscinam eiusdem conv.... Kuthwelgye dictam similiter inter metas predicte possessionis Fad habitam prefati conv. transferentes..., pro seque eandem piscinam usurpantes et occupantes; de his non contenti prenotati populi et hospites... consimiliter termino in predicto ex (mandato) prefati Georgii Byro vicecomitis... ad quandam tertiam piscinam eccl. et conv. antedictorum Kwthweyze vocatam similiter manibus armatis... venientes - universas eiusdem piscine magistros sagenas et prensuras pro piscibus ibidem collocantes... reperiendo ictibus sagittarum afficere volentes et sauciare - abinde affugassent, in quarum quidem sagenarum predictarum piscinarum destitutionibus... ac usuum et fructum earundem perceptionibus plusquam trecentorum fl. auri dampna dicto conventui quoad eiusdem portionem intulissent potentia mediante...

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sive vestig. quinque sig. flav. col. tergo appressorum. Arch. Nat. Hung. Dl. 106.452.

1205 1438. sept. 29.

(In Michaelis archang.) Nos Capitulum ecclesie Budensis m. comm., quod Thomas Galyas dictus in personis religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. Virg. de Insula leporum nostram veniendo in presentiam... Albertum regem et Elizabeth reginam Hungarie ac alios quoslibet ab occupatione... cuiusdam insule earundem... Ilbew vocate, in comit. Pestiensi existentis..., nominibus quibus supra prohibuit... coram nobis...
ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. tergo appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 13.240.

1206 Buda, 1438. nov. 15.

(Bude, XLI. die oct. Michaelis.) Nos Laurentius de Hederuara regni Hung. palat. et iudex Comanorum d. pro m., quod causam, quam mag. Anthonius factor seu laborator vitrorum in civitate Budensi commorans contra religiosas dominas... claustri b. Marie virg. Veterisbudensis iuxta continentiam litterarum nostrarum prorogatoriarum super facto contradictionis statutionis cuiusdam molendini prope Calidas aquas superiores Budenses ex opposito pontis lapidei existentis in octavis b. Michaelis archang.[1] movere habebat coram nobis, propter motum presentis exercitus generalis, ad octavas festi epiph. domini[2]... duximus prorogandam...

In dorso: Pro religiosis dominabus sanctimonialibus claustri b. Marie virg. de Veteribuda contra Anthonium vitrificem, inhabitatorem civitatis Budensis ad oct. festi Epiph. domini. Prorog.

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. appressi, quo erat clausa. Arch. Nat. Hung. Dl. 13.258. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 60. No. 18.)

[1] Oct. 6.
[2] 1439. jan. 13.

1207 Buda, 1438. dec. 17.

(Bude, f. IV. p. Lucie.) Albertus... Romanorum... ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc(etera) rex et dux Austrie... Capitulo ecclesie Budensis... Dicitur nobis in personis... Stephani de Rozgon pridem Themesiensis, nunc vero Albensis et Jauriensis comitatuum comitis..., necnon Johannis filii eiusdem, quod quamvis nuper possessionem Thura... apud manus... Georgii despoti Rachye titulo pignoris habitam... eisdem in perpetuum contulerimus, se iidem... in dominium dicte possessionis... eodem despoto, sed et aliis non contradicentibus... introduci fecerint, tamen predictus despotus... huiusmodi pecuniarum summam, pro qua prefata possessio... eidem fuisset impignorata, ab ipsis... solvere volentibus... recipere recusasset...: Super quo fidelitati vestre... mandamus, quatenus mittatis hominem pro testimonio, quo presente magister Ladislaus de Maglod, aut alter Ladislaus de Daman, vel Nicolaus de Alag, sin Mathyas de eadem, aut Emericus de Palotha, neve Johannes de Chemer, an Blasius vel Thomas de Daboz, sin Michael de Felkezy, ceu Paulus de Dyod, neve Blasius nemes de dicta Felkezy, aliis absentibus homo noster ad prefatum despotum accedendo ammoneat eum verbo nostro regio, ut ipse a... comite Stephano et Johanne filio eiusdem illam pecuniarum summam, qua... possessio Thwra... sibi foret impignorata,... recipere... teneatur...

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Capitulum eccl. Budensis 1438. dec. 22. Arch. Nat. Hung. Dl. 13.268. (Sign. ant.: N.R.A. Fasc. 578. No. 24.) - REG.: Bártfai Szabó: Pest m. p. 177., nr. 678.

1208 Buda, 1439. jan. 8.

(Bude, III. die epiph.) Nos Albertus... rex... Hungarie... Mathkoni de Talloucz... Dalmatie et Croatie... ac... Sclavonie bano... camararum salium nostrorum comiti... precipimus, quatenus iuxta... contenta... litterarum... principis Sigismundi... patris et soceri nostri[1] ... heremitis ordinis sancti Pauli primi heremite in claustro b. Laurentii martiris prope Budam degentibus pro celebratione capituli... generalis circa festum penthecostes annis singulis ibidem fieri solita tot et tantos sales, quot et quanti annis retrolapsis... de ipsius olim patris nostri... dispositione... usque modo dari consueverunt ... anno etiam in presenti, sed et aliis singulis annis affuturis, quibus huiusmodi honore comitatus camararum salium nostrorum fungemini, eisdem fratribus... de salibus nostris regalibus... de camaris salium nostrorum erga manus vestras pro nunc habitis vel ex post habendis dare et assignare... debeatis... nostre maiestatis ad rationem...

ORIG.: Chart. pap. cum sig. secr. impresso. In superiore margine et sub sig. De commissione domine regine not. canc. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 13.288. Sign. ant.: Fasc. 15. No. 3. et Fasc. 9. No. 7.) - ED.: Fejér: CD. XI. p. 297-298.

[1] Vide nr.793. Sigismundus rex Hungariae 1421. aug. 27.

1209 Buda, 1439.jan. 12.

(Bude,f. II. p. epiph.) Albertus...rex...Hungarie...universis prelatis, baronibus, comitibus, castellanis, nobilibus ipsorumque officialibus, item civitatibus et liberis villis ac ipsarum rectoribus, iudicibus et villicis...In personis...religiosarum dominarum sanctimonialium claustri beate Marie virg. de Insula leporum nobis ac...domine regine consorti nostre...prelatisque et baronibus nostris detegitur querulose, quod licet populi et iobagiones ipsarum...ubicunque et in quibuscunque earum possessionibus intra ambitum regni nostri...commorantes...nullius iudicis iudicio, nec videlicet palatini, nec comitum parochialium comitatuum quorumcunque preter personam regiam in quocunque casu astare tenerentur, sed iudices seu officiales ipsarum...omnes causas inter...populos earundem emergentes discutiendi et iudicandi, prout hoc in litteris privilegialibus...Ladislai...regis ...vidimus contineri,[1] habeant facultatem. Tamen...plerique forent ex vobis, qui... populos et iobagiones earundem dominarum...in diversis...comitatibus...residentes in suis possessionibus ac tenutis, necnon honoribus seu officiolatibus eorumque medio, presertim vero comites parochiales ac eorum vicecomites et iudices nobilium...diversorum comitatuum ad quorumpiam instantiam, nulla prius ex parte ipsorum a...iudicibus seu officialibus ipsarum dominarum in...earum possessionibus...constitutis prosecuta iustitia in personis iudicarent, ac in rebus et bonis eorum prohiberent et arestarent in earundem ...prerogative contemptum...Super quo supplicatum extitit ipsis dominabus sanctimonialibus prefatisque ipsarum populis et iobagionibus per nos opportune provideri. Cumque nos velimus...dominas sanctimoniales ac...earum populos et iobagiones premissa libertatis prerogativa illibate frui et gaudere,...fidelitati vestre et cuilibet vestrum...mandamus, quatenus...populos et iobagiones...dominarum sanctimonialium in quibusvis earum possessionibus ubicunque habitis commorantes in vestris possessionibus, tenutis, honoribus ac officiolatibus, necnon sedibus vestrique in medio in quibusvis causis et causarum articulis, demptis tamen furti, latrocinii, homicidii et aliis publicis criminalibus in personis iudicare vel vestro astare iudicio compellere aut impedire et offendere, in rebusque et bonis eorum arestare et prohibere ac prohiberi facere et dampnificare, signanter pro debitis et excessibus aliorum ad cuiuscunque instantiam nullatenus presumpmatis, sed si quipiam quitquam actionis seu questionis contra prefatos populos et iobagiones...dominarum sanctimonialium vel aliquem eorum habent vel habuerint, id coram... iudicibus seu officialibus ipsarum dominarum in quibuscunque possessionibus earum constitutis legitime prosequantur, qui ex parte ipsorum populorum et iobagionum seu alicuius eorum meri iuris et iustitie impendere tenebuntur complementum cuilibet contra eos querulanti, prout dictabit ordo iuris...

ORIG.: A) Membr. cum fragm. sig. secr. impressi. In superiore margine et sub sig. not. canc. De commissione domine regine legitur. In dorso manu (fere) coaeva hungarice haec. verba sunt scripta: Iobagiok ne itelthethessenek. Arch. Nat. Hung. Dl. 13.290/a. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 43. No. 55.) - B) Chart. pap. cum sig. secr. impresso. In margine superiore et sub sig. De commissione domine regine ac prelatorum et baronum vicariorum not. canc. legitur. In dorso manu (fera) coaeva haec verba sunt scripta: Ut non iudicentur iobagiones dominarum, quae hungarice sic iterantur: Hogy ne itelthethessenek Iobagytok. Arch. Nat. Hung. Dl. 13.290/b. - TRANSCR.: a) Mathias I. rex Hung. 1471. febr. 17. Arch. Nat. Hung. Dl. 1015. - b) Mathias I. rex Hung. 1471. febr. 17. > Wladislaus II. rex Hung. 1494. nov. 11. Arch. Nat. Hung. Dl. 1016.

[1] 1278. Wenzel: CD. Arpad. cont. IX. p. 203.; Gárdonyi: Budapest tört. ok. eml. I. p. 171.; Szentpétery-Borsa: Reg. Arpad. II. nr. 2916.

1210 Buda, 1439. jan. 13.

(Bude, VIII. die Epiph.) Albertus... Romanorum... ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc(etera) rex et dux Austrie etc(etera)... nostris comitibus vel vicecomitibus et iudicibus nobilium comitatus Chongradiensis, item capitaneis, levatoribus, sollicitatoribus, ductoribus et presidentibus exercituum nostrorum quandocunque constitutis et constituendis.... Pro parte rel. dominarum sanctimonialium claustri b. Marie virg. de Veteribuda nobis ac domine Elizabeth regine, consorti nostre..., prelatisque et baronibus nostris exponitur ... cum querela, quomodo vos, seu aliqui vestrum, temporibus promulgationis, seu motionis quarumcunque exercitualium expeditionum... in illis partibus fieri contingentium, iobagiones ipsarum... sanctimonialium in earum possessione Adryan vocata,... non secundum progressum iobagionum ceterorum ipsius comitatus nobilium iuxta limitationem et connumerationem eorundem iobagionum ipsorum superinde fiendam, sed universaliter et per singula eorum capita ad huiusmodi exercituales expeditiones ire... astringeretis, propter quod... earundem dominarum possessio ad magnum... desolationis detrimentum devenisset.... Supplicatum itaque extitit eisdem... per nostram maiestatem prefatamque... reginam, ac... prelatos et barones nostros condignum remedium adhiberi. Unde, quia nos ... prefatum claustrum..., cuius verus patronus existimus..., suis bonis... nostris temporibus per quempiam nolumus destitui..., igitur fidelitati vestre... mandamus, quatenus... amodo et deinceps in antea... iobagiones et populos... dominarum sanctimonialium in prefata possessione Adrian... commorantes, ingruentibus huiusmodi exercitualium expeditionum temporibus, non ita prout hactenus... universaliter et per singula capita, sed secundum modum progressionis iobagionum... aliorum pretacti comitatus nobilium, ad ipsas exercituales expeditiones, dum necesse fuerit, progredi... faciatis....

ORIG.: Chart. pap. cum fragm. sig. secr. sub textu appressi. In superiore margine et sub sigillo De commissione propria domine regine ac prelatorum et baronum vicariorum not. canc. legitur, in dorso vero Ut populos de aderyan ad exercituandum non pellant capitaliter, sed sicut aliorum populos adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 13.392. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 28. No. 27.)

1211 1439. jan. 13.

Magistratus civitatis Pestiensis Nicolaum Fodor domum suam Lipoldo concivi et consorti suae Elenae pro octoginta florenis (cum exp. caut.) vendidisse testatur.

ORIG.: Membr. cum plica et duabus incisuris pro filo sig. pend. iam deperditi. Arch. Nat. Hung. Dl. 44.227.

Nos Gregorius iudex civitatis [P]estiensis, Jacobus Plathner, Nicolaus caupo, Johannes sclauus, Blasius Nicolai pro tunc iurati, ceterique cives de eadem me[mo]rie commendamus, tenore presentium significamus universis quibus expedit, quod nostram veniens in presentiam providus vir N[icola]us Fodor, noster concivis, quandam domum suam in medio nostri, in vicinitatibus domorum Stephani aurifabri ab una et dicti Nicolai Fodor parte ex altera habitam et existentem, cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis universis ad eandem spectantibus, de consensu omnium proximorum suorum, nullo penitus contradictorio apparente, vendidit et tradidit honesto viro Lipoldo consortique sue Helene et per eos ipsorum heredibus heredumque suorum successoribus iure perhempnali pacifice, quiete et irrevocabiliter tenendam, possidendam, pariter et habendam pro florenis octuaginta presentis nove monete plene persolutis et receptis ab eisdem; assumpmens nichilominus memoratus Nicolaus Fodor prefatum Lipoldum consortemque suam Helenam ipsorumque heredes et posteritates universos ab omnibus ratione dicte domus in processu temporum molestare volentibus secundum usum et consuetudinem nostre civitatis ab antiquo approbatam propriis suis laboribus expedire et expensis. In cuius rei testimonium, firmitatemque perpetuam presentes litteras sigillo nostro pendenti munimine roboratas duximus concedendas. Datum feria tertia, in octava Epiphaniarum domini, anno eiusdem millesimo quadringentesimo tricesimo nono.

1212 Buda, 1439. jan. 13.

(Bude, VIII. die epiph.) Albertus... Hungarie... rex... magnificis Stephano et Georgio de Rozgon... Posoniensis et Nitriensis comitatuum comitibus, ipsorumque castellanis et officialibus in eorum castro Cheklyz, necnon opidis seu possessionibus similiter Cheklyz et Zempcz nuncupatis, necnon tributariis in eisdem constitutis... Nostram ac... domine Elizabeth regine... prelatorumque et baronum nostrorum, scil. vicariorum veniens in presentiam Mathias dictus Nitray, officialis et procurator causarum religiosarum dominarum sanctimonialium claustri b. Marie virginis de Veteribuda et (exhibuit nobis litteras condam Nicolai de Gara regni Hungariae palatini et iudicis Comanorum 1412. jan. 4. emanatas; nos vero)... iuxta (ipsarum)... continentiam ... fidelitati vestre... mandamus..., quatenus... iobagiones iam fatarum dominarum sanctimonialium per... possessiones vestras Cheklyz et Zempcz... pro deferendis... lignis, ac laborandis vineis, vel aliis negotiis eorum expediendis pergentes, aut ad... fora venientes... ad solutionem alicuius tributi... nusquam ... astringatis, sed sinatis ipsos tam in eundo, quam redeundo... absque cuiusvis tributi vel telonii exactione... proficisci ac transire... personis rebusque et bonis eorum semper salvis...

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. secr. impressi. In superiore margine De commissione domine regine ac prelatorum et baronum vicariorum not. canc. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 9870. (Sign. ant.: Fasc. 6. No. 10.)

1213 1439. jan. 25.

(In conv. Pauli.) Nos capitulum eccl. Budensis m. comm. ..., quod ad... petitionem Elisabeth abbatisse ceterarumque conventualium monialium claustri b. virg. de Veteribuda duos ex nobis, vidl... Iacobum et Brictium... concanonicos nostros... duxissemus destinandos; tandem iidem... nobis... retulerunt, quod ipsi f. sexta... a.... conv.... Pauli[1]... ad prefatum claustrum... accedendo, dicta Elisabeth abbatissa cum ceteris sanctimonialibus... in rota, seu fenestra astando confesse extitissent, quomodo ipse... quandam domum earum lapideam in civitate Veterisbudensi reginalis[a] habitam, alias per condam relictam Gregorii litterati ipsis legatam, Mathie dicto pentec, familiari earum, tum pro quadraginta florenis presentis monete regalis... ab eodem habitis, tum etiam pro ... servitiis a diuturno tempore ipsis impensis... vendidissent...

ORIG.: Membr. cum filo sericeo rubri et coerulei coloris sig. pend. In dorso manu saec. XVI-XVII. Venditio cuiusdam domus in Veteribuda adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 13. 295. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 19. No. 18.) - REG.: Bártfai Szabó: Óbuda p. 103., nr. 129.

[1] 1439. jan. 23.

[a] recte: reginali

1214 1439. jan. 31.

(IV. die f. IV. a. Purific.) Nos capitulum ecclesie Budensis... ad... petitionem... Elisabeth abbatisse claustri b. virg. de Veteribuda... magistros Petrum et Brictium... concanonicos nostros ad audiendam fassionem eiusdem... duximus destinandos; tandem iidem... reversi nobis retulerunt, quod... f. quarta... a. f. purific. Marie... domina abbatissa in fenestra solita astando... taliter fassa extitisset: Quod ipsa quendam locum molendini claustri predicti in fluvio Calidarum aquarum habitum Anthonio vitripari et domine Katherine consorti eiusdem quousque... viverent (cum exp. caut.) pro censu... locavisset tali modo, ut iidem... in primis duobus annis... nichil solvere tenerentur, elapsis vero... duobus annis, singulis annis... usque vite eorum terminum in f. b. Michaelis archang.... quinque fl. auri puri... solvere tenerentur; ubi vero primam solutionem negligerent,... in dupplo, si secundam, similiter in dupplo, si... tertiam, in

dupplo dupplato et in ammissione... molendini convincerentur..., adiectoque, quod idem Anthonius et domina consors in molendinum dicto fluvio... tali modo construi facere deberent, ut molendinis dominarum in eodem fluvio construendis dampnum... et impedimentum non generaret... Insuper... Anthonius et domina consors eiusdem universas litteras donationales vel alias... super facto molendini in memorato fluvio habiti... cassas... commisissent, litesque... hucusque super facto molendini in memorato fluvio habiti... inter ipsos... ac abbatissam et conventum... motas condescendi fecissent...

ORIG.: Membr. cum plica et sig. de filo sericeo rubei et virid. coloris pend. In dorso Super locum molendini penes pontem lapideum pro parte monialium de Veteribuda contra Anthonium vitriparem de Buda et Katherinam consortem eiusdem adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 13.299. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 21. No. 32.)

1215 Firenze, 1439. mart. 6.

(Florentie, prid. Non. Mart., a. VIII.) Supplicat S(anctitati) v(estre, scil. Eugenio Papae IV.) fr. Georgius Blasii presb. professus monasterii s. Laurentii supra Budam ord. s. Pauli primi heremite sub regula s. Augustini degens, quatenus sibi, qui animi sui quiete et sana conscientia in dicto ordine remanere non potest, sibi ut ad alium ordinem parem... se transferre valeat... facultatem concedere... dignemini...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 355., fol. 39. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestinensis. - REG.: Mon. Rom. Vespr. III. p. 101.; Lukcsics: Dipl. pontific. II. p. 175., nr. 611.

1216 1439. mart. 10.

Litterae transmissionales iudicis et iuratorum civium civitatis Pestiensis in causa Blasii Nicolai civis Pestiensis contra Stephanum de Cassouia similiter civem Pestiensem ab ipsis diffinita Iohanni de Peren mag. tavarn. reg. praesentatae.

ORIG.: Non extat. - TRANSCR.: Iohannes de Peren mag. tavarn. reg. 1439. mart. 15. Arch. civit Poson. (Bratislava.) Listiny nr. 1092. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.)

Magnifice vir, domine noster plurimum honorande ! Litteras vestre magnificentie preceptorias super sententia inter viros providos Stephanum de Cassouia in causam attractum et Blasium Nicolai iuratum civem tamquam actorem discussa et diffinita, actorque non contentus, vestri dictamini et examini iudicii produxit appellandum. Unde prout reperimus in libro civitatis tempore Nicolai de Gyarmath alias iudicis nostri, circumspecti viri Nicolaus Fodor et alter Nicolaus Strigony[a] tempore Thome de Chaba iudicis Pestiensis iurati cives, coram prefato Nicolao de Gyarmath iudice et ipsius iuratis constituti confessi sunt, quod providus vir Stephanus de Cassouia quandam domum suam angularem, in vicinitatibus domorum Emerici institoris ab una, ex alteraque partibus relicte Michaelis Stewer carnificis existentem provide domine Anne Sclaue nostre concivisse vendidisset pro florenis centum trigintaquatuor auri tali modo, quod ipse Stephanus de Cassouia digito ad collum suum monstrando assumpsit dicens: ad collum meum assumo, quod de censu domus, qui dicitur Purkrecht, ipsam dominam contra quoslibet defendere et tueri, quia non est aliquis census super ipsa domo, qui Purkrecht nuncuparetur. Post hoc, medio tempore, domina Anna volens habere litteras civitatis privilegiales super ipsa domo, uti moris est, ipseque Stephanus de Cassouia emanari, inhibuit. Iudex et iurati tunc pro tempore existentes quesiverunt causam inhibitionis. Stephanus de Cassouia dixit: non possum purgare censum de illa domo, qui Purkrecht dicitur, si vero cum illo censu domum vult habere, teneat, ubi vero non, tunc videat. Iudex igitur et iurati tunc decreverunt, quod Stephanus de Cassouia die octavo adveniente a dicta presentium, pecuniam suam ab ea ratione domus perceptam reddat, aut litteras civitatis super ea emanari faciat. Octavo die adveniente prefatus Stephanus de Cassouia dicte domine Anne pecuniam suam reddere non curavit, ymo huius facti multi dies sunt elapsi. Fassio facta est feria sexta proxima

post festum beati Viti confessoris, anno etcetera tricesimo septimo. Modo in sede nostra iudiciaria premissa causa ventillata Blasius Nicolai conthoralis Anne a iudice predicto, videlicet Nicolao Gyarmath et suis iuratis litteras privilegiales secundum consuetudinem nostre civitatis sub sigillo pendenti petens emanari, Stephano de Cassouia audiente inhibuit dicens, ei ex parte domus quatuordecim florenos auri obligari, quibus depositis et solutis, prout ius appetit, faciat fassionem.Tandem prefatus Blasius filius Nicolai conthoralis domine Anne deponendo et solvendo predictos florenos quatuordecim Stephano de Cassouia deposuit et assignavit pleno cum effectu ambarum partium iuxta fassiones litterasque privilegiales, uti vidimus emanatas sigillo civitatis pendente per iudicem et iuratos dedisse et assignasse. Nos itaque visis litteris privilegialibus et earum tenore intellectis iudicantes decrevimus, quod non ipse Stephanus de Cassouia, sed Blasius Nicolai unacum domina Anna sua coniuge feudum seu Purkrecht dictum singulis annis persolvere debent et teneantur. Blasius Nicolai cum sua consorte non contenti ad Vestre magnificentie iudiciariam sedem appellaverunt. Presentes sigillo nostri iudicis fecimus consignari feria tertia proxima post dominicam Oculi, anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo nono.

[a] recte: de Strigonio ?

1217 — 1439. mart. 11.

Abbatissa et sorores claustri b. Mariae virg. de Veteribuda quandam vineam Nadas vocatam Mathie dicto Penthek familiari et iudici curiae ipsarum donant.

ORIG.: Membr. cum sig. hemisph. de filo viridi pend. Arch. Nat. Hung. Dl. 13.324. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 20. No. 23.) - REG.: Bártfai Szabó: Óbuda p. 103-104., nr. 130.

[N][1]os Elizabeth abbatissa alieque sorores sanctimoniales claustri beate virginis de Veteribuda omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentium notitiam habituris salutem in omnium salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire: Quod nos communi consilio maturaque deliberatione inter nos prehabita quandam nostram vineam et per consequens nostre ecclesie, in territorio possessionis prefate civitatis Veterisbudensis supra albam ecclesiam beate virginis gloriose Nadas vocatam, in vicinitatibus vinearum Nicolai dictorum[a] patika reginali et Petri Lowas in portione honorabilis capituli ecclesie beati Petri apostoli de predicta Veteribuda habitam et existentem cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis universis, videlicet loco turculari[b] ac via libera ad eandem vineam de iure spectante viro provido et honesto Mathie dicto Penthek, familiari iudicique curie nostre et per eum provide domine Elizabeth consorti sue, necnon Ladislao filio prefati Mathie a pristina sua coniuge defuncta procreato, tum pro fidelibus suis servitiis per eundem Mathiam iudicem cum prenominatis ad eundem pertinentibus a diuturno tempore nobis impensis factisque ac illatis dedissemus, donassemus et contulissemus, ymmo dedimus, donavimus et contulimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendam, possidendam, utendam, pariter et habendam nullo penitus contradictore inibi apparente eisdem antelatis et per eos eorundem heredibus heredumque suorum successoribus iure perennali, ut prefertur, tenendam et habendam in sempiterno.[c] Assumpsimus nichilominus annotatos Mathiam iudicem, necnon dominam Elizabeth consortem et Ladislaum filium ab omnibus impeditoribus seu molestare nitentibus propriis nostris laboribus et ixpensis tenere, conservare et expedire secundum usum et consuetudinem nostre ecclesie et predicte civitatis Veterisbudensis ab antiquo consuetis [d] In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras privilegiales propter maioris iustitie evidentiam pendenti[e] maiori[f] sigilli nostri munimine roboratas eisdem antelatis Mathie iudici ac Elizabeth consorti et Ladislao, ut prefertur, filio ipsorumque heredibus universis duximus concedendas. Datum feria quarta proxima' ante dominicam Letare, anno eiusdem domini nativitatis millesimo quadringentesimo tricesimo nono.

[a] recte: dicti
[b] recte: torculari
[c] recte: sempiternum
[d] recte: consuetam
[e] recte: pendentis
[f] recte: maioris

[1] Spatium vacuum latitudinis cr. duarum linearum pro littera N posterius depingenda.

1218 1439. mart. 11.

Abbatissa et sorores claustri b. Mariae virg. de Veteribuda quandam vineam Kyszelew vocatam, per ipsas recaptivatam, Nicolao dicto Patika et Margarethe consorti suae remittunt.

ORIG.: Membr. cum plica et sig. de filo rubeo pend. Arch. Nat. Hung. Dl. 13.325. (Sign. ant.: V. Buden. Monial. Fasc. 20. No. 24.) (Litterae secundum stylum proprium scriptorii sanctimonialium /mendose/ exaratae.) - REG.: Bártfai Szabó: Óbuda p. 104. nr. 131.

[N[1]]os Elyzabeth abbatissa alieque sanctimoniales claustri beate virginis de Veteribuda omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris presentium notitiam habituris salutem in omnium salvatore. Ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire: Quod provida domina relicta condam Petri litterati familiaris nostri in domo nostra apotekali vitam finivisset temporalem, in lecto sue egritudinis decumbens, licet egra corpore, mente tamen per omnia sana, habita salubri confessione prius et sacramenta ecclesiastica[a] premunita, coram providis viris Martini pellificis[b], Dominici[c] de Garanch, Demetrii Sclaui[i], item religiosi[e] et discreti[f] virig fratris[h] Anthonii[i] predicatoris[k] nostri[l], Mathieque[m] plebani[n] ecclesie beate Margarethe virginis parochialis de dicta Veteribuda specialiter advocatis inter alias suas testamentarias dispositiones talem condidisset testamentariam dispositionem: Primo quandam suam vineam Kyszelew vocatam, in territorio possessionis prefate civitatis Veterisbudensis supra albam ecclesiam in vicinitatibus vinearum nostrarum ab una parte, siquidem ex altera Iohannis pellificis de Calidis aquis superioribus habitam et existentem, cum omnibus suis utilitatibus et pertinentiis universis, videlicet loco turculari[o] ac via libera ad eandem vineam de iure spectantem[p]; item omnia bona sua mobilia et immobilia, videlicet clenodia muliebria et pertinentias domorum, necnon lectisternia provido Nicolao dicto Patika et domine Margarethe consorti sue suisque filiis et filiabus ipsorumque posteris pro fidelibus tum ipsorum servitiis queque meritoriis, ob respectum etiam dei omnipotentis et beate gloriose genitricis eiusdem virginis benedicte legavisset et commisisset, ymmo legaverat et commiserat iuxta prescriptorum fassionis evidentiam. Quam quidem vineam religiosa domina Clara abbatissa dignitate sue abbatisse prout fungebatur tempore dispositionis domine testamenti ab eisdem Nicolao et domina Margaretha consorte prohibens recaptivasset pro casu, quo eandem vineam prefatus Petrus litteratus de rebus et bonis huius nostre ecclesie tempore suorum servitiorum habuisset et emisisset. Supplicantes exinde prenominati Nicolaus et domina Margaretha consors eiusdem nostre gratiositati humiliter ac devote, ut eandem vineam ratione testamentali, ut prefertur, eis legatam et commissam, ob respectum ipsorum servitiorum eisdem, ut premittitur, remittere et resignare dignaremur. Unde nos humillimis precibus et supplicationibus prescriptorum Nicolai et domine Margarethe benigne exauditis, ob favorem divine retributionis et salutem animarum nostrarum, ob respectum, quam[q] vineam salvatoris eiusque virginis gloriose anhelamus, eandem eisdem committimus, relaxamus, remittimus et resignamus, [imo] commisimus et resignavi[mus iure perp]etuo et irrevocabiliter tenendam, possidendam, pariter et habendam, nullo penitus contradictore apparente. Assumpsimus siquidem sepefatos Nicolaum et dominam Margaretham consortem eiusdem in dominio predicte vinee ab omnibus impeditoribus seu molestare volentibus propriis nostris laboribus et expensis tenere, conservare et expedire secundum usum et consuetudinem nostre ecclesie predicte et civitatis Veterisbudensis ab antiquo consuetis[r] ante diem ipsorum mortis quo[s], ut predicitur, ipsorum placuerit voluntati, faciendi et disponendi. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem

presentes litteras nostras privilegiales propter maioris iustitie evidentiam maioris pendentis sigilli nostri munimine roboratas eisdem Nicolao domineque Margarethe consorti sue ipsorumque posteritatibus duximus concedendas. Datum feria quarta proxima ante dominicam Letare, anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo nono.

[a] recte: sacramentis ecclesiasticis - [b] recte: Martino pellifice - [c] recte: Dominico - [d] recte: Demetrio Sclauo - [e] recte: religioso - [f] recte: discreto - [g] recte: viro - [h] recte: fratre - [i] recte: Anthonio - [k] recte: cantore - [l] recte: nostro - [m] recte: Mathiaque - [n] recte: plebano - [o] recte: torculari - [p] recte: spectante - [q] recte: quo - [r] recte: consuetam - [s] recte: quod

[1] Spatium vacuum latitudinis cr. duarum linearum pro littera initiali N posterius depingenda.

1219 Buda, 1439. mart. 13.

(Bude, LX. die oct. Epiph.) Nos Stephanus de Bathor iudex curie... domini Alberti... Hungarie... regis m. comm. t. pr. quibus expedit universis, quod cum inter Capitulum eccl. Strigoniensis ab una et... Ladislaum de Chetnek gubernatorem cruciferatus eccl. b. regis Stephani de Zenthkyral et conventum loci eiusdem parte ab altera ratione... exactionis tributorum in... Strigonio ac possessione Dorogh exigi solitorum... capituli Strigoniensis, necnon vadi seu portus Danoby in... Zenthkyral habiti... eccl. b. regis Stephani... diverse controversie fuissent suborte, propter quas... dampna et nocumenta in alterutrum et etiam plurimis mercatoribus et aliis viatoribus cis illas partes proficiscentibus per tributarios dicti capituli sepe sepius irrogata... extitissent..., tandem nobis in octavis f. Epiph. domini[1] unacum prelatis et baronibus ac magistris, nostro scil. et palatinali prothonotariis, aliisque quampluribus iuris peritis nobiscum in sede nostra iudiciaria consedentibus... magister Emericus de Simigio canonicus dicte eccl. Strigoniensis pro... capitulo loci eiusdem... ab una, parte vero ex altera prefatus dominus Ladislaus de Chetnek gubernator dicti cruciferatus pro se et pro dicto conventu frater Paulus prior... in nostram et eorundem prelatorum et baronum regni veniendo presentiam, expositisque... eorum contentiosis actitamentis... inter eos... emersis primo... procurator... capituli... tributum in portu ville Kakath archiepiscopali a mercatoribus undique venientibus exigi solitum simulcum tributo fori civitatis Strigoniensis per... Andream regem Hungarie... capitulo Strigoniensi datum... extitisse exhibitione... litterarum... eiusdem... regis anno ... millesimo ducentesimo quindecimo emanatarum[2], denique... Ladislaus de Chetnek ac... Paulus prior dicti conventus (in) personis universos iobagiones dicti cruciferatus in Zentkyral, alio nomine Obony residentes a solutione quorumlibet tributorum ubique in regno Hungarie existentium per... Belam regem tertium... exemptos fuisse ac eidem ecclesie de Zenthkyral duodecim naves portuales, que carine dicuntur, datas extitisse similiter exhibitione... litterarum privilegialium... Stephani regis Hungarie anno... millesimo ducentesimo septuagesimo primo pridie Nonas Augusti... exortarum[3]... tenorem litterarum prefati Bele regis tertii anno... M° centesimo octoagesimo primo editarum[4]... realiter declarantium (comprobantes), nos ac prefatos prelatos et barones... postularunt, ut omnes... controversias... inter ipsas ecclesias ratione previa subortas... per viam iuris complanaremus.... Unde nos ... pro pace perpetua inter easdem ecclesias firmanda et tranquiliori ac securiori progressu omnium mercatorum et aliorum quorumlibet hominum versus dictum vadum in... Zenthkyral habitum ac ad loca dictorum tributorum... capituli proficiscentium omnibus... discessionibus... sopitis... inter prefatum capitulum ac... Ladislaum de Chethnek et conventum... tali moderamine duximus limitandum, ut universi mercatores et alterius cuiusvis status homines tributa solvere debentes de partibus inferioribus, puta per viam de Buda versus... Strigonium ducentem proficisci volentes, derelicta ipsa via, per aliam viam, scil. obliquam inter ... civitatem Strigoniensem ac... villam Dorogh existentem... ad possessionem Zenthkyral ... tributa capituli locis in predictis exigi solita surripere machinando proficisci voluerint, talesque in dicta via obliqua et falsa per tributarios ... capituli reperire poterint, pena non soluti tributi per tributarios puniantur; ubi vero iidem manus... tributariorum evadendo ad

possessionem Zenthkyral pervenerint et ante ingressum navis in... portu... in Zenthkyral habito per officialem seu villicum... ville ad requisitionem... tributariorum arrestati fuerint, tales simulcum universis rebus et bonis eorum... Ladislaus de Chetnek et conventus aut... officialis et villicus eorundem manibus... tributariorum iuxta regni consuetudinem corrigendos dare et assignare teneantur; ubi vero iidem ante arrestationem... tributariorum navem ascendi seu ingredi poterint, liberam sine omni impedimento habeant transfretandi facultatem; de ulteriori autem salvo progressu cum tributariis de Kakath constitutis, si maluerint, disponant. Quicunque vero mercatorum et aliorum hominum ad... Strigonium vel ad Dorogh accesserint, tales ibidem persoluto tributo et signeto tributariorum more solito pro se percepto, ad... possessionem Zenthkyral et ad vadum ibidem habitum, si voluerint, libere et secure proficiscantur, aliter autem faciendo, puta dicta tributa non solvendo, vel signeta... a... tributariis non recipiendo, per tributarios in itinere ad... vadum in Zenthkyral habitum, aut in eodem vado reperti et arrestati fuerint, dicta pena non soluti tributi condepnentur; universi autem de partibus superioribus cis Danobium descendentes et ad vadum in Zenthkyral habitum accedere volentes, ad loca... tributorum in dictis Strigony et Dorogh exigi solitorum ire non cogantur, sed in dicto vado absque omni tributaria solutione libere transfretentur. Item omnes iobagiones prefati cruciferatus in quibusvis possessionibus eiusdem commorantes, exceptis populis et iobagionibus in... Zenthkyral residentibus, qui ab omni solutione tributaria exempti fore perhibentur, more ad instar aliorum hominum et mercatorum in locis tributorum... capituli solitum tributum perpetuis temporibus solvere teneantur...

ORIG.: Membr. cum plica et fragm. sig. de filo sericeo viridi pend. In dorso manu (probabiliter) saec. XVI. (litteris minoribus) per modum compositionis (et lit. maioribus) sententia super facto tributa Strigoniensis et Dorog cum cruciferis de sancto Rege adnot. sunt scrintae. Arch. Capit. Strigon. Priv. Lad. 25., fasc. 2., nr. 4. - TRANSCR.: Mathias I. rex Hung. 1460. apr. 18. Arch. Capit. Strigon. Priv. Lad. 47., fasc. 4., nr. 1.

[1] 1439. jan. 13.
[2] 1215. Mon. eccl. Strig. I. p. 207. - Szentpétery: Reg. Arpad. nr. 300.
[3] 1271. aug. 4. Szentpétery: Reg. Arpad. nr. 2097.
[4] Hazai okmt. VIII. p. 9. 1181.

1220 — 1439. mart. 15.

Iohannes de Peren, magister tavarnicorum regalium sententiam diffinitivam iudicis et iuratorum civium civitatis Pestiensis in favorem Stephani de Cassovia in causam attractum contra Blasium filium Nicolai in facto census cuiusdam domus angularis in eadem civitate habitae latam cum Budensis, Pestiensis et Strigoniensis civitatum iudicibus et iuratis civibus secum pro tribunali sedentibus in favorem actoris emendat.

ORIG.: Membr. cum duabus incisuris pro filo sericeo vel zona membr. sig. pend. Arch. Civit. Poson. (Bratislava.) Chart. nr. 1092. (Arch. Nat. Hung. Filmotheca.) - REG.: Inventár. nr. 1611.

Nos Iohannes de Peren, magister thauarnicorum regie maiestatis memorie commendamus, quod nobis sabbatho proximo ante dominicam Letare[1] unacum Budensis, Pestiensis et Strigoniensis civitatum iudicibus et iuratis civibus ceterisque regni nobilibus pro faciendo moderativo iudicio causantibus pro tribunali sedentibus circumspectus et providus vir Blasius Nicolai, civis et inhabitator civitatis Pestiensis contra providum virum Stephanum alias de Cassovia, nunc similiter civem prefate civitatis Pestiensis de medio aliorum causidicorum nostram exurgens in presentiam, nobis, ad litteratorium mandatum, litteras iudicis et iuratorum civium civitatis prefate Pestiensis transmissionales presentavit, quarum tenor sequitur et est talis: (Vide nr. 1216. Magistratus civitatis Pestiensis 1439. mart. 10.) Post quarum quidem litterarum exhibitionem et continentiarum earundem revisionem partiumque propositionibus et responsionibus allegationibusque in alterutrum

coram nobis et nostris coassessoribus propositis et obiectis, superindeque mature tractantibus, nobis et dictis nostris coassessoribus perspicue agnoscebatur, quod dicti iudex et iurati cives prefate civitatis Pestiensis in ipso iudicio, utputa feria sexta proxima post festum beati Viti anno etc(etera) tricesimo septimo[2] ipsis partibus amministrato, scilicet ut ipse Stephanus de Cassouia prefatos centum et viginti quatuor[a] florenos deponere debuisset, secundum quod in litteris eorundem adiudicatoriis, presentibus de verbo ad verbum inscriptis clarius contineri vidimus, verum et iustum iudicium iustitiamque inter partes predictas idem iudex et iurati cives eiusdem civitatis Pestiensis tulissent ; verum quia ipse Stephanus de Cassovia huiusmodi ipsam solutionem in ipso termino ipsi prefixo minime adimplevit; etiam quia ipsos quatuordecim florenos puri auri, quibus idem prenominatus Blasius Nicolai ratione domus debitor extiterat coram ipsis iudice et iuratis civibus ipsius civitatis Pestiensis ad assertionem ipsius Stephani depositos ad se recipiendo nullam aliam causam tempore prohibitionis emanationis litterarum super ipsa emptione et compositione domus faciendo; etiam quia ipsa huiusmodi dispositio super ipsa domo per ipsum Stephanum iuramento erat firmata, quod iuxta iuris equitatem servare debuit, ob hoc causis et rationibus ex premissis nobis et nostris coassessoribus nobiscum in iudicio considentibus idem Stephanus de Cassovia ad tenendum eundem Blasium Nicolai in pacifico dominio ipsius domus pure et simpliciter absque aliquali census vulgo Purkrecht solutione compelli debere agnoscebatur, pro eo iudicantes commisimus eomodo, ut annotatus Stephanus alias de Cassovia censum ex parte ipsius domus prefati Blasii per eundem Stephanum eidem vendite provenire debentem quousque vixerit persolvere, quod si eundem ex hac vita decedere contigerit, extunc is, ad quem bona sua hereditaria devoluta fuerint persolvere debeat et teneatur. Quod si non fecerit, extunc prenominatus Blasius iuxta estimationem iudicis et iuratorum civium civitatis Pestiensis de rebus et bonis ipsius Stephani tantam habeat occupandi facultatem, ratione quorum ipse census exsolvere poterit et valebit, harum litterarum nostrarum testimonio mediante. Datum Bude sequenti die termini prenotati, anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo nono.

[1] Mart. 14.
[2] 1437. jun. 21.

[a] Verbum abrasum ?

1221 — 1439. (mart. 20.[1])

Iudex et iurati cives civitatis Veterisbudensis quandam domum lapideam in civitate reginali Veterisbudensi habitam ad litteratorium mandatum dominae Elisabeth reginae se magistris Iohanni et Ladislai, filiis condam Iacobi litterati, civis eiusdem civitatis, alias castellani castri Strigoniensis perpetuo possidendam statuisse fatentur.

ORIG.: Membr. valde lacera cum plica et duabus incisuris pro filo sericeo vel zona membr. sig. pend. iam deperditi. Arch. Conv. Jaszov. Publ. Statut. Lit. I., fasc. 2., nr. 39. - REG.: Fejér: CD. XI. p. 397.

Nos Dyonisius dictus Tolway iudex ac Nicolaus de Erdel, Symon Zegy, Benedictus magas et Brictius (?)...[1] iurati [ceterique cives civitatis] Veterisbudensis memorie commendantes tenore presentium significamus quibus expedit universis, quod ea, que in tempore aguntur, ne simul cum temporis...[2] et oblivioni...[3], [an]tiquorum invenit prudentia et modernorum comprobat discretio, ut in signum perpetue memorie testimonio litterarum roborentur. Proinde ad luniversorum notitiam [harum serie volumus] pervenire, [quod nos receptis litteris] serenissime principis...[4] domine Elizabeth regine Hungarie, Dalmatie, Croatie, Austrieque et Stirie ducisse, necnon marchionisse Moravie, domine...[5] donationalibus nobis preceptorie loquentibus et directis pro parte magistrorum Johannis et Ladislai filiorum condam Jacobi litterati civis civitatis eiusdem, alias castellani castri Strigoniensis emanatis et confectis, iuxta [ipsarum continentiam]...[6] ad faciem domus lapidee eorundem magistrorum Johannis et Ladislai in civitate eiusdem domine regine Veteris-

budensi [existentem] et habitam accessissemus, eandemque domum lapideam iuxta [continentiam dictarum litterarum eiusdem] domine regine prefatis magistris Johanni et Ladislao fratri eiusdem ipsorumque heredibus et posteritatibus universis s[tatuimu]s perpetuo possidendam, tenendam, pariter et habendam, nullo penitus contradictore [apparente]. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem presentes litteras nostras privilegiales pendentis et autentici s[igilli nostri mu]nimine roboratas duximus concedendas. Datum sexto decimo (?) die [statutionis] prenotate, anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo nono.

1-6 Lectio seu coni. E. Mályusz. Coll. Reg. Ms. Mus. Civit. Budapestiensis.

1 Unum vocabulum non est legibile.
2 Duo vocabula non sunt legibilia.
3 2-3 vocabula non sunt legibilia.
4 Unum vocabulum non est legibile.
5 Duo vocabula non sunt legibilia.
6 3-4 vocabula non sunt legibilia.

1222 Buda, 1439. maj. 28.

(Bude, f. V. p. penthec.) Nos Albertus... Hungarie... rex... m. comm. t. pr. signif. quibus exp. univ., quod... Benedictus litteratus filius Iohannis filii Salomonis de Fornas, alias de Peczel... exhibuit... nobis... litteras... domini Georgii archiepiscopi ecclesie Strigoniensis, eotunc vicarii... regni... Hungarie ac iudicis causarum in presentia palatinali vertentium honore palatinatus protunc vacante per condam... dominum Sigismundum... Hungarie regem deputati privilegiales, mediantibus scil. quibus Iohannes litteratus filius Benedicti dicti Syke de... Peczel onere nobilis puelle Elena vocate, filie sue, super se assumpto, tum pro servitiis ipsius Benedicti litterati... dicto Iohanni Syke ad nutum... sue voluntatis exhibitis, tum etenim pro centum flor. auri per eundem Benedictum annotato Iohanni Syke datis... eidem Benedicto litterato, veluti legitimo et proprio filio suo, directam et equalem partem portionum suarum possessionariarum in possessionibus Peczel..., necnon Syra, Dwsnok, Kerthweles, Nandor, Chemwr, Wechech, Rada, Besenew, Thywadar, Gyosdacz et Lazar in Pestiensi; item Kesew et Kwrmosd in Pilisiensi, necnon Berser et Zwhaa in Neugradiensi, ac Kwkenesfew appellatis in Tolnensi comitatibus habitis sub... conditionibus... in tenore... litterarum... domini Georgii archiepiscopi... specificatis dedisse et perpetuasse dinoscitur... supplicans idem Benedictus litteratus maiestati nostre ..., ut ipsas litteras... ratas... habendo premisse donationi... annotate medietatis prefatarum portionum possessionariarum per... Iohannem Syke sibi... factis, aliisque... in tenore earundem litterarum contentis... nostrum regium consensum... prebere dignaremur... Quarum... tenor talis est: (Vide nr. 1076. Georgius archiep. Strigoniensis vicariusque regni Hungarie ac iudex in causis in presentia palatinali vertentibus 1434. aug. 2.) Nos igitur... supplicationibus annotati Benedicti litterati... exauditis... premissas litteras... domini Georgii archiepiscopi privilegiales... presentibusque litteris nostris patentibus... insertas quoad omnes ipsarum clausulas et articulos... ratas... habendo, premisse donationi... dicte... medietatis prescriptarum portionum possessionariarum... Iohannis Syke per eum... Benedicto litterato... factis, ac aliis... in eisdem litteris... specificatis nostrum regium consensum... prebuimus..., ymmo prebemus... salvo iure alieno...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. impresso. In superiore margine et sub sigillo Relatio Henrici filii wayuode de Thamasy, magistri curie not. canc. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 13. 280. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 174. No. 11.)

1223 Buda, 1439. maj. 28.

(Bude, f. V. a. trinit.) Nos Albertus... rex... Hung. ... m. comm., quod... egregius Ladislaus Farkas filius condam Petri similiter Farkas de Deed nobis exponere curavit...: Quomodo rumoribus certis per quosdam vilis reputationis ruralis et kathanate conditionis homines die sabbati proxima ante festum penthecostes proxime transactum[1] in hac civitate nostra Budensi, protunc maiestate nostra ac serenissima domina Elyzabeth regina contho-

rali nostra carissima, prelatis etiam et baronibus nostris in castro nostro Budensi nobiscum existentibus tractatus mutuo pro utilitate et defensione eiusdem regni nostri Hungarie facientibus exortis et suscitatis, nonnulle littere et litteralia sua instrumenta factum... possessionum suorum tangentes et concernentia per ipsum causa tutioris conservationis apud quendam Ladislaum Erdy iuratum civem eiusdem civitatis nostre et in domo ipsius reposite simulcum rebus et bonis dicti Ladislai Erdi ac aliorum nonnullorum nostrorum civium eiusdem civitatis nostre Budensis signanter theuthonicorum in huiusmodi rumoribus per quosdam malefactores rapte et asportate ab ipsisque alienate essent et dispersa; formidaretque idem Ladislaus Farkas ex huiusmodi deperditione et alienatione ipsarum litterarum... ab ipso suisque heredibus successu temporis... possessionum suarum alienationem posse contingere. Propositis itaque memoratus Ladislaus Farkas suis preclaris fidelitatibus et fidelium servitiorum meritis... suas possessiones... nove nostre donationis titulo... sibi dari... supplicavit. Unde nos... directas et equales medietates possessionum Karwa et Sarkan... ac prediorum Dyozaad, Kyskarwa et Segenye... in comitatu Strigoniensi memorato Ladislao Farkas ipsiusque heredibus et posteritatibus sexus utriusque nove nostre donationis titulo duximus conferendas...

ORIG.: Membr. cum fragm. sig. secr. rubei coloris inferiori margini appresso. In superiore margine legitur: De commissione domini regis, quae verba sub. sig. fusius sic iterantur: Commissio propria domini regis domino archiepiscopo Strigoniensi referente. Arch. Nat. Hung. Dl. 39.235. - COPIA SIMPL.: Arch. Nat. Hung. Dl. 69.180. (Arch. famil. Krumplanicz.)

[1] Maj. 23.

1224 Buda, 1439. maj. 30.

(Bude, sab. s. Trinit.) Nos prelati, barones et nobiles nunc in hac civitate Budensi constituti, totum regni Hungarie corpus representantes, notificamus per hec scripta, quibus incumbit universis, quod cum hiis diebus novissimis... dominum Albertum Romanorum... ac Hungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatie etc(etera) rex... de quibusdam exteris sue ditionis regionibus ... ad hoc regnum suum Hungarie regrediendo in hac sua civitate Budensi repausasset, tandem nobis... ad suam maiestatem undique ex omnibus eiusdem regni sui partibus istac... convenientibus inter alia... decreta et constitutiones priorum regum Hungarie, suorum predecessorum ac huius regni consuetudinem in certis punctis ... moderari atque articulos infra in tenore litterarum ipsius domini regis limpide contentos... a sua nobis concedi unanimiter postulavimus maiestate. Quarum quidem litterarum sue serenitatis continentia per omnia sequitur in hec verba:

(Decretum 29. mai 1439.[1])

Unde quia prefatus... dominus noster rex ex hiis, que premittuntur, ... supplicationibus nostris exauditis premissos articulos et ea, que in eis continetur, nobis et toti regno suo pretacto de consensu... domine Elizabeth regine, conthoralis sue ... annuit et concessit, concessosque roboravit, ideo... spondemus prefatis domino nostro Alberto regi et domine regine sue conthorali... fidelitatem illibatam in omnibus eis beneplacitis irrefragibiliter observare...

ORIG.: Membr. cum quinquagintasex (originaliter sexagintaquatuor) de fasciolis dupl. caud. pend. Haus-, Hof- u. Staatsarch., Wien. Ung. Urkunden, Nr. 96. - ED.: M. G. Kovachich: Vest. p. 228-230.; J. N. Kovachich: Sylloge I. p. 56-59.; Fejér: CD. XI. p. 243-244, 257-259.; Dőry-Bónis-Bácskai: Decreta p. 301-303. - COMM.: Mályusz: Hunyadi p. 74., not. 118.; Bónis: op. in ED. cit. p. 30.

[1] Vide ap. Bónis, op. in ED. cit. p. 283-300.

1225 1439. jun. 23.

(F. III. a. nat. Ioh.) Nos capitulum eccl. Budensis m. comm., quod Iohannes fil. condam Andree litterati de Capy in sua ac nob. dominarum Anna matris et Elizabeth consortis, necnon Stephani et Andree fil. eiusdem Iohannis personis... Albertum regem ac Elizabeth reginam Hung. a...collatione...duarum domorum in civitate Budensi in loco sabbati, in vicinitatibus domorum relicte...Iohannis fil. Thome ab una et animarum parte ab altera habitarum, in quibus nunc Iacobus et Franciscus iudei inhabitarent, eidem Iacobo et Francisco iudeis ac aliis quibuslibet venditione, impignoratione..., ipsosque Iacobum et Franciscum iudeos ac alios...in dominium dictarum domorum...intromissione et sibiipsis appropriatione, usuum...et...utilitatum perceptione...prohibuit coram nobis...

ORIG.: Chart pap. cum fragm. sig. tergo impressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 13.441. (Sign. ant.:Arch. famil. Kapy K. fasc. III. nr. 76.) - ED.: Magyar-zsidó oklt. V/1. p. 40. - REG.: Pataki: Bud. Rég. XV(1950)p. 212., not. 66.

1226 Buda, 1439. jun. 24.

(Bude, in nat. Ioh.) Nos Albertus...rex...Hung. ... ad...servitiorum merita... egreg. Laurentii, Iohannis, Rynoldi et Oswaldi fil. cond. Iohannis de Rozgon mag. tavarn. reg. ...respectum habentes, quandam domum lapideam acialem propius circa castrum nostrum Budense ex opposito domus Fryczpalothaya appellate, in civitate nostra Budensi... habitam, simulcum omnibus suis edificiis ac...utilitatibus et pertinentiis...memoratis Laurentio, Iohanni, Rynoldo et Oswaldo ipsorumque heredibus...contulimus...perpetuo... possidendam...

ORIG.: Membr. cum sig. secr. rubei coloris inferiori margini appresso. In superiore margine:Relatio Georgii Groff de Bozyn magistri pincernarum regalium not. canc. legitur, quae sub sigillo iteratur, in dorso vero Littere super domum Budensem in opposito Fryczpalotaya existentem adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 13.406. (Sign. ant.:N. R. A. Fasc. 577. No. 15.)- REG.: Pataki: Bud. Rég. XV(1950) p. 297., not. nr. 103.

1227 1439. jun. 26.

(Bude, f. VI. p. nat. Ioh. bapt.) Albertus...Hungarie rex...prelatis, baronibus, comitibus, castellanis, nobilibus ipsorumque officialibus, item civitatibus, oppidis et liberis villis ipsarumque rectoribus, iudicibus et villicis...Fidelitati vestre...mandamus, quatenus dum et quando ac quotienscunque...providus Erasmus Czigenüsel dictus, civis s oppidi nostri Buda vocati, aut homines seu familiares sui proprii...pro victuum suorum necessaria aquisitione diversa climata regnorum nostrorum perlustrantes simulcum rebus et bonis suis mercimonialibus seu aliis quibuscunque ad vestras terras, tenutas, possessiones, honores, officiolatus, aut vestri in medium pervenerint, extunc eundem Erasmum Czigenüsel familiaresque suos...ad quorumvis instantiam in personis iudicare vel vestro astare iudicatui compellere resque et bona sua mercimonialia et alia quecunque arrestare seu prohiberi facere nusquam et nequaquam presumatis,...signanter pro debitis, delictis et excessibus aliorum. Si qui enim quidquam actionis vel questionis contra prefatum Erasmum aut pretactos suos familiares habent vel se habere sperant, hii id in presentia iudicis et iuratorum civium dicti oppidi nostri Buda appellati legitime prosequantur, ex parte quorum idem iudex et iurati cives omni contra ipsos querulanti meri iuris et iustitie ac debite satisfactionis complementum exhibere tenebuntur, prout dictaverit ordo iuris...

ORIG.: Membr. cum vestigio sig. secr. impressi. In superiore marg. et sub sig. De commissione domini regis not. canc. legitur. Arch. Nat. Hung. Dl. 13.409. (Sign. ant.: N. R. A. Fasc. 947. No. 1.)

1228 Firenze, 1439. aug. 8.

(Florentie, VI. Id. Aug., a. IX.) Sanctissime pater ! (scil. Eugenius papa IV.) Cum monasterium s. Pauli primi heremite alias s. Laurentii prope Budam Vespr. dioc., in quo corpus... eiusdem s. Pauli requiescit, propter huiusmodi sancti reverentiam inter ceteras ecclesias et monasteria regni Vngarie devotione insignitius habeatur, ad ipsumque ...Christi fidelium multitudo confluat..., incessanter conservatione et reformatione indigeat non modicum sumptuosa, pro parte igitur... Elizabeth regine Romanorum ac Vngarie ... supplicatur, quatenus omnibus vere penitentibus..., qui monasterium ipsum et... huiusmodi venerabile corpus... visitaverint et ad ipsius monasterii conservationem et reformationem adiutrices manus porrexerint, plenam remissionem omnium suorum peccaminum... septem annorum et totidem quadragenarum indulgentiam... dignemini... concedere...

ORIG.: Arch. Secr. Vatican. Reg. Suppl. Liber 360., fol. 263-263^{v}. - PHOTOCOPIA: Coll. Mus. Hist. civitatis Budapestiensis. - REG.: Mon. Rom. Vespr. III. p. 108.; Lukcsics: Dipl. pontific. II. p. 185., nr. 663.

1229 Pécsvárad, 1439. aug. 11.

(in mon. Pechwarad., undeccima Augusti.)... Francisco ecclesie s. Clementis presbitero domini... pape et Dominico ecclesie s. Marie in via lata diacono sacri collegii ...cardinalium camerariis, sancteque Romane ecclesie cardinalibus... Gregorius de Egerzegh decr. dr., archidiac. de Baranya, canonicus ecclesie Quinqueecclesiensis... et domini Henrici episcopi Quinqueecclesiensis in spiritualibus vicarius et auditor causarum generalis, executor in hac causa principalis et Caspar Calstroph archidiac. de Regey et in... Quinqueecclesiensi (ecclesia) canonicus per prefatum... dominum... episcopum... ad exequendum... infrascripta specialiter subdelegati... ad vestrarum... paternitatum notitiam deducimus per presentes, quod die... nona... Aprilis... in castro Quinqueecclesiensi littere preceptorie vestrarum... paternitatum coram notario publico fuerunt presentate, quas ... volentes... exequi..., ideo die ... altera immediate tunc sequenti accessimus ad monasterium et oppidum Pechwaradiense, ibique primo... dominum Petrum... abbatem, deinde convocando citavimus quamplures modernos et antiquos priorum abbatum dicti monasterii fructuum collectores, qui... de redditibus, proventibus, fructibus, obventionibus et emolumentis... monasterii examinavimus coram notario publico et testibus... et per huiusmodi examen tam ex regestis, quam ex depositionibus citatorum comperimus, quod aliquibus annis plus, a liquando minus quam infrascriptum est pretacto monasterio in redditibus et fructibus provenisset et ideo... annum... CDXXXVIII. ingressionis in abbatiam dicti domini Petri abbatis annum communem estimavimus. Sequitur ideo regestum et nota fructuum... supradictorum..., (secundum quod)... decima vini Budensis iam dicto anno fecit centum viginti florenos auri in arendationibus et conventionibus... Acta... sunt hec... anno domini MCDXXXIX... undecima... Augusti, hora tertia vel quasi, in stuba maioris habitationis dicti domini abbatis, pontificatus... anno nono coram notario subscripto et testibus vidl. Iohanne Comestoris, Gregorio s. Petri ecclesiarum parochialium plebanis, Iohanne Byroin et altero Iohanne Swan et Michaele oppidanis... oppidi Pechwaradiensis...

ORIG.: Membr. cum sig. executorum et testium signoque et subscriptione Gregorii Istica de Puluit cler. Zagrabiensis dioc. publ. imp. auct. notarii. Arch. Vatican. Diversorum Cameralium Tom. XX. p. 134. - ED.: Fejér: CD. XI. p. 371-375.

1230 Kisd, 1439. aug. 15.

(In villa Kysdy, in nostro progressu exercituali, in assumpt.) Elisabeth... regina Hung. ...iudici et iuratis civibus civitatis nostre Soppronienses... Intimat nobis... Ladislaus Farkas iudex civit. nostre Budensis et comes tricesimarum nostrarum..., quomodo vos... quosdam familiares suos... in loco tricesimarum nostrarum in... Sopronio... constitutos... captivassetis volentes ipsos proprio vestro iudicio diversorum tormentorum suppliciis exterminare. Et licet ipsi litteras nostras in eo, ut nullus... iudicum... familiares comitum

tricesimarum... tamdiu, quousque ipsi in... servitiis... tricesimarum nostrarum fuerint constituti... audeat iudicare... vobis exhibuerint, tamen vos... familiares... Ladislai Farkas... de vestris vinculis nequaquam relaxassetis, sed eos propria vestra auctoritate morti tradere velletis contra libertatem tricesimarum nostrarum... Unde... fidelitati vestre districtissime... mandamus, quatenus mox visis presentibus in presentiam prefati Ladislai Farkas ad Budam accedatis... familiares suos... per vos detentos in presentiam eiusdem illesos adducturi...

ORIG.: Non extat. - COPIA SIMPL.: Chart pap. manu coaeva exarata. Arch. civit. Sopron. Dl. 1046. Extus eadem manu: littera reginalis ex parte civitatis Soproniensis et Ladislai Farkas. - ED.: Házi: Sopron tört. I/3. p. 186-187.

1231 — 1439. sept. 29.

(In Michaelis.) Nos capitulum eccl. Budensis m. comm., quod Stephanus litteratus de Fok procurator... sanctimonialium claustri b. Marie virg. ... de... Veteribuda... in personis earundem... Albertum regem Hung. ..., necnon Elizabet reginam... a donatione ... loci molendini in fluvio superiorum Calidarum aquarum prope eccl. s. Spiritus in comitatu Pilisiensi... existentis cum... suis utilitatibus..., Michaelem de Zereth et alios... ab occupatione... et sibi ipsis appropriatione... prohibuit... coram nobis...

ORIG.: Chart. pap. cum loco sig. tergo impressi. In dorso manu XVI-XVII. Prohibitoria molendini adnot. est scripta. Arch. Nat. Hung. Dl. 13.441. (Sign. ant.: Mon. Poson. Fasc. 60. No. 20.)

1232 — Óbuda, 1439. nov. 10.

(Veterisbude, in vig. Martini.) Nos Valentinus lector et canonicus ecclesie Budensis, necnon iudex commissarius... per... Georgium archiepiscopum specialiter deputatus damus pro mem., quod iuxta continentiam litterarum nostrarum citatoriarum et... Nicolai de Berenicze (?), Valentini de Pereslen et Petri de Gerken ecclesiarum plebanorum facte citationis relatorie feria secunda... a. festum s. Martini confessoris, mane, hora causarum, nobis ad iura reddenda sedentibus,... Franciscus archidiaconus Saswariensis et canonicus eccl. Strigoniensis, suo et procuratorio nomine prepositi et capituli eccl. Strigoniensis predicte... ad nostram iudiciariam accedens presentiam, et dictas litteras nostras citatorias pariter et relatorias exhibuit... contra... Valentinum prepositum et conventum eccl. de Saag, pro quibus frater Paulus prepositus claustri de Insula leporum, ord. premonstratensis... comparuit, copiamque ipsius littere relatorie ... terminum(que) ad docendum et ad respondendum ad proposita... domini Francisci... in causa decimarum vinorum coram nobis pendente et eorum occasione (sibi) dari postulavit; nos vero... copiam dicte relatorie ipsi fratri Paulo... dedimus, et causam eandem ad octavum diem datarum presentium... ad premissos actus fiendos duximus prorogandam...

ORIG.: Chart. pap. cum vestigio sig. annulei virid. col. sub textu appressi. Arch. Nat. Hung. Dl. 25.955. (Sign. ant.: Actorum ecclesiasticorum causalium Fasc. 60. No. 21.)

CONSPECTUS LIBRORUM

Alapi	Komáromvármegye levéltárának középkori oklevelei. Ed.: Alapi Gyula. Komárom, 1917.
Áldásy, Bud. Rég. VII(1900).	Áldásy Antal: A baseli zsinat áthelyezése Budára. (In: Budapest Régiségei. VII(1900). 101-114.)
Bácskai-Bónis-Dőry, Decreta	Bácskai Vera-Bónis György-Dőry Ferenc: Decreta regni Hungariae 1301-1457. Bp. 1976. (Publicationes Archivi Nationalis Hungarici 2. Fontes 11.)
Bakács, Iratok	Bakács István: Iratok Pest megye történetéhez. Oklevélregesztáik 1002-1437. Bp. 1982. (Pest megyei Levéltár - Pest megye multjából 5.)
Bánffy	Oklevéltár a Tomaj-nemzetségbeli losonczi Bánffy-család történetéhez. Ed.: Varju Elemér, Iványi Béla. I-II. Bp. 1908-1928.
Bártfai Szabó, Óbuda	Bártfai Szabó László: Óbuda egyházi intézményei a középkorban. Bp. 1935.
Bártfai Szabó, Pest megye	Bártfai Szabó László: Pest megye történetének okleveles emlékei 1002-1599. Bp. 1938.
Bevilaqua Borsody, Budai és pesti mészáros céhek	Borsody Bevilaqua Béla: A budai és pesti mészáros céhek ládáinak okiratai 1270-1872. Az ipartársulat és ipartestület története 1870-1930. I-II. Bp. 1931.
CJH	Corpus Juris Hungarici. Magyar Törvénytár. Red.: Márkus Dezső: Bp. 1899-.
Der Verfassungszustand	Der Verfassungszustand der Sächsischen Nation in Siebenbürgen ...Ed.: Daniel Gräser. Hermannstadt, 1790.
Doc. artis Paulin.	Documenta artis Paulinorum. Coll. et ed.: Gyéressy Béla, Hervay Ferenc, Tóth Melinda. I-III. Bp. 1975-1978. (Magyar Tudományos Akadémia Művészettörténeti Kutató Csoportjának forráskiadványai 10, 13-14.)
Eder, De initiis	Eder Josephus Carolus: De initiis iuribusque primaevis saxonum Transsilvanorum commentatio. Viennae, 1792.
Érszegi, Fejér megyére von. okl.	Érszegi Géza: Regesta diplomatum archivi privati conventus cruciferorum de Alba Regali ... (Fejér megyére vonatkozó oklevelek a székesfehérvári keresztes konvent magán levéltárában 1193-1542.) (In: Fejér megyei történeti évkönyv 5. 177-264.) Székesfehérvár, 1971.
Esztergomi főkápt. birtokai	Az esztergomi főkáptalan fekvő- és egyéb birtokaira vonatkozó okmányok tára. (Sine editore) Pest, 1871.
Farlati	Farlati Daniel: Illirici sacri tomi I-VIII. Venetiis, 1751-1819.
Fejér, CD	Fejér Georgius: Codex diplomaticus Hungariae ecclesiasticus ac civilis. I-XI. Budae, 1829-1844.

Gárdonyi, Budapest tört. okl. eml.	Monumenta diplomatica civitatis Budapest. (Budapest történetének okleveles emlékei) 1148-1301. Ed.: Gárdonyi Albert. Bp. 1936.
Hazai okmt.	Codex diplomaticus patrius. (Hazai okmánytár) Ed.: Nagy Imre, Páur Iván, Ráth Károly, Véghely Dezső. I-VIII. Győr, Bp. 1865-1891.
Házi, Sopron	Házi Jenő: Sopron szabad királyi város története. I/1-7, II/1-6. Sopron, 1921-1943.
Huszár, A budai pénzverés	Huszár Lajos: A budai pénzverés története a középkorban. Bp. 1958. (Budapest várostörténeti monográfiái 20.)
Inventár	Inventár stredovekých listín, listovy iných pribuznych písomností. Ed.: D. Lehotská, D. Hanzová, V. Horváth, Z. Hrabussay, V. Merglová. Praga, 1956.
Invent. Paulinorum	Inventarium privilegiorum omnium et singularum domorum Ordinis Heremitarum Sancti Pauli Primi Heremitae. Manuscriptum, 1522. (Bibl. Univ. Budapest, Mss. Ab.115.)
Iványi, Bártfa	Iványi Béla: Bártfa szabad királyi város levéltára. Bp. 1910.
Jakab, Kolozsvár	Oklevéltár Kolozsvár története első kötetéhez. Coll. et ed.: Jakab Elek. Buda, 1870.
Katona, Hist, crit.	Katona Stephanus: Historia critica regum Hungariae... I-XLII. Pestini, Posonii, Cassoviae, Budae, Colotzae, Claudipoli, Vacii 1778-1817.
Kemény, Notitia	Kemény Josephus: Notitia historico-diplomatica archivi et literarium capituli Albensis Transilvaniae. I-II. Cibinii, 1836.
Kercselich, Hist. eccl. Zagrab.	Kercselich Baltasar Adamus: Historiarum cathedralis ecclesiae Zagrabiensis partis primae tomus I. Zagrabiae, (1760.)
Kovachich, Suppl.	Kovachich Martinus Georgius: Supplementum ad vestigia comitiorum apud Hungaros ab exordio regni eorum in Pannoniam usque ad hodiernum diem celebratorum. I-III. Budae, 1798-1801.
Kubinyi, Tanulm. XVI(1964).	Kubinyi András: Budafelhéviz topográfiája és gazdasági fejlődése. (In: Tanulmányok Budapest Multjából. XVI(1964). 85-180.)
Kumorovitz, Tanulm. XV/1963.	Kumorovitz L. Bernát: A budai várkápolna és a Szent Zsigmond-prépostság történetéhez. (In: Tanulmányok Budapest Multjából. XV(1963). 109-152.)
Léderer, Pénzüzletek	Léderer Emma: A középkori pénzüzletek története Magyarországon. 1000-1453. Bp. 1928.
Lukcsics, Dipl. pontific.	Lukcsics Pál: Diplomata pontificum saeculi XV. (XV. századi pápák oklevelei) I-II. Bp. 1931-1938.
Magyar-zsidó oklt.	Magyar-zsidó oklevéltár. Ed.: Friss Ármin, Mandl Bernáth, Kováts Ferenc, etc. I-XVIII. Bp. 1903-1980.

Mansi	Sacrorum conciliorum nova et amplissima collectio... Ed.: Johannes Dominicus Mansi. XXX. 1431-1439. Paris-Leipzig 1903.
Michnay-Lichner	Michnay Andreas-Lichner Paul: Ofner Stadtrecht von 1244-1421. (Buda városának törvénykönyve) Pressburg, 1845.
Mon. Rom. Vespr.	Monumenta Romana episcopatus Vesprimiensis. (A veszprémi püspökség római oklevéltára) Ed.: Római Magyar Történeti Intézet. I-IV. Bp. 1896-1907.
Óvári, Oklevélmásolatok	Óvári Lipót: A Magyar Tudományos Akadémia történelmi bizottságának oklevélmásolatai. I-III. Bp. 1890-1901.
Palugyay, Buda-Pest	Palugyay Imre: Buda-Pest szabad királyi városok leirása. Pest, 1852.
Pannonh. Rendtört.	A pannonhalmi Szent-Benedek-Rend története. Red.: Erdélyi László, Sörös Pongrác. I-XII. Bp. 1902-1916.
Pataki, Bud. Rég. XV (1950.)	Pataki Vidor: A budai vár középkori helyrajza. (In: Budapest Régiségei. XV(1950). 239-299.)
Podhraczky, Cuspinianus beszéde	Cuspinianus János Beszéde Budának 's véle Magyar országnak ezer öt száz negyven egyedik esztendőben lett romlása emlékezetére, és harmad századára kiad. Podhraczky József. Buda, 1841.
Reiszig	Reiszig Ede: A Jeruzsálemi Szent János-lovagrend története Magyarországon. I-II. Bp. 1925-1928.
Rupp, Buda-Pest	Rupp Jakab: Buda-Pest és környékének helyrajzi története. Pest, 1868.
Salamon, Budapest tört.	Salamon Ferenc: Budapest története. I-III. Bp. 1878-1885.
Schlözer, Krit. Sammlungen	Schlözer August Ludwig: Kritische Sammlungen zur Geschichte der Deutschen in Siebenbürgen. Göttingen, 1795-1797. (Nova editio: Wien, 1979.)
Szentpétery (-Borsa), Reg. Arp. vel Krit. jegyz.	Szentpétery Imre: Az Árpád-házi királyok okleveleinek kritikai jegyzéke. I/1-3, II/1-3. Bp. 1923-1961. (II/3: post mortem auctoris red.: Borsa Iván)
Szlemenics, Törvényeink története	Szlemenics Pál: Törvényeink története a dicső ausztriai ház országlása alatt 1740-1848. Buda, 1860.
Sztáray	A nagymihályi és sztárai gróf Sztáray család oklevéltára. Ed.: Nagy Gyula. I-II. Bp. 1887-1889.
Urkundenbuch (Gündisch, vel Z-W.)	Zimmermann F.-Werner C.-Müller G.-Gündisch G.: Urkundenbuch zur Geschichte der Deutschen in Siebenbürgen. I-VI. Hermannstadt, Bucuresti, 1892-1981.
Wenzel, Stibor vajda	Wenzel Gusztáv: Stibor vajda. Életrajzi tanulmány. Bp. 1874. (Értekezések a történettudományi osztály köréből. IV.2.)
Zala m.	Zala vármegye története. Oklevéltár. Ed.: Nagy Imre, Véghely Dezső, Nagy Gyula. I-II. Bp. 1886-1890.

Zichy okmt.	Codex diplomaticus domus senioris comitum Zichy de Zich et Vásonkeő. (A Zichi és vásonkeői gróf Zichy-család idősb ágának okmánytára) Ed.: Nagy Imre, Nagy Iván, Véghely Dezső, etc. I-XII. Buda, Bp. 1871-1931.
Zsigmondkori oklt.	Mályusz Elemér: Zsigmondkori oklevéltár. 1387-1410. I, II/1-2. Bp. 1951-1958.

Arch. Ért.	Archaeologiai Értesitő. A Magyar Tudományos Akadémia archaeologiai bizottságának közlönye. 1(1869)-.
Arch. Közl.	Archaelogiai Közlemények. Közrebocsátja a Magyar Tudományos Akadémia archaeologiai bizottsága. I-XXI. Pest, Bp. 1859-1899.
M. Tört. Tár	Magyar Történelmi Tár. A történeti kutfők előmozditására kiadja a Magyar Tudományos Akadémia történelmi bizottsága. I-XXVIII. Pest, Bp. 1855-1934.
Müvészettört. Tanulm.	Müvészettörténeti Tanulmányok. A Müvészettörténeti Dokumentációs Központ évkönyvei. Bp. 1954/55-1959/60.
Numizmatikai Közl.	Numizmatikai Közlöny. A Numizmatikai Társulat folyóirata. 1(1902)-.
Századok	Századok. A Magyar Történelmi Társulat közlönye. 1(1867)-.
Tört. Szemle	Történelmi Szemle. A Magyar Tudományos Akadémia Történettudományi Intézetének értesitője. 1(1958)-.
Tört. Tár	Történelmi Tár. Kiadja a Magyar Történelmi Társulat közremüködése mellett a Magyar Tudományos Akadémia történelmi bizottsága. Bp. 1878-1911. évf.
Tud. Gyüjt.	Tudományos Gyüjtemény. Szerk. Vörösmarty Mihál, Horváth István. Pest, 1817-1841.
Turul	Turul. A Magyar Heraldikai és Genealógiai Társaság közlönye. I-LX. Bp. 1883-1946.
Ung. Rundsch.	Ungarische Rundschau für historische und soziale Wissenschaften. I-VI. München, Leipzig 1912-1917.

Áldásy, Tört. Tár, uj folyam 3 (1902).	Áldásy Antal: Rozgonyi István levele Párisból 1416. március 14-ről. Tört. Tár, uj folyam 3 (1902). 575-577.
Csánki, Századok 40 (1906).	Csánki Dezső: Kuncz ispán majora Budán. Századok 40 (1906). 685-725.
Harsányi Pál, Numizmatikai Közl. 13 (1914).	Harsányi Pál: Báznai János levele Pozsony városához 1434-ből. Magyar Numizmatikai Adattár (a Numizmatikai Közlöny 9-13. évfolyamainak melléklete) 13 (1914). 50-52.
Horváth Mihály, M. Tört. Tár 9 (1861).	Horváth Mihály: Magyar regesták a szepesi káptalan, jászai s leleszi conventek, Kassa és Sopron városok s több magánosok levéltáraiból s gyöjteményeiből 1228-1643. M. Tört. Tár 9 (1861). 99-176.
Kemény, Tört. Tár 18 (1895).	Kemény Lajos: Zsigmond király budai épitkezéseihez. Tört. Tár 18 (1895). 205-206.
Kubinyi, Arch. Ért. 89 (1962).	Kubinyi András: A király és királyné kuriái a XIII. századi Budán. Arch. Ért. 89 (1962). 160-171.
Mályusz, Hunyadi	Mályusz Elemér: A magyar rendi állam Hunyadi korában. Századok 91 (1957). 46-123, 529-602. (et exemplum separatum: Bp. 1958.)
Mályusz, Zsigmond	Mályusz Elemér: Zsigmond király központositási kisérletei Magyarországon. Tört. Szemle 3 (1960.) 162-192. (et exemplum separatum: Bp. 1960.)
Matunák, Tört. Tár, uj folyam 8 (1907).	Matunák Mihály: Eredeti oklevelek a körmöcbányai püspöki malomról. Tört. Tár, uj folyam 8 (1907). 321-326.
Merényi, Tört. Tár 17 (1894).	Merényi Lajos: Adalékok Buda helyrajzához. Tört. Tár 17 (1894). 377-378.
Némethy, Turul 1 (1883).	Némethy Lajos: Adatok a Chetneky család genealógiájához. Turul 1 (1883). 38-41, 77-81.
Székely, Századok 90 (1956).	Székely György: A huszitizmus és a magyar nép. II. Századok 90 (1956). 556-590.
Thallóczy, Arch. Közl. 12 (1878).	Thallóczy Lajos: Magyar várak 1437 körül. Arch. Közl. 12 (1878). 112-115.
Wenzel, M. Tört. Tár 12 (1863).	Wenzel Gusztáv: Okmányi adalék Borbála és Erzsébet magyar királynék birtokáról. M. Tört. Tár 12 (1863). 268-287.
Wenzel, Tört. Tár 7 (1884).	Wenzel Gusztáv: Okmánytár Ozorai Pipo történetéhez. Tört. Tár 7 (1884). 1-31, 220-247, 412-437, 613-627.
Wertner, Ung. Rundsch. 2 (1913).	Wertner Mór: Eberhard von Windecke und die ungarischen Namen. Ung. Rundsch. 2 (1913). 370-384.

Zákonyi, Századok 45(1911).

Zákonyi Mihály: A Buda melletti Szent Lőrinc pálos kolostor története. Századok 45(1911). 513-530, 586-606, 686-711, 764-780.

Zolnay, Művészettört. Tanulm. 1959/60.

Zolnay László: A XIII-XIV. századi budai királyi palotáról. (A budai várostörténet első századának néhány kritikus kérdése.) Művészettört. Tanulm. 1959/60. 7-64.

CONSPECTUS ARCHIVORUM, BIBLIOTHECARUM ET MUSAEORUM

Archivum Capituli Strigoniensis Privatum	(Esztergomi Székesfőkáptalan Magánlevéltára)
Archivum Capituli Vaciensis Privatum	(Váci Székeskáptalan Magánlevéltára)
Archivum Civitatis Cassoviensis	(Archív mesta Košic)
Archivum Civitatis Cracoviensis	(Archiv Wojewódstwa i miasta Krakówa)
Archivum Civitatis Kolozsvár	(Arhivele Statului judeţul Cluj)
Archivum Civitatis Körmöcbánya	(Statný Okresný Archív v Žiari nad Hronom Kremnica)
Archivum Civitatis Nagyszeben	(Arhivele Statului judeţul Sibiu)
Archivum Civitatis Posoniensis	(Archív Hlavného Mesta SSR. Bratislavy)
Archivum Civitatis Soproniensis	(Győr-Sopron megyei 2.sz. Levéltár)
Archivum Civitatis Trencsén	(Statný Okrešny Archív v Trenčine)
Archivum Conventus Lelesziensis Publicum	(Statný Slovenský Ustrendný Archív, Bratislava)
Archivum Conventus Jaszoviensis Publicum	(Statný Slovenský Ustredný Archív, Bratislava)
Archivum Conventus Sacri Montis Pannoniae Publicum	(Győr-Sopron megyei 1.sz. Levéltár)
Archivum Nationale Hungaricum	(Magyar Országos Levéltár, Budapest)
Archivum Primatiale Strigoniense	(Primási Levéltár, Esztergom)
Archivum Secretum Vaticanum	(Archivio Segreto Vaticano, Cittá del Vaticano)
Bibliotheca Academiae Scientiarum Hungaricae	(Magyar Tudományos Akadémia Könyvtára, Budapest)
Bibliotheca Musaei Nationalis Transsilvaniae	(Arhiva Istorică a Filialei din Cluj a Academiei R.S.R.)
Bibliotheca Universitatis Budapestinensis	(Egyetemi Könyvtár, Budapest)
Musaeum Historicum Civitatis Budapest	(Budapest Történeti Muzeum)

a.	annus	decr.	decretum
Acad.	Academia	den.	denarius
a. d.	anno Domini	dei gr.	Dei gratia
adnot.	adnotatio	diac.	diaconus
aep.	archiepiscopatus	dioc.	diocesis
aepus	archiepiscopus	discr.	discretus
Agr.	Agriensis	d. p. m.	damus pro memoria
ap.	apud	dr.	doctor
apost. auct.	apostolica auctoritate	eccl.	ecclesia
apr.	aprilis	Eccl.	Ecclesiasticum
archidiac.	archidiaconus	eccl. par.	ecclesia parochialis
archidioc.	archidiocesis	ed.	editio
art.	artium	ep.	episcopatus
b.	beatus	eppus	episcopus
bacc.	baccalaureus	ev.	evangelista
Bibl.	Bibliotheca	f.	feria
B. M. V.	Beata Maria Virgo	facs.	facsimile
Buden.	Budensis	famil.	familia
can.	canonicus	Fasc.	fasciculus
Capit.	Capitulum	febr.	februarius
card.	cardinalis	fert.	ferto
Cassov.	Cassoviensis	fl.	florenus
chart. pap.	charta papirea	fol.	folio
civit.	civitas	fr.	frater
Clar.	Clarissarum	fragm.	fragmentum
cler.	clericus	gen.	generalis
col.	coloris	gr.	gratia
Coll.	Collectio	grs.	grossus
comm.	commentatio	h. s.	harum serie
conf.	confirmatio	hon.	honorabilis
Conv.	Conventus	Hung.	Hungaricus, Hungariae
corr.	correctum	ibid.	ibidem
cr.	circa	ill.	illustris
Crucif.	Cruciferorum	imp.	imperialis
csp.	circumspectus	imp. auct.	imperiali auctoritate
dat.	datum	iud.	iudex
dec.	december	iud. cur.	iudex curiae
Dec.	decimalia	iud. nob.	iudex nobilium

jan.	januarius
jul.	julius
jun.	junius
Lad.	ladula
Lit.	litterae
lrat.	litteratus
m.	marca
m. comm.	memoriae commendamus
mag.	magister
mag. tavarn.	magister tavarnicorum
magn.	magnificus
maj.	majus
mart.	martius
mens.	mensis
Miss.	missiles
mon.	monasterium
Mon., Monial.	monialium
mtas	maiestas
Mus.	Musaeum
Nat.	Nationalis, -e
n. f.	notum facimus
Nitr.	Nitriensis
nob.	nobilis
not.	notarius
not. canc.	notatio cancellariae
not. publ.	notarius publicus
nov.	november
nr., No.	numerus
membr.	membrum
ment.	mentio
oct.	october
OOSS.	omnium sanctorum
ord.	ordo, ordinis
orig.	originale
p.	pagina
palat.	palatinus
par.	parochialis
pend.	pendenti
pleb.	plebanus
Poson.	Posoniensis
poss.	possessio
pr.	pater
preb.	prebenda
pred.	predium
prep.	prepositus
presb.	presbiter
Primat.	Primatialis, -e
Priv.	privatum
prot.	protocollum
prov.	providus
prud.	prudens
publ.	publicus
Publ.	Publicum
Quinqueeccl.	Quinqueecclesiensis
r	recto
r-ia	regia
reg.	regesta
Regnic.	regnicolaris
rel.	relicta
rev.	reverendus
s.	sanctus
saec.	saeculum
scil.	scilicet
Scrin.	scrinium
s. d.	sub dato
Secr.	secretum
sept.	september
seren.	serenissimus
sig.	sigillum, -i
signif.	significamus
Sign. ant.	signatura anterior
simpl.	simplex
S. Montis Pann.	Sacri Montis Pannoniae
SS	sancti, -orum
Strig.	Strigoniensis
subdiac.	subdiaconus
suppl.	supplicat
Suppl.	Supplementum

tit.	titulus
t. p. u.	tenore praesentium universis
transcr.	transcriptum
Transsilv.	Transsilvanus
Tyrnav.	Tyrnaviensis
Univ.	Universitatis
univ. not.	universis notitiam
v	verso
v.	volumus
vac.	vacans
Vac.	Vaciensis
Vatic.	Vaticanum
ven.	venerabilis
Venet.	Venetiae
Vesprim.	Vesprimiensis
vicar.	vicarius
vidl.	videlicet
viol.	violacei
virg.	virginis
virid.	viridis
vulg.	vulgariter
Wiennen.	Wiennensis
Zagrab.	Zagrabiensis

Conspectus perfecit:
Josephus Köblös
A rövidítés- és irodalomjegyzéket összeállította:
Köblös József

Statisztikai Kiadó Vállalat
Felelős vezető: Kecskés József igazgató
Nyomdaüzem — 86—5338—09
Formátum: A/4
Terjedelem: 43 (A/5) ív

I—II. kötet ára: 850,— Ft